Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
42 C
42

14-30, C, 25

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XI.11.13.
K.6.

Digitized by Google

DE POLITEIA ECCLESIASTICA LIBRI DUO.

De ejus subjecto: scilicet Ecclesia.

A

ROBERTO PARKERO,

pietate & doctrina præstantissimo conscripti.

Psal. 2. 6. Ego inungens regem meum, præfeci Tzijoni monti sanctitatis meæ.

Esa. 9. 6. Filius datus nobis, cujus humero adsit principatus ipse.

Anno Domini Nostri

CIↃ IↃ C XXXVIII.

Digitized by Google

RELIGIOSO

LECTORI

SALUTEM.

GRAVIS alicujus ac ſerii ſcripti, nullum unquam vidi titulũ qui mihi magis videbatur mirus, quam qui eſt apud Redoanum, Navarrum, & Azorium, *de ſpoliis clericorum.* Quid illud eſſet quod hac appellatione deſignabatur, apud homines iſtos præſertim qui de clero papali nil hiſcere ſolent mali, non potui certè non primo aſpectu mirari: penitius verò inquirens, interpretationem inveni quæ expectationi meæ vociſque vi haud adeò con-

Digitized by Google

gruere videtur: per ſpolia ſcilicet clericorum nihil aliud intelligere iſtos quàm ea bona clericorum jam vita functorum, quæ ut malè parta, Romani pontificis fiſcus ad ſeſe rapit. Opima ſunt fateor illa ſpolia quæ ex reditibus & fructibus ad eccleſias earumque præfectos pertinentibus, per multa jam ſæcula, pontifices illi maximi, alijque minores tulerunt. Ex quatuor enim portionibus illis, quibus per canones & conſuetudinem veterem, eccleſiaſtica bona inter Epiſcopum, miniſtros, edificia, & pauperes, diviſa fuiſſe legimus, eccleſijs reliquis (ab eorum cathedralibus ſi diſceſſeris aulis) vix tantum invenies relictum quantum uni miniſtro ſufficiet. reliquum abſorpſit pontificalium hominum & heredum ipſorum luxus. Clericorum hæc ſpolia ſunt, eaq; memoranda: ſed magis ampla magiſque cruenta ſunt illa ſpolia, que ex ſpiritualibus eccleſiæ bonis ijdem pontifices & epiſcopo-ſatrapæ, qua arte, qua vi jamdudum retulere. Sic olim eccleſia queque incedebat ornata, ſicut ſponſam Chriſti decebat: peplo inprimis velata, Chriſtum ſolum habens pro operimento oculorum apud omnes quibuſcum agebat, claves domes ejus geſtans quaſi cingulo pendentes à latere dextro, & à ſiniſtro virgam qua filios ſuos materno corrigebat more. Hæc inter alia ornamenta illa aurea fuere quibus inſtar auroræ ſpectata fuit jamprimum enaſcens eccleſia. Sed (ô facinus & ſcelus indignum) invenientes eam cuſtodes vel qui ſub cuſtodum titulo dominantur cleris, percuſſerunt eam, vulnerarunt eam, abſtulerunt ipſe velim, claves & virgam extorſerunt è manibus, exutam denique ornamentis hiſce færeque nudam ſub jugum ſuum juſſerunr eam ire, & ex nutu ſuo pendere, poteſtatem omnem ſibimet vindicantes, & vix aut ne vix quidem vel nomen ipſum eccleſiæ, Chri-

ſtiano

Digitized by Googl

ſtiano cætui relinquentes. Hij veri κλῆρες fuerunt (ſic enim Ariſtoteles favorum peſtes in alvearibus appellat) hęc vera *ſpolia clericorum.* Qui verò ex amiſis ſponſi aut fidis ejus ſervis fuerunt, rapinam iſtam ſine ingente dolore & indignatione, niſi ferrei fuiſſent, non potuerunt videre. Induxerunt igitur in animos qui inter eos fortiores fuerunt, non lachrymis tantum & luctu quaſi funus eccleſię proſequi, ſed raptores ipſos legitimis armis adoriri, ut prædam ipſam (adſpirante Deo) recuperare poſſint, & eccleſiæ ſuum priſtinum reddere ſtatum. Inter cæteros verò quibus Deus hunc animum indidit, eximius hic extitit Chriſti ſervus & fidelis eccleſiæ miniſter, ROBERTUS PARKERUS, qui poſt lachrymas profuſas, præces ardentiſſimas, & conciones innumeras potentiam divinam ſpirantes, quibus matrem eccleſiam adjuvare ſtudebat, quamvis nimia verecundia diu nimis præpeditus à ſcribendo fuerat, tandem tamen vinci ſe permiſit à bonorum votis, ac ſurrexit alacer tanquam alter David, & Jehovam conſuluit, dicens, *num & ego perſequar turmam hanc?* Et reſponſum accepit, perſequere: ô utinam & Deus noſter bonus apponeret etiam & cætera quæ Davidi ſpopondit olim, *aſſequuturus es, & eripiendo erepturus.* Sed ex eventu pendere nec fortis eſt nec fidelis. Succeſſum igitur divinæ providentiæ commendans, calamum arripuit, & certamen aggreſſus eſt, in Deo ſeſe confirmans, cujus cauſam agebat. Sic verò actionem ſuam inſtituit, ut primo ſervitutis inſignia removenda contenderet ab eccleſiis Chriſti: tum verò poſtea id ageret, ut è manu oppreſſorum emitti poſſint, ac juſtæ libertatis tam uſum quam fructum habere.

1. Sam. 30.8.

In priore cauſæ parte, *de ſigno crucis* præcipuè agebat, quod (nominis valorem ſuperans) non ſignum tantum eſt

crucis, ſed planè crux eccleſias & miniſtros multos tam graviter crucians ut non ſint ferendo. Hanc autem accuſationem tam efficaciter peregit, & iniquitatem rei tam liquidè ſimul & copioſè monſtravit, ut niſi turpe quidam haberent vel ab ipſa veritate vinci, iſthoc certè gravamine jamdudum eccleſias levaſſent. Ad alteram verò curam cum ſe accincturus eſſet, quam concalefacto jam brachio, expeditius abſolvere potuiſſet, Samfordus interpellat primo, & per omnia obteſtatur ſacra, ut, qui ſolus ferè potuit, perficiendum ſuſciperet quod incepiſſet ille DE DESCENSU CHRISTI AD INFEROS. Huic autē incumbentē ſtudio, quod ſatis improbi fuit laboris, ſic eum Hierarchica tempeſtas urgebat per ſcriptum illud de cruce vel excitata vel accelerata, ut niſi per fugam ſibimet proſpexiſſet, quam ſingularis etiam providentia Dei juvabat, à calce ac carcerem reducendus fuiſſet, ibique ad mortem uſque indubiè detinendus. Turbinem iſtum cum evaſiſſet, & Samfordi telam pertexuiſſet, tum voti ſui memor, ad Hierarchiam totam examinandam, & veram eccleſie politeiam ex veris principijs demonſtrandam, ſerò quidem nimis, ſed ſeriò tamen ſuum animum applicavit. Sed quod monuit olim poëta, *vitæ ſumma brevis ſpem nos vetat inchoare longam*, id in iſthoc Dei viro cum ſummo noſtro mærore, valuiſſe videmus. Nam in medio curſu (ſex enim libros inſtituit, & tres tantum abſolvit) requieſcere juſſus à laboribus ſuis, ad puriorem illam eccleſiam transferrebatur in cęlis, cujus tantum imaginem quęrebat in terris: fęliciter hoc ipſi quàm hæc translatio ceſſerit, & ipſo die quo exſpectabat, dubitari non poteſt ab eo qui finem hujus libri viderit, cujus ultima verba ſunt anhelantis ad alteram vitam animæ, & quaſi exeuntis in occurſum ſponſi, *ſupereſt* (inquit) *ut noſmet ſancte*

præpa-

præparemus, ut quando apparuerit, coram ipsius tribunali puri sistamur & inculpati, fidam actuum omnium nostrorum rationem reddentes, ut ita cum eo æterna lætitia perfruamur: quod pro immensa sua misericordia, Pater misericors largiatur, per D. NOSTRUM JESUM CHRISTUM. O beatum servum illum, quem cum venerit Dominus ejus, invenerit sic facientẽ. Nostrum tamen si spectemus commodum, immaturus videtur discessus ejus & plane intempestivus. Non eo solo nomine quod reliquos tres libros jam desiderare cogimur: sed & exinde quod multo limatius, instructius, & ex omni parte apparatius edidisset nobis istos, si modo secundam suam in eos impendisset curam. Sicut enim liberi nostri curantur fidelius à matribus, quam nutricibus: ita libri ab authoribus prodeunt rectius atque emaculatius, quam ab eorum hæredibus. Atque adeò quidem imperfectum authori videbatur quod operis hujus jam effecisset, ut vix dignum haberet quod videret lucem. Sed hoc modestię & humilitati ejus (qua tam se quam sua demittere semper solebat) ab amicis quibusdam adscribebatur: quibus religio certè fuit thesaurum hunc ipsis commissum occultare sub terra. Visum est eis igitur, solo Deo patrono, hunc incomptum posthumum, sed veram patris pietatẽ, judicium & doctrinã spirantes, publici juris (idq; fideliter) facere: & lectorem orare, ut vittiligationes omnes relinquens, rẽ ipsam & argumenta ęquâ lance perpendat. Hoc si fecerit: Nihil dubito, quin tantã lucem exinde percipiet, ut se nec operam nec oleum perdidisse dicet. Vis enim rerum ecclesiasticarũ principia, subjectum & columnas intueri? Hic si alicubi recluduntur. vis de eisdem controversias Anglicanas penitius notas habere? audias iam primũ latine loquentes; imò totius Europę protestantis viscera fraterna commoventes. Vis

Hierar-

Hierarchicum occæcantem fastum sævientemque tyrannidem in scenam produci? Sparsim perspicies in controversiis Hierarchicis prosequendis; multaque hujusmodi Hierarchiam Romanam spirantia. Sed non adeò promissis detinendus es ac dimittendus ad vindemiam ipsam. Opus ejus, messis tua est, si perlegas, releges, & fructum colliges, hoc si feceris, & fruaris, optatis etiam fruimur: utere igitur, fruere & Vale.

Digitized by Googl

DE POLITEIA ECCLESIASTICA,

LIBER PRIMVS.

De ejus Natura & Præstantia.

CAP. I.

De ejus Definitione.

POstulat ratio, ut de Politeia Ecclesiastica verba facturi, ab eiusdem definitione auspicemur: ut ita *Sutclivio* satisfiat, eam persæpe omissam esse, in nostrarum partium scriptis conquerenti. Ea autem qualis esse debeat, elicietur facillimè, ex πολιτείαις alijs, quibus humanæ & Christianæ Societates expoliuntur. Quid igitur œconomia? Ordo ille, quo dirigitur familia, per media domestica, ad fęlicitatem suam domesticam consequendam, 1.*Reg*.10.5. Quid Politeia Civilis? Ordo ille, quo respublica, per media civilia, ad fęlicitatem civilem provehitur, *Deut*.4.5. Id quod *Aristoteli* visum: *Politeia est ordo* (inquit) *inhabitantium civitatem.* Quidni autem, ad harum exemplar, Politeia Ecclesiastica definiatur? Velut ordo ille quo dirigitur cœtus Ecclesiæ per media Ecclesiastica, ad fęlicitatem suam publicam, in Domo & Civitate Dei, sanctorumq; communione? Certè ita eam definivisse *Paulus* ipse videtur; cum *Col*.2.5. eam appellat *ordinem*, 1.*Tim*.3.15. ordinem illum, quo docentur fidelium ordines omnes, quomodo illis *in Ecclesia, quæ est domus Dei vivi, versandum sit.* Harum autem definitionum singularum explicata enucleatio, tum demum habebitur, quum in earum unaquaque hæc tria distinctè internoscuntur: primò *Subiectum*, deinde *Finis*, postremò *Media*, quibus hic finis in subjectum introducitur. In œconomia subjectum familia est: finis, actio sancta & beata domestica: media *Regere* & *Parere*, sicut domesticæ societati conveniens est. In Politeia Civili, subjectum respublica est: finis, actio sancta & beata civilis: media, *Regere*

De disciplin. Ecclesiastica, cap.1.

Politic. lib.3. cap.1.

Regere & Parere, ſicut ad civilem fęlicitatem numeris omnibus abſolvendam eſt accommodatiſſimum. In Politeia Eccleſiaſtica, ſubjectum cœtus Eccleſiæ eſt ; finis, actio ſancta & beata publica in ſanctorum communione : media, *Regere & Parere*, ſicut ad ſanctorum congregationes ſummè beandas à Chriſto totius Eccleſiæ principe, & deſcriptum & præſcriptum eſt.

Atquè de ſubiecto quidem nihil eſt, quod hoc in loco attinet dicere, de fine fortè quærat quiſpiam, cur ſalutis animarum, qui finis huius politeias ultimus eſſe videtur, mentio prætermiſſa ſit. Verùm non eſt, quod hoc quenquam remoretur : hæc quidem ſalus finis iſque ultimus huius politeias eſt : in definitione omittendus tamen videbatur, quia non proprius huius politeias eſt, ſed tum Oeconomiæ Chriſtianæ, tum civili politeiæ communis, ut quæ in id incumbant utræque, ut non in hac vitâ ſolùm, ſed maximè in futura & domeſticorum & civium quiſque beatus ſit. Sed in fine hoc politeiæ Eccleſiaſticæ proprio herebit fortè ſcrupulus, quod actionis beatæ publicæ in Eccleſiâ ſolâ mentio fiat, prætermiſſa actione ethica, Oeconomia, civili, quæ tamen omnes à politeia Eccleſiaſtica dirigi, informari, corrigi, & deniquè perpoliri videntur. Verum quidem hoc eſt, ſed politeiæ Eccleſiaſticæ primò & per ſe non videtur convenire, verùm illi accedere potius ex illo eminenti gradu, quo præpollet practicis ſingulis, in eaſquè dominatur, quod ſuo loco fuſiùs docebitur. Tertium quod attinet, cum politeias Eccleſiaſticæ medium unicum duntaxat non ſit, regere ſcilicet, ſed duo potius, *Regere* nempè & *Parere*: ſi tam moroſi eſſe vellemus, ut *Mattheus Sutclivius* eſt in definitionibus noſtrorum ſcriptorum penè ſingulis arrodendis, haberemus profectò quod *Thomæ Bilſono* impingeremus, quòd de politeia eccleſiaſtica librum ſcripturus, eam in ipſius titulo nuncuparit duntaxat gubernationem. Verum abſit ut in illum hoc nomine iniquiores eſſe velimus: cum conſtet politicorum plærosque, de Gubernatione ſola pręcepta tradere ſolitos eſſe, de parendi autem ratione plerumque parum dicere, quòd illius pręcepta abſque ullo majori negotio, ex correlati ſui pręceptis innoteſcere ſoleant. Æquanimitate vero iſta *Matheus Sutclivius* indigens prorſus eſt, qui poſtquam ſingulas noſtrorum hominum definitiones, non ſine atro felle conſpuerat : novam tandem de ſuo ſubſtituit, pede iſto hunc in modum, claudicantem. *Dicimus diſciplinam Eccleſiæ, externum ordinem eſſe, partim in verbo Dei, partim à Chriſtiano Magiſtratu, at ſi is à religione alienus ſit, à præcipuis eccleſiæ miniſtris, juxta verbi divini regulas præſcriptum, pro gubernatione eccleſiæ totius, & membri cujuſq; quà ad eccleſiam pertinet.* Vitia huius definitionis cætera, ut pro pręſenti quieſcere ſinam, de medij politeias Eccleſiaſticæ ſecundi (quod nunc nobis præ manibus eſt) obedientiæ ſcilicet, omiſſione, eum ſaltem vel *Hadrianus Saravia* monere poterit, cui conſultum fuit de politeia civili ſcripturo, titulum pręfigere

figere, non solũ de imperandi authoritate, verum etiã de obedientia Christiana. Atquè controversia de politeia ecclesiastica, quæ inter nos Anglos agitatur, hæc prima est: de illius nempè Definitione.

CAP. 2.

Politeia Ecclesiastica est pars Regni Christi.

SEcunda questio de illius pręstantia est, quæ tria capita continet, quorum primum de illius *Dignitate* quærit, secundum de *Vtilitate* pugnat, tertium & ultimum de illius *Necessitate* controversatur. Ad *Dignitatem* illa quęstio pertinet: utrum politeia Ecclesiastica, pars regni Christi censenda sit? Nunquid verò qui sint inquies, qui de hoc dubitant? Qui dubitant autem? imò verò sunt, qui hoc sannis excipiunt: sic enim *Richardus Bancroftus*, Archiepiscopus nuper Cantuariensis. *Ausim dicere subrisuros vos si id contingeret, ut consistoriani ministri omnes substituti Christi esse velint, qua rex ecclesia est. Certe dicere cogor id ipsum ab illis fieri.* Risum vero vos amici quæso teneatis tantisper, dum sententiam nostram audiveritis, quam ita ponimus. Prophetia Christi, illius meditationis pars ea est, qua Ecclesiam docet: sacerdotium quâ redimit & reconciliat: regnum, pars ea, quâ prophetiæ & sacerdotij ἀποτελέσματα electis efficaciter applicando spiritualiter Ecclesiam suam gubernat, ad perniciem omnium inimicorum, & perfectam suorum gloriam. *Survey disciplin. cap 24. p. 278.*

Ejus partes duę sunt: spiritualis administratio in mundo: & in mundi consummatione judicium ultimum. Spiritualis administratio ecclesiam in mundo congregat, & ad ultimum judicium conservat. Hujus partes similiter duæ: interna operatio quę est ἐνέργεια spiritus, per media πολιτικῆς externa intus agens: & πολιτικῆς ipsius externę Ecclesiasticę administratio, quâ externa media diriguntur & benedicuntur ad internam operationem efficiendam. In hâc Christus solus Dominus est, in rebus divinis administrandis Dominium absolutum exercens: administri vero superiores in Ecclesia illi, qui juxta præscriptam à Domino suo rationem, rerum divinarum οἰκόνομοι sunt, potestate servi, non autem domini dominatu. Quid hîc chachinnis subsannandum ac non verendum lector dixeris nisi prorsus ἀφιλόλογος fueris? A *Bancrofto* vero ipso quærendum, sub quo officio, politeias ecclesiasticæ ministros collocabit. Num eos Christi ut prophetæ vicarios dicet? Nequaquam: ad verba enim illa, *I. B.* de polit. pag. 68. *Ministri, Christi vicarij sunt duntaxat, ut Propheta est*, respondet. *Nunquid autem quis ita dixit? certe quantum memini nemo.* At si neque à Christo rege pendeant, nec à Christo propheta, verendum ne à Christo ullo modo sint. Minimè vero respondet, *Communis retroacti temporis & recepta sententia est.* *Pag. 278.*

 Christum

Christum Apostolos & Discipulos adiunxisse sibi in sacerdotali officio suo, quo prædicabat & docebat : unde adversus Papistas disputatum semper est, ministrum quemque vicarium Christi esse, perindeac Papa ipse est, & dum prædicat, sacramenta administrat, & pro populo orat, ita excipiendum esse velut Christi legatum, ac si ipse in terris præsens Christus hæc omnia perageret. Dissimilis huic in sua quidem, quod ad ipsam summam similitudinis, *Thomæ Bilsoni* sententia est. *Christus* (inquit) *qui plenitudo & caput Ecclesiæ est, velut Propheta, Sacerdos, & Rex, eandem regit & administrat, ad cuius imaginem, omnis publica in Ecclesia gubernatio, Prophetica, sacerdotalis, & regalis est, Doctores Propheticam, Pastores sacerdotalem, Magistratus regalem obtinent.* Hanc thesin *Bilsoni* primò apertam contradictionem, deinde inextricabilem absurditatem continere dico. Ministros Ecclesiæ, Christi Prophetæ Vicarios esse, inauditum esse dicit *Bancroftus*, quos tamen, quâ docent, Christo ut prophetæ subjicit *Bilsonus*. Hoc dum facit, reliqua tantùm à *Bancrofto* commemorata, nempe Sacramentorum administrationem, & publicarum precum recitationem, à Christi sacerdotio pendere putat.

De perpet. Gubernat. c. 10. pag. 198.

Hinc inextricabilis difficultas enascitur sub quo officio Iesu Christi, jurisdictio Ecclesiastica ponenda sit. In ordinatione ea ponitur, & in excommunicatione : in quibus cardo quæstionis illius vertitur, quæ inter nos de προστασία Episcopali agitatur. Annon pulchrè hos homines laborasse dixeris, si hanc de qua tantoperè digladiantur iurisdictionem, exclusam penitus & obducto pessulo foribus totam expulsam videres? Certè quantum ego assequor, *Thamar* ista quam tantopere deperibant, ab ipsis suis amatoribus si non despecta, neglecta tamen exulat. Nam neque illam ausus est *Bancroftus* dicere à sacerdotio Christi pendere, certè inter ministrorum munera, à sacerdotio Christi pendentia, eam non recensuit; & non video, quo modo eam, à ministris ad magistratum *Bilsonus* totam ablegârit. *C. Scultingius* ita : *Musculus in locis communibus, cap. 10. de ministrorum officijs, officium Seniorum negligit, in capite autem de magistratibus, pluribus verbis refellit : &* Gualtherus Tigurinus *arctè in illud invehitur in comment. in* 1. Cor. 5. *Anglo*-Calvinistæ *verò defendunt in locum horum Seniorum magistratum civilem successisse*. Gualtheri error in aperto est; ita enim ille Seniores sustulit, ut & excommunicationem & jurisdictionem Ecclesiasticam unâ sustulerit : ut miraculi instar sit, adeò in *Gualthero* Hierarchicos gloriari, qui jurisdictionem Episcopalem, per quam à reliquis ministris differunt, & de quâ tantoperè gloriantur, ad magistratum ablegârit. Hoc *Hadriano Seraviæ* perspectum satis, qui ita loquitur. *Sunt qui omnem disciplinam morum magistratui committendam opinantur, & solâ eâq; nudâ prædicatione verbi Dei, & Sacramentorum administratione, Evangelij ministerium includunt: quod cum neq; uerbo Dei, neq; ullo maiorum exemplo possit doceri, mirum Theologis talem opinionem venire in mentem potuisse.*

Hier. Anacrysis. lib. 10 p. 70.

Tractat 7. Theolog. in epist. lect.

isse. Imò & *Bancrofto* ipsi hoc ipsum displicet. *Sunt* (inquit) *in transmarinis partibus, (ut videtur) non nulli, qui affirmant potestatem Ecclesiæ spiritualem tantùm esse, ac non externum aliquod exercitium iurisdictionis, quo* Lambertus Danæus *non immerito commovetur.* Sed quid si hoc in partibus cismarinis fiat? quid si ab ipsis Hierarchicis? quinimò a *Bancrofto* ipso? Anglo-Calvinistæ (dicit *Scultingius*) in locum Seniorum successisse dicunt Magistratum: *Whitgiftum* intelligit: qui nomine hoc ipso jurisdictionem Ecclesiasticam, ab his Senioribus, in Ecclesiâ primâ exercitam, ad Magistratum relegavit etiam. Neque enim dici potest in locum Seniorum Magistratum successisse, nisi in Seniorum potestatem successerit etiam. Sed si *Whitgiftus* sub conditione hâc dixerit, si Seniores in Ecclesiâ priscâ aliqui fuerint (licet non eo sensu *Scultingius* eum interpretetur uti nec interpretandus est, ut suo loco demonstrabitur) quâ autem viâ *Gualtheri* & *Erasti* scopulum declinare *Bilsonus* poterit, ego sanè non video. Nullus (inquit) locus Senioribus est, quia Doctores propheticum, pastores sacerdotale, Magistratus regale Christi munus obtinent. Quid ni addatur ex *Gualthero* & *Erasto*, ergò nec jurisdictioni ecclesiasticæ Episcopali, locus ullus relictus est? Non etenim sub prophetiâ Christi est, quia non docet (ipsorum judicio) ratione eâ, quâ doctores Ecclesiæ docent: Non sub sacerdotio Christi est, illud enim nunc dierũ intercedit tantùm: aut ergo sub regno Christi est, aut exterminium patitur. Eodem in luto hæret *Bancroftus*: *Non potestas Ecclesiæ spiritualis tantùm est* (inquit) *sed externum quoddam jurisdictionis exercitium, ac proinde sub regno Christi non est, quia spirituale illud est.* Quasi sacerdotium Christi duntaxat spirituale non sit adæquè ac regnum? ita exercitium iurisdictionis si adeo externum sit ut spirituale non sit, nec sub sacerdotio Christi, sed plane nullum erit. Vtcunque sit, dum regalem Christi authoritatem, a qua iurisdictio Ecclesiastica tota pendet, Magistratui Hierarchici totam adjudicent, ab Episcopis ipsis, perinde ac ministris reliquis, eam abjudicant. Sequitur *Lous*, qui ita suam sententiam explicat. *Christus spiritus sui afflatu, ita errantes instruit, ut externum docendi munus alijs comittat, ita pascit ut alios in pascendo versari velit: ita deniq; gubernat ut alios rerũ ecclesiasticarũ gubernatores constitui, præcipiat.* Hoc cum ab illo adferatur ut Archiepiscopalé in Ministros authoritatem suffulciret: ita distinguere doctorum, & pastorum munus a regimine Episcopali videtur, ut ministri in docendo & pascendo, Christo subsint velut Prophetæ, & sacerdoti, Episcopi verò in ecclesiæ gubernatione, ab eo quasi rege & gubernatore pendeant. Hoc si ita sit, & *Bancrofto* & *Bilsono* contradicit: qui dum Christum *Regere* contendunt quia ut Propheta docet, & ut sacerdos pascit, rem nunquam ante anditam promunt. A quo etenim regimen nisi a rege? At *Regere* inquit Ecclesiasticum non nisi docere & pascere est. Respondeo primò, in docenda & pascenda Ecclesia

Cap 26. p. 299.

Quntimen. Eccles. p. 148.

duo consideranda esse, verbum ipsum docens & pascens, & administrationem verbi, quæ rationem non docendi solum, sed & regendi infert: ex verbo ipso simpliciter considerato actus tantum docendi profluit, qui a Christo tanquam Propheta dimanat: ex verbi vero administratione actus regendi etiam emergit, & hic a Christo rege est.

Secundò, dico Ecclesiasticam jurisdictionem quæ in morum censura versatur, diversum quid esse, ab illa docendi & pascendi ratione, quæ Doctori & Pastori propria est. Annon idem & adversarij docent? ex eo enim probant presbyteros duntaxat gubernantes, Act. 20. 28. non intelligi: quia gubernatio presbyterialis non pascit Ecclesiam ea ratione, qua presbyteri prædicantes eandem pascunt. Atque sane hoc ipsum, dicere eos, necesse est: si modo salvum suum regimen Episcopale velint, quum vel ipsis concedentibus in ipso docendi & pascendi munere, minister nihil a ministro differat. Imò & amplius addam: non solùm a Christo Rege regimen illorum in reliquos ministros authoritas mutuari opus habet, sed & regni etiã regimen: quum illud œconomi & serui quod est, tam late fimbrias non extendat. Par etenim ratio *προεδρίας* quæ inter ministros licita est, & ejus qui *Petri* esse dicitur inter reliquos Apostolos: quam ut transformaret Sixtus Senensis ad primatum illicitum probandum, rejecta superioritate Apostolatus & Episcopat⁹, in quibus Apostolos pares fuisse *Hieronymus* docet, tertiam quandam confingit, quam appellat Regni, qua *Petrum* electum præ cæteris Apostolis eorumq; caput factum fuisse, *Hieronymum* affirmare, dicit. Sic aut regimen etiam regni a Christo Rege a Senensi fingendum est, aut corruit Episcopale regimẽ in pares ministros, aut Archiepiscopale saltem in Episcopos quos vel ipsi pares esse confitentur.

Bibliothec. lib 6. Anastat. 269. & 271.

CAP. 3.

In quo sententia adversariorum ventilatur. Et primo eorum fucus detergitur.

HVC usque de Hierarchicorum nostrorum cum contradictione, tum absurditate diximus, in sua ipsorum sententia explicanda: jam verò hæc ipsa eorum sententia ventilanda nobis est. Hîc primo eorum fucus & detegendus & detergendus, quo causam suam larvare, nostram autem gravare solent. Secundò, arcana eorum denudanda, quibus ad eam suscipiendam adducti sunt. Tertiò, eorum sophistice refellenda, qua eandem tuentur. Quod ad primum: dependentiam Politeiæ Ecclesiasticæ suam a Christo tanquam sacerdote, Bancroftus hoc nomine ornat, quòd papistis maximè infesta sit, utpote ex qua doceatur, ministros omnes adæque Vicarios Christi esse, ac Papa ipse est.

Survey. c. 24. p. 277

Primo

Primò, ſi hoc ſequatur, cur non & illud noſtrũ ſequetur itidẽ: omnes miniſtros adæq; Chriſti Vicarios eſſe, ac ipſe Domin⁹ Archiepiſcopus Epiſcopuſvè? Secundo, non in hac dependentia a Pontificijs Hierarchici ita diſſentiunt, vt non eis maximè gratificentur.

Tuentur illi, dices, Papæ primatum a Chriſto rege: ſed non a Chriſto ſacerdote etiam, idque præcipuè? Legatur Hardingus, *Quod ad Chriſti regnum, id in illius ſacerdotio incluſum erat* (inquit) *ac proinde cum de regno Chriſti loquimur, illud etiam in cruce fuiſſe dicimus, vbi regnavit a ligno Deus. Eundem in ſenſum quod Moſes regnum ſacerdotale, id verbis inflexis Petrus ſacerdotium regale appellat.* Tantum igitur abeſt, vt à Pontificijs Bancroftus diſſentiat, vt eundem planè lapidem cum eis voluat: nimirum contendunt vtrique, a Chriſto ſacerdote regimen Eccleſiæ aſcitum eſſe, vt omne duntaxat ad ſacerdotes excluſis ſenioribus derivetur: Detrahunt etiam de regno Chriſti vtrique, ſed diſpari ratione: pontificij illud ſacerdotio ſubordinant, Hierachici verò ab Eccleſiæ externo regimine penitus exterminant. Atque hic eorum fucus eſt, quo ſuam cauſam ornant: ſequitur jam ille, quo noſtram infamant? vbi primò ſtatum quæſtionis invertunt, larvaſque fingunt, quibus cum tutò luctari queant. Contra Apolog. p. 6. c. 11.

Hoc a *Bilſono* imprimis factum, qui ita loquitur, *Minimè omnium debemus iſta neſcio quæ conſiſtoria tanti æſtimare, vt pro dimidiata parte iuſtiſſimi & glorioſiſſimi regni Chriſti cenſeantur.* Et quinam quæſo iſta faciunt? Ego ſanè qui dimidiatam Chriſti regni partem, diſciplinam presbyterialem dixerit, novi neminem; nobis quidem certe, eam regni Chriſti partem aliquam eſſe affirmare ſatis eſt: vt qui probè inelligamus, partem Chriſti regni in terra maius quiddam & auguſtius eſſe, quâm vt hanc externam parte dimidiatam appellari ſinat, Age verò inquis at *magnam tamen eſſe vociferamini, quod ſine præcipiti & inconſulto fervore quodã dici non poteſt.* Sed tu vide ſis *Bilſone*, ne fervorẽ noſtrũ in furorẽ proprium converteris: ſi adeo tenuiter, vel de infima regni parte ſentias, vt eam non magnã putes. Apud *Iſaiam* certè, regnum Chriſti velut magnum, vel ex eo amplificatur, quòd univerſa domus ſupellex illi ſit concredita, etiam ad vaſa minima, cap. 22. verſ. 24. Cap. 3. p. 50 Cap. 3. p. 48

Secundo, cauſam noſtram ex eo odioſam, ſi non & ridiculam facere nituntur, ᵃ *Bancroftus*, ᵇ *Bilſonus*, ᶜ *Downamus*, quòd presbyteria noſtra, *Tribunalis, ſolij, ſceptriq; cæleſtis* inſignibus ornemus: quod politeiam Eccleſiaſticam, *regnum Dei, ſceptrum Chriſti, eiuſq; tribunal* nuncupemus: quod denique presbiterij executionem, *reſtaurationem regni Chriſti* appellemus. Verum non eſt, quod nos horum pudeat: non ita raro in ſacris paginis hæc occurrunt, vt oculato Theologo tam monſtri loco habeantur, *Vt thronus glorioſus ab initio exaltatus, ita eſt domus ſanctuarij noſtri*, Ierem. 17. 12. *In*

ᵃ Cap. 33. p. 421. 423
ᵇ Cap. 3. p. 48.
ᶜ Lib. 1. p. 129.

diebus

diebus illis vocabitur Ierusalem solium domini. Ierem. 3. 17. *Agnus qui in medio throni est, pascit eos,* Apocalyp. 7. 17 *Sceptrum regni tui sceptrum iustitiæ est, & thronus tuus in secula durat,* Psal. 45. 6. *Emittet sceptrum potestatis suæ ex Zione,* Psal. 110. 2. *Sceptro oris sui terram percutiet,* Isa. 11. 4.

At quid hæc pro presbyterijs inquient? Vel maximè. Nam cum in Ecclesia visibili tanquam in throno regnet Christus, ut per verbi administrationem suum sceptrum quatiat: cur disciplina presbyterialis parte hujus honoris omni abjudicaretur, nulla ratio subest: cum & verbi sanctio sit, & regni Christi externi pars, & per Ecclesiæ administros, in ipso nomine Christi Regis exerceatur. Quinimo clavis tantidem solium & sceptrum est, quum per clavem ipsius Iesu Christi regnum adumbretur, Is. 22. 23. 24. disciplina autem presbyterialis, disertis verbis ab ipso Christo, clavis nomine condecoratur, Math. 16. 19. Hæc ita cum sint, quàm illa *Richardi Brancrofti* iniqua? *Memini* (inquit) *effati illius Beziani: presbyterium quodcunque ipsius Christi tribunal esse. De presbyter. pag. 124. quod ferè idem est cum illa Parasiastrorum Papalium quorundam adulatione, quòd Papa & Christus unum & idem consistorium habeant.*

Cap. 24. p. 280.

Primò quorsum hæc spectant ego non video, nisi ut evacuetur bilis: quum neminem lateat, quantum inter Bezæ mentem, & Canonistarum sensum intersit. Secundò, non tribunal nominat tamen, quod quasi odiosum hoc in loco exagitare *Bancroftus* voluit: sed consistorium: sic ut Episcopale proprius consistorium quam reformati presbyterij tribunal, hæc verba attingant. Tertiò, consistoriũ Papæ *Thronus Sathanæ est.* Apoc. 2. 13. Presbyterium reformatum *Thronus Christi,* Apocal. 4. 6. Hæc commiscuisse minimè *Bancroftum* puduit. Neque tribunalis thronique nomen hoc in Apocalypseos loco defugere, quoquo pacto poterit: quum Ecclesia visibilis hoc in capite describatur, & visibilis ipsius administratio per Christum regem delineatur: a qua quo longius *Bancroftus* refugit, eo propinquius ad thronum ipsum sathanæ accedit: id est ad Papale consistorium quoddam, cujus imago, utinam in Anglia nulla jam hodie superesset. Atque hæc de Hierarchicorum fuco, quo suum ornare, causam verò nostram dehonestare satagunt.

CAP. 4.

Adversariorum arcana denudantur.

ACCEDO jam ad Arcana illa quibus permoti, hanc Politeias a Christo velut sacerdote dependentiam, potissimùm sibi amplexandam existimarunt. Mirabitur fortè lector, cur tam solicitè Hierarchici hanc Politeias Ecclesiasticæ a regno Christi dependentiam, tanquam scopulum fugiant, præsertim

cum

cum *Richardus Bancroftus* confiteatur, amplissimam hinc præro-
gatiuam, ad omnes Ecclesiæ Christi ministros derivari. Atque Cap. 24. p.
quidem huius prærogatiuæ se satis cupidum prę se fert: sic ut eam 280.
repudiando, nihil aliud quàm amorē veritatis, secutus videatur. Sed
(quod aiunt) sublatet anguis, aliaque res agitur: vulnera quædam
hic prævidit suæ causæ secutura: quæ medicinâ προφυλακτικῇ opus ha-
bebant.

Primò cum prævidisse puto, quod si Politeia a Christo pendeat
tanquam a Rege, exactam quandam illius formam in Euangelio ab
ipso Christo mandatā fuisse: quum verisimile nullo modo sit, aut
authoritatē suam Christum in legibus condendis Ecclesiæ arbitrio
remisisse, aut eum in hoc regio munere fuisse negligentem. Hoc ut
præcidatur, perdere Christum necessum est ius suum externum re-
gium in Ecclesia gubernanda, & *Thomas Cartwrightus* reus sit Cap. 24. p.
oportet, quòd Christum ut regem formam disciplinæ in verbo suo, 279.
eamque exactam prescripsisse asseveret. Quæro verò numnam con-
cessurus sit aliquas saltem externas leges pro Politeia sanxisse Chri-
stum, & si aliquas (quod multi fatentur, alioqui enim authoritas il-
la episcopalis in suos Symmistas & collegas, quæ eorum *Helena* est,
divino jure non niteretur) num sit dicturus id a Christo non Rege
factum, sed sacerdote? videtur enimvero a Christo Propheta aut sa-
cerdote, eas leges sancitas esse quæ sanciuntur; non autem rege.
At repugnat *Hadrianus Saravia*, qui *Philonem* citat, vt probet,
Leges ferre principis esse. Repugnat *Matheus Sutclivius. Et regis*
(inquit) *& summi est principis & moderatoris leges ferre——longe aliter* De pontif. l.
ergo Ecclesia regitur, aliter regnum & respublica. Repugnat tota natio 1. c. 1.
Politicorū, quib⁹ legū condendarū potestas adeo Monarchę propria
est, ut inter regalia ipsius jura recenseatur. Quid multis? *Richardus*
Bancroftus ipse fatetur, necnon *Downamus*, *Genevensem* rempub-
licam idcirco Democraticam esse, quòd legum condendarum pote-
stas inter regalia jura sit, quæ ibi penes populum est. *Ex ore tuo*
te judicabo: hoc enim cum *Bancroftus* dicit, reum se peragit, quòd
regali jure quodam Christi regnum spoliarit: quum legum conden-
darum potestatem illi surripuerit. *Homerus* antiquos principes le-
gum-latores appellare solet. *Legum-latio* (inquit *Aristoteles*) *ad*
dignitatem regiam pertinet. Hinc principes populi Dei in sacris ipsis Polit. l. 3.
legum-latores nuncupantur, Genes. 49. 10. quod nomen sacerdoti- c. 11.
bus in tota lege non tribuitur. Postremò si leges a Christo prode-
ant tanquam sacerdote, cur non *Aaron* illius typus quâ erat sacerdos
legumlator Israelitarū fuit, sed *Moses*, qui non sacerdos, sed princeps
tantū politicus erat. Probat hoc fuse contra *Bozium*, *Georgius Carle-* De Iurisdic.
tonus, qui cum contrà attulisset *Bozius* Psal. 99. 6 *Moses & Aaron* c. 3. sort. 21.
inter illius sacerdotes, respondet, verbum *Cohanim* tam civilibus magi-
stratibus, quam sacerdotibus commune esse: unde Dauidis filij *Co-*
hanim dicuntur, 1. Sam. 8. 18. qui tamen non sacerdotes, sed

tantùm

diebus illis vocabitur Ierusalem solium domini. Ierem. 3. 17. *Agnus qui in medio throni est, pascit eos*, Apocalyp. 7. 17. *Sceptrum regni tui sceptrum iustitiæ est, & thronus tuus in sæcula durat*, Psal. 45. 6. *Emittet sceptrum potestatis suæ ex Zione*, Psal. 110. 2. *Sceptro oris sui terram percutiet*, Isa. 11. 4.

At quid hæc pro presbyterijs inquient? Vel maximè. Nam cum in Ecclesia visibili tanquam in throno regnet Christus, ut per verbi administrationem suum sceptrum quatiat: cur disciplina presbyterialis parte hujus honoris omni abjudicaretur, nulla ratio subest: cum & verbi sanctio sit, & regni Christi externi pars, & per Ecclesiæ administros, in ipso nomine Christi Regis exerceatur. Quinimo clavis tantidem solium & sceptrum est, quum per clavem ipsius Iesu Christi regnum adumbretur, Is. 22. 23, 24. disciplina autem presbyterialis, disertis verbis ab ipso Christo, clavis nomine condecoratur, Math. 16. 19. Hæc ita cum sint, quàm illa *Richardi Brancrofti* iniqua? *Memini*) inquit) *effati illius Beziani: presbyterium quodcunque ipsius Christi tribunal esse. De presbyter. pag.* 124. *quod ferè idem est cum illa Parasitastrorum Papalium quorundam adulatione, quòd Papa & Christus unum & idem consistorium habeant.*

Cap. 24. p. 280.

Primò quorsum hæc spectant ego non video, nisi ut evacuetur bilis: quum neminem lateat, quantum inter Bezæ mentem, & Canonistarum sensum intersit. Secundò, non tribunal nominat tamen, quod quasi odiosum hoc in loco exagitare *Bancroftus* voluit: sed consistorium: sic ut Episcopale proprius consistorium quam reformati presbyterij tribunal, hæc verba attingant. Tertiò, consistoriũ Papæ *Thronus Sathanæ est*. Apoc. 2. 13. Presbyterium reformatum *Thronus Christi*, Apocal. 4. 6. Hæc commiscuisse minimè *Bancroftum* puduit. Neque tribunalis thronique nomen hoc in Apocalypseos loco defugere, quoquo pacto poterit: quum Ecclesia visibilis hoc in capite describatur, & visibilis ipsius administratio per Christum regem delineatur: a qua quo longius *Bancroftus* refugit, eo propinquius ad thronum ipsum sathanæ accedit: id est ad Papale consistorium quoddam, cujus imago, utinam in Anglia nulla jam hodie superesset. Atque hæc de Hierarchicorum fuco, quo suum ornare, causam verò nostram dehonestare satagunt.

CAP. 4.

Adversariorum arcana denudantur.

ACCEDO jam ad Arcana illa quibus permoti, hanc Politeias a Christo velut sacerdote dependentiam, potissimùm sibi amplexandam existimarunt. Mirabitur fortè lector, cur tam solicitè Hierarchici hanc Politeias Ecclesiasticæ a regno Christi dependentiam, tanquam scopulum fugiant, præsertim

cum

cum *Richardus Bancroftus* confiteatur, amplissimam hinc prærogatiuam, ad omnes Ecclesiæ Christi ministros derivari. Atque quidem huius prærogatiuæ se satis cupidum præ se fert: sic ut eam repudiando, nihil aliud quàm amorē veritatis, secutus videatur. Sed (quod aiunt) sublatet anguis, aliaque res agitur: vulnera quædam hic prævidit suæ causæ secutura: quæ medicinâ ἀπροφυλάκτως opus habebant. Cap. 24. p. 280.

Primò eum prævidisse puto, quod si Politeia a Christo pendeat tanquam a Rege, exactam quandam illius formam in Euangelio ab ipso Christo mandatā fuisse: quum verisimile nullo modo sit, aut authoritatē suam Christum in legibus condendis Ecclesiæ arbitrio remisisse, aut eum in hoc regio munere fuisse negligentem. Hoc ut præcidatur, perdere Christum necessum est ius suum externum regium in Ecclesia gubernanda, & *Thomas Cartwrightus* reus sit oportet, quòd Christum ut regem formam disciplinæ in verbo suo, eamque exactam prescripsisse asseveret. Quæro verò numnam concessurus sit aliquas saltem externas leges pro Politeia sanxisse Christum, & si aliquas (quod multi fatentur, alioqui enim authoritas illa episcopalis in suos Symmistas & collegas, quæ eorum *Helena* est, divino jure non niteretur) num sit dicturus id a Christo non Rege factum, sed sacerdote? videtur enimvero a Christo Propheta aut sacerdote, eas leges sancitas esse quæ sanciuntur; non autem rege. At repugnat *Hadrianus Saravia*, qui *Philonem* citat, vt probet, *Leges ferre principis esse.* Repugnat *Matheus Sutclivius. Et regis* (inquit) *& summi est principis & moderatoris leges ferre——longe aliter ergo Ecclesia regitur, aliter regnum & respublica.* Repugnat tota natio Politicorū, quib⁹ legū condendarū potestas adeo Monarchæ propria est, ut inter regalia ipsius jura recenseatur. Quid multis? *Richardus Bancroftus* ipse fatetur, necnon *Downamus*, *Genevensem* rempublicam idcirco Democraticam esse, quòd legum condendarum potestas inter regalia jura sit, quæ ibi penes populum est. *Ex ore tuo te judicabo*: hoc enim cum *Bancroftus* dicit, reum se peragit, quòd regali jure quodam Christi regnum spoliarit: quum legum condendarum potestatem illi surripuerit. *Homerus* antiquos principes legum-latores appellare solet. *Legum-latio* (inquit *Aristoteles*) *ad dignitatem regiam pertinet.* Hinc principes populi Dei in sacris ipsis *legum-latores* nuncupantur, Genes. 49. 10. quod nomen sacerdotibus in tota lege non tribuitur. Postremò si leges a Christo prodeant tanquam sacerdote, cur non *Aaron* illius typus quâ erat sacerdos legumlator Israelitarū fuit, sed *Moses*, qui non sacerdos, sed princeps tantū politicus erat. Probat hoc fuse contra *Bozium*, *Georgius Carletonus*, qui cum contrà attulisset *Bozius* Psal. 99. 6 *Moses & Aaron inter illius sacerdotes*, respondet, verbum *Cohanim* tam civilibus magistratibus, quam sacerdotibus commune esse: unde Dauidis filij *Cohanim* dicuntur, 1. Sam. 8. 18. qui tamen non sacerdotes, sed tantùm

Cap. 24. p. 279.

De pontif. l. 1. c. 1.

Polit. l. 3. c. 11.

De Iurisdict. c. 3. sect. 21.

Digitized by Google

tantùm civiles magistratus erant, 1. Chron. 18. 17. Quod si verò Moses hic sacerdos vocetur, id tamen eo respectu tantummodo dicitur, quod sacerdotis more pro populo oraret, ut Iohannes Piscator in suis scholijs adnotavit.

Secundò prævidit *Bancroftus*, si Politeia Ecclesiastica sub Christo Rege administraretur, Seniores & Diaconos nostros satis ad eam commodè admoveri, quanquam non sint sacerdotes. Hi igitur ut extra numerum sint, rerumque summa penes sacerdotes sit, ijque soli (ut cum sancto *Ambrosio* loquar,) aliquid esse videantur: non a Christo rege administrabitur disciplina, sed a Christo sacerdote. Hoc arcanum ab ipso *Bancrofto* satis certo indicio proditur: quum ex eo arguit in Christi politeia Ecclesiastica locum senioribus nullum esse, quòd neque sub Christo propheta sint, quia non sint prophetæ, neque sub Christi sacerdotio quia non sunt sacerdotes. Atqui hoc argumento inquam & magistratus regimen etiam Ecclesiasticum amputat: nam si Ecclesiæ gubernatio a Christi sacerdotio sit, & nemini locus in ejusdem parte aliqua residuꝰ sit, qui non similiter sit sacerdos, & magistratus perinde atque seniores, sacerdotes non sint: consequitur profecto falcem suam in alienam messem haud minùs immittere eos quam seniores, qui res Ecclesiæ regunt.

Cap 24. p. 280.

Tertium *Bancrofti* arcanum hoc est. Politeias Ecclesiasticæ ministros propriè ille sacerdotes esse vult: idcirco Politeia sub sacerdote Christo futura est, non sub Rege, quia in regno Christi externo ministris tantùm & servis locus est, non propriè autem sacerdotibus. At inquam in Novo Testamento disputat noster *Whitakerus* sacerdotis nomen, Evangelij ministris non attribui: cumque obiecisset *Durens Scotus*, *Patres tamen eos sacerdotes appellasse*: respondet, id ex consuetudine natum fuisse, impropriamque locutionem fuisse, a qua cum Apostoli abstinuerint, & nobis quoque abstinendum esse. Quid quòd Patres diu hoc nomine abstinuerint vel ipso fatente *Bellarmino*: scilicet *Tantisper dum Evangelij ministros a Iudeis sacerdotibus tum florentibus distingui opus erat.* Ità nec consuetudo patrum pro *Bancrofto* quicquam facit; cum eadem jam hoc nomen abolēdi necessitas sit, nempè ut Evangelij ministri a papisticis sacerdotibus discriminentur. Atque hæc arcana illa sunt, cur Ecclesiasticam Politeiam Hierarchici a Christi regno arceant.

Cont. Campian. Rat. 9. Cont. Duræum. p. 811.

CAP. 5.

CAP. 5.
Adverſariorum Sophiſtice refellitur & primo tria Bancrofti argumenta.

TERTIO jam loco de argumentis adverſariorum videndum eſt: vix id forte fieri abſque nauſea poteſt; non eſt tamen committendum, ut ſilendo victa veritas videatur. Primò ex eo arguit *Richardus Bancroftus* Chriſtum quaſi Regem, Eccleſiam in externis nullam gubernare, ſed in internis electos tantum regere: quia affirmante *Pezelio* noſtro conſiſtoriano, Chriſtus caput electorũ tantùm eſt, & ut Eccleſia corpus Chriſti dicitur, ita electos ſolos ſignificat. Facilis hic & expedita reſponſio eſt; corpus & caput dupliciter dici: primò propriè pro capite & corpore naturali, ſecundò figuratè pro corpore & capite Politico. Quid igitur eſt? ut Chriſtus ſimilitudinem capitis naturalis gerit, & Eccleſia corporis naturalis: ita electorum tantùm Rex & caput Chriſtus eſt, quia in eos tantùm vitalem ſpiritus virtutẽ infundit: & viciſſim corpus Chriſti electi ſoli ſunt, quia ſoli Chriſto tanquã a capite naturali ſpiritualiter vegetantur. Quemadmodum verò capitis Politici, ita quoſcunque in Eccleſia externè regit, ac non electos ſolùm. Quid minus? cum & gentium caput etiam ſenſu iſto a patre Chriſtus cõſtitutus ſit, Pſal. 18. 44. & Angelorum, qui ne dum de Eccleſia redempta ſiut, Col. 2 10. imo & ſingularum perſonarum ſive de Eccleſia ſint, ſiue non ſint 1. Cor. 11. 3. Cap. 24. p. 276.

Hæc diſtinctio ſi non obſervetur, pugnare videbuntur quæ in authoribus ſubinde occurrunt, quæ tamen inter ſe cohærent. Exempli gratia, ſic *Whitakerus. Regere Eccleſiam in externis, Chriſto non convenit ut capiti.* Rurſus, *Chriſtus non aliter caput eſt, quam ut Eccleſiæ vitam præbet.* Quis non hîc putat & Hierchicorum partes agere *Whitakerum*? verùm non agit. Non regit Eccleſiam in externis Chriſtus ut caput, id eſt in perſona ſua non regit externè. Chriſtus non alter caput eſt (naturale nempe) quam qua Eccleſiæ vitã præbet. Quod vero Chriſtus qua Politicum caput eſt, & quatenus rex, Eccleſiã in externis regat, oſtendit idem alibi. *Chriſtus ſemper in ſuo regno præſens adeſt ut nullus Rex verius in ſuo regno eſſe poſſit.* Facit ille veriſſimè ut reges ſolent, & curat omnes regni ſui partes, & præſtat ſedulo quicquid a præſente Rege requiritur. Quid enim faciunt reges quod Chriſtus non facit? Defendunt illi ſuos ſubditos, eoſdemque legibus gubernant: non ne hæc ſimiliter Chriſtus facit? Cont. 4. q. 2 c. 3. ſ. 8. Ibid. cap. 2. ſect. 10.

Secundum argumentum etiam *Richardi Bancrofti* eſt, qui ita diſputat. *In eo quòd Eccleſiæ externum regimen, partem regni Chriſti ſtatuitis, Genevenſem papatum quendã & regalitatẽ in Eccleſias invehitis, imò ſeniores preſbyteriales quoſcunq; veſtros facitis regulos.* Atqui hoc 2. Argum. Bancroſt. c. 24. p. 279. & 280.

nulla connexione sequi dicimus: quid (inquit) non Christus Reges omnes eos facit quibus ut Rex præficitur? Expecto rationem cur regnum Christi Reges non faceret, perinde ac prophetia ejus prophetas, & sacerdotium sacerdotes, efficit? Respondeo nec prophetiam Christi mundanos & politicos Prophetas, nec sacerdotium mundanos sacerdotes & politicos quosvis facere, ut regnum Christi mundanos quosdam & politicos reges effecturum ex sententia nostra supponis, quum Politeiam Ecclesiæ ideo a regno non pendere argumentaris, quod tum reguli quidam politici mundaniq; emersuri sint, qui authoritati magistratuū offendiculo essent.

Sed remora hac de mundanis remota, quid tum ad argumentum respondebis inquiet, Superest adhuc remora alia de politicis: aio enim ethicos tantum prophetas prophetiam Christi facere, & sacerdotium duntaxat ethicos sacerdotes, qua ratione & regnum Christi internum, reges quosque fideles efficit, sed ethicos solummodo, politicos non item. Prophetia Christi fidelibus omnibus communicatur, non tamen omnes publico prophetandi munere, in Ecclesiæ Politeia fungi debent. Sic sacerdotium in fideles omnes influit, non tamen omnes ad sacerdotium in Ecclesia publicum, manus admovere debent. At prophetia Christi prophetas quosdam, quosdam etiam sacerdotes sacerdotium, & publicos & politicos præbet, cur non & regnum etiam ejusmodi regulos nobis proferet eos, qui ad Ecclesiam gubernandam vocabuntur? Nego prophetiam prophetas publicos, sacerdotium sacerdotes politicos ullos facere: qui enim in Ecclesia prophetarum sacerdotumque (ut loquimini) publico munere defunguntur, ij ab externo Christi regno quo author Politeiæ est toti pendent, non a prophetia nec sacerdotio. Fac inquies: quum tamen regnum Christi internum reges ethicos faciat, cur non externum & politicum, externos adæque & politicos nobis reges subministrabit? Quia ipsius regni externi natura adversatur.

Accedit etenim hic principatus ad naturam Monarchiæ, cujus vis cum niminè communicabilis sit, ipsa Monarchia esse desinit, nisi ipse Monarcha Rex sit solus, ita ut subditis privatis parere tantum, publicis autem regni sui administratoribus, inservire duntaxat servorum more, absque omni regum titulo relinquatur. Observatum hoc ab ipso *Loo* est, qui *Theodoro Bezæ* concedit regem in Ecclesia neminem appellari debere nisi Christum solum; hac addita ratione: si regem se diceret, supremam sibi dignitatem vendicaret: si secundarium se appellaret, eo ipso fatetur se non esse Regem. Rectè Poeta quisquis fuit: *Esse sat est servus; iam nolo vicarius esse, qui rex est regem Maximè non habeat.* Hæc ita cum sint, tantùm abest, quòd hæc *Bancrofti* ratiocinatio causæ nostræ officiat, ut eam potiùs vel maximè confirmet. Regulos in Politeia Ecclesiastica detestaris. Rectè tu quidem: *Monarchica etenim Christi regalitas in Ecclesia externa,*

Quinmon. Eccles. p. 147.

terna, communicabilis minimè eſt, dicit *Lous*. Quo loco igitur miſera veſtra juriſdictio Epiſcopalis monarchica eſt: quo jure inſtar regulorum Prælati (quos dicitis) in Eccleſijs dominantur? qua fronte denique author iſte contra *Bezam*, nomen ἀρχιποίμην, Archiepiſcopis communicable eſſe contendit? Poteſtas monarchica incommunicabilis? nomina tamen monarchalia communicabilia? Vocem etenim ἀρχιποίμην monarchicam Chriſti authoritatem deſignare, quiſquis non videt, eum ego ad *Anticyras* navigare ſuaderem.

Tertium argumentum adhuc *Richardi Bancrofti* eſt, ex illo ſermone Domini noſtri ad Pilatum: *Regnum meum non eſt ex hoc mundo: Quod cum contra Epiſcopos urgeatur a vobis, cur igitur* (inquit) *pariliter non valebit, adverſus hoſce regulos noſtros conſiſtorianos?* Quòd ad comparationem Epiſcoporum & Seniorum, cęcus eſt qui cernere nequit, ſpiritualiter tantùm gubernare Seniores, cum imperium Epiſcopale mundanum a nobis dicatur, nec immerito quia a mundo & hominibus inventum, quia mundi typhum redolet, quia mundanæ Monarchiæ ſimile: quibus de cauſis ejſque ſolis regnũ ſuum de hoc mundo eſſe, *Pilato* de regno Romano mundano mouẽti negavit Chriſtus. Nullus igitur hujus argumenti *Bancroftiani* nucleus eſt, ideo ſcilicet regnum Chriſti, ad externũ Eccleſię regimen ſe non extendere, quia tum mundanũ eſſet, quia externum. Quęſo mi domine cum ſacerdotium Chriſti, a qua externũ Eccleſię regimen pendere dicis, mundanum dixeris (externum enim eſt?) num etiam regimen Epiſcopale veſtrum, mundanum concedes? externum ſiquidem eſt quid hîc reſpondeat ego ſanè non video, niſi hoc fortè: *Munus Epiſcopale mundanum dici poſſe ut interim Chriſti regnum mundanum non ſit, quia à ſacerdotio hoc munus pendet non a regno.* Ita ſalua res eſt, & Dominus Epiſcopus in portu navigat, ut qui regimen ſuum mundanum teneat, non a Chriſti regno quod mundanum non eſt, ſed a Chriſti ſacerdotio, quod mundanum dici poſſe credit, idcirco quia externum eſt. Atq; hic error hujus argumenti primus eſt, quòd externum & mundanum confundat, ac ſi unum idemq; eſſent.

3. Arg. Bancroſt. c. 24. p. 278.

Secundus in eo latet, quòd ſupponat Chriſtum ipſum externum Eccleſiæ regem futurum, ſi modo quâ rex, Eccleſiam in externis regat. Atqui hoc minime conſequi dico; quòd ſi verò conſequatur ſequitur etiam ex adverſariorum dependentia ſacerdotali, eum ſacerdotem etiam Eccleſiæ externum eſſe, quia (ut illi) quâ ſacerdos, Eccleſiam gubernat in externis. Diſtinguendum nempe in utroque cum regno tum ſacerdotio inter ipſum Chriſtum, & illius adminiſtros eſt: cum minime eodẽ modo dicuntur hij vel ſacerdotes in veteri fædere, vel in novo Paſtores, quomodo ille ſacerdos & Paſtor eſt, ut recte *Whitakerus*. Hoc Romanenſes cum non intelligant, eodem modo monarcham Papam dici volunt quo ipſe Chriſtus Monarcha eſt: & quia Chriſtus jam ipſe abſens, ideo Papam & viſibilem

sibilem Monarcham requirunt. Huic ut respondeat *Whitakerus* noster, negat externam gubernationem Ecclesiæ Christo competere: sed moderationem spiritualem & invisibilem. Hoc dum explicat negat Christum aut Monarcham visibilem quoad regimen externum in Ecclesia fuisse, quum in terris versaretur: aut jam futurum esse, si in imis esset. Non enim inquit hæc externa procuraret: non crearet Episcopos, non conferret ordines, non synodos congregaret, non reliqua ejusmodi faceret Videri posset *Whitakerus* nobis contradicere qui negat Christum Monarcham esse quoad regimen externum: sed secus est; negat etenim pariliter eum Episcopum & Pastorem esse quoad regimen externum; eo modo quo Episcopi & Pastores sint. Quid igitur est? quæcunque Politeias dependentia a Christo sit, non sequitur ipsum Christum quoad personam suam externum Regem aut Pastorem esse, etsi Ecclesiam per Pastores externè gubernat: sed retinenda hæc distinctio aliter atque aliter Christum & ministros rectores dici, quod hi externi rectores sint, Christus vero non sit.

Cont. 4. q. 1 c. 2. sect. 3.

Ibid. c. 3: sect. 8.

CAP. 6.

Duo argumenta Bilsoni solvuntur.

QVARTVM argumentum est *Thomæ Bilsoni*: qui cum præmisisset Ecclesiæ gubernationem duplicem esse, spiritualem & externam: infert deinceps externum Ecclesiæ regimen ad Christi regnum non pertinere, quòd illud & cæleste & spirituale sit; nēpe quod ut ante *Bancrofto* omne regimē Ecclesiæ externū mundanū fuit; ita jam *Bilsono*, minimè cæleste aut spirituale. Sic spirituale Christi regnū, & externū Ecclesiæ regimen apud *Whitgiftum* & *Bancroftum* opponuntur ubique. Atqui externam Ecclesiæ faciem cælestem appellari confessus vel ipso *Bilsonus* est pagina proximè antecedenti: ubi sic loquitur. *Externa species Ecclesiæ ubi boni cum improbis per verbum & Sacramenta congregantur & commiscentur regnum cælorum aliquoties appellatur*. Bene est? Ecclesia visibilis etenim si cœlestis sit quamquam externa, imo ad regnum Christi cæleste pertineat, cur non & ejusdem Politeia etsi externa, & regni Christi cælestis erit? Nonne *Iohannis* ministerium externum, & tamen a cœlo, ac proinde cœleste? *Math.* 21. 25. Nonne Ecclesia visibilis a suis rectoribus gubernata cœlum dicitur etiam per totam Apocalypsim, nominatim verò cap. 4. 2, Nunquam aut verbum sacerdotij aut Evangelium sacerdotij audimus, sed verbum regni & Evangelium regni, *Math.* 4. 23. *Marc.* 1, 14. *Math.* 13. 19. Neque Evangelij externa prædicatio & politica administratio, sacerdotium unquam cœleste dicitur, sed regnum cœlorū, regnumq; cæleste, *Mat.* 3. 2 &. 11. 12. & 13. 24. &c. Postremo

C. 3. p. 48.

Pag. 47.

Digitized by Google

mò Politeias Ecclesiasticæ administri nunquam ministri sacerdotij dicuntur, sed ministri regni, imo ministri Christi in regno cœlorum, *Math.* 11. 11 Atque ut cæleste externum regimen Ecclesiæ est, & ad regnum Christi cœleste, ita spirituale etiam, & ad regnum Christi spirituale pertinens, quod ad efficiens. Administratio illius a spiritu proficiscitur, spiritusque donis perficitur, 1. *Cor.* 12. 1. Ergo spirituale. Quòd ad finē, datur ad ædificationem spiritualem, *Eph.* 4. 12. Ergo spirituale. Quòd ad materiam, verbum & Sacramenta quæ administrat spiritualia sunt. 1. Cor. 10. 3. 4. Ergo spirituale. Quòd ad formam agendi, per evidentiàm spiritus agit, 1. Cor. 2. 4. 13. Ergo spirituale. Quòd ad objectum, spiritus & animas hominum respicit, Heb. 13. 17. Ergo spirituale. Quòd ad media; operatur per arma spiritualia, 2. Corinth. 10. 4. Ergo spirituale. Quòd ad effectum, ministerium spiritus est, 2. Cor. 3. 6. Ergo spirituale est.

Quintum argumentum etiam *Thomæ Bilsoni* est, qui etsi presbyteria nostra a Christo instituta esse concederentur, eorum tamen tribunalia ad regnum Christi minimè pertinere dicit, quia illud ipsius majestati proprium est. Cujus argumenti vim vix attigissem ni meminissem a *Iohannne Whitgifto* scriptum, gubernationem Ecclesię duplicem esse, spiritualem & externam: in illa Christum Pastorem solum esse, in hac vero sub se Pastores habere substitutos. Ex hac collatione intelligere promptū est, regnū Christi adeo illi⁹ majestati propriū esse *Bilsoni* judicio, ut nullos habeat substitut os. Accipit hoc fortè lucem a *Gulielmo Whitakero. Christus* (inquit) *ut doctor multos vicarios reliquit non unum: in regno vero nullum vicarium reliquit. Et si velimus Christo vicarios aliquos in regno substituere, ij potius reges & principes esse debent, qui legibus & armis Ecclesiam muniunt, quàm Papa qui destruit.* Quo sensu, aut quàm verè hæc dicantur, non jam disputabo: rem meam agere mihi pro præsenti satis erit: quod ut fiat, quos *Whitgiftus* substitutos, *Whitakerus* vicarios, eos ego servos & administros voco. Dico igitur regnum Christi quanquam Christo proprium sit, sub se tamen servos habere & administros, per quos regnum in externis administrat. Hoc mihi *Bilsonus* si non concesserit, magistratum ipsum excludet, quem alibi tamen regalem Christi authoritatem obtinere affirmavit, uti suprà ostensum est. Regnum Christi sub se in republica servos habebit, per quos externè regit? In Ecclesia verò non habebit? Imo ut mihi quidem videtur multò magis: nam regalis Christi efficacia Ecclesiæ administratoribus præsentiùs adest, quam principibus hujus sæculi: & internum illius regnum cum suorum ministerio in Ecclesia arctiùs conjungitur, quàm in republica. Hoc ita cum sit, audiendum potius *Bilsono* erat illud Christi: *Quæ Deus coniunxit homo ne separet.* Math. 19. 6. quàm ita scribendum. *Quorundam nostra*

Cap. 3. *p.* 48

Tract. 8. *cap. divis.* 3.

cont. 4. *q.* 1. *c.* 2 *sect.* 10.

Digitized by Google

nostræ ætatis præceps & inconsultus fervor facit, ut in externa disciplina Ecclesiæ separanda diutius hæreamus, donec eam ab interno illo & vero Christi regno diligenter & exquisite sejunxerimus. Intelligo quid ç. dicis: separatio & sejunctio ea à te instituitur, ut internum Ecclesiæ regimen ad Christi regnum: externum vero ad illius sacerdotiũ pertineat tantum, at non ad regnum. Affinis huic quadantenus *Stapletoni* ni fallor, aliorumque Papistarum seiunctio est: *Capitis* (inquit) *duo officia sunt: primum internũ est, ut sit principium vitalis influxus, & sic Christus caput est: alterum externum, ut dirigat suo imperio externas functiones corporis, & sic Papa est caput.* Ad hæc respondens *Iohannes Reynoldus, Primò* (inquit) *ex duobus capitis officiys nos duo capita excudere non debemus.* Similiter *Bilsono* respondendum: ex unius Christi capitis duob⁹ officijs, interno scil: & externo, duo regiminũ capita efformare non licet: regnũ nempe quod interne vegetet, & sacerdotiũ, quod externè dirigat. *Secundò, gubernare externas* (inquit) *actiones corporis, principale officium capitis est, & illi soli conveniens qui internum corpori influxum præbet*, Similiter *Bilsono* respondendum: Gubernare Ecclesiam in externis principale officium officij illius in Christo est, quo Ecclesiæ caput & Rex est: externaquè directio ab eodem fonte fluit, a quo interna vegetatio, imo uno eodemque actu ac proinde uno eodemque officio, & externè dirigitur Ecclesia, & interne vegetatur. *Tertio* (inquit) *internum influxum & externum gubernationem separantes, de Dei domo magnopere detrahitis, quia hac ratione pastores & doctores externis tantum corporis functionibus dirigendis præficientur, qui tamen a Christo dati sunt ad plenam consummationem sanctorum, Ephes. 4. 12.* Idem jam prorsus *Bilsono* respondendum: Pastorum etenim externum regimen, dum ab interno & (ut vocat) spirituali regimine Christi separat, externum tantùm illis in corpora administrationem relinquit: cum interim in intimas spiritus medullas eorum ministerium inpenetraret, regali Christi potestate cooperante, næ ille (quod ipse agnoscit) suos cooperatores Christus non agnovisset, 1. Cor. 3. 9. Atq; hæc quidẽ quę ego animadvertere possum adversariorũ argumenta singula sunt. Deus bone quam frivola? nostris certe infirmiora, quæ, quantum fieri potest breviter, deinceps subjungenda sunt.

Princip. Doctrinal. lib. 6. c. 16.

Collat. cum Hart. c. 1. Divis. 2.

C. 3. p. 48.

CAP. 3.

CAP. 7.

Argumenta nostra proponuntur.

IN illo officio Iesu Christi politeiâ Ecclesiasticâ fundari consentaneum est, quod & authoritatem mittendi, & potestatem benedicendi, & efficaciam operandi, & virtutem vires largiendi & gloriam denique remunerandi habet. Illud autem nec Prophetia Christi quæ duntaxat revelat, nec sacerdotium quod nunc dierum intercedit tantùm, sed regium illius munus illud, quo ista quę diximus, cum potentissimè, tum gloriosissimè præstantur omnia.

Disputo primùm, a promissione politeias constituendæ, Mat. 16. 19. *Tibi dabo claues regni cælorum.*

Primò etenim, jurisdictio ecclesiastica, non clavis *sacerdotij* his in verbis, sed clavis *regni*, disertissimè appellatur. 1

Secundò, non alludit ad clavem aliquam sacerdotis, his in verbis Christus; quænam enim illa obsecro est? sed ad clavem patrisfamilias & urbis præfecti, quæ œconomo portarum custodi, in commisso tradi solet.

Tertiò, non clavis Aaronis sacerdotis, sed clavis Davidis regis, apellatur alibi, Apocal. 3. 7.

Quartò, qui hanc clavem in typo gessit Eliachimus, non sacerdos, sed princeps erat, Isa. 22. 22.

Quintò, per hanc clavem, administri politeias, magno pondere judicant, uti loquitur *Tertullianus,* cui *Gregorius Magnus* accedit. *Cæli, Ecclesiæ Doctores dicti sunt, quia Dominus in eis præsidet, dum per eos iudicia sua exercet. Quibus namque regni cœlorum claves tribuit, per eos judicat. Iudicare autem adeo regi atque principi proprium est, ut Iudaici populi principes, idcirco Iudices agnominarentur.* In Psal. pœnitent.

Disputo secundò, ab institutione Politeias Ecclesiasticæ generali, Math. 28. 19. *Ite & prædicate, &c.* Quid enim? Num sacerdotium suum hîc allegat Christus, ut politeia in eo fundari censeretur? Minimè omnium: sed regiam suam authoritatem pro fundamento potius adfert: nam & ita præfatur.. *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra*: & ita postmodum concludit de regali efficacia sua, *ego ero vobiscum usque ad consummationem seculi.* 2

Tertiò disputo, à narratione illa politeias constitutæ particulari, Ephes. 4. 11. *Alios dedit Apostolos, alios Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores & Doctores.* Hoc a Christo factum narrat Apostolus *cum ascendit in altum captivam ducens captivitatem, & dona dans hominibus.* v. 8. Nullus hîc igitur tergiversandi locus est. Non eo tempore cõstituitur politeia, quo Christi sacerdotium regali muneri prævalebat, sed eo potiùs, quo sacerdotium regali subjicitur: nam ascendebat Christus primariò ad regnum novum exercendum, ad sacerdotium non nisi secundariò, ut pars ejus illa quæ sola jam reliqua 3

Digitized by Google

liqua in intercessione est (quæ etiam in politeia constituenda nihil habet negotij) & in gloria regij sui muneris exercetur & ab eadem ornaretur.

4 Quartò disputo, a præcisa politeias institutione particulari. Habetur ea, *Act.* 1. 3. *Conspectus est ab ijs per spatum quadraginta dierum & locutus est ad eos de rebus quæ pertinent ad Regnum Dei.* Hic ego inter cætera, cur non præcepisse Christum dicerem de tota Ecclesiæ politeia, exactamque illius formam præscripsisse, quam & regnum suum vocat? At hæc *vestrâ interpretatione* dicit *Bencroftus, consentitis cum Iesuitis, qui hunc locum de regno suo Antichristiano interpretãtur, perinde ac vos de vestra regalitate Genevensi.* Regalitas nostra Genevensis nulla est, regalitas vero vestra Episcopalis, eò magis hypocritica, quòd licet ad Antichristianam propiùs quàm oportuit accedat, regale tamen Christi munus subterfugit, ut ab omni regalitatis suspitione, sub illius sacerdotio delitesceret. Quod ad Iesuitas, oppono *Augustini* illa. *Quæ quum Dominus ipse tacuerit, quis nostrũ dicat illa vel ista sunt? Quis est tam van⁹ & temerari⁹, qui sine ullo testimonio divino affirmet ea esse, quæ tunc dicere Domin⁹ voluerit.* Ista ut Iesuitas iugulant, ita & *Downamum* refellunt. Putare eos Christum hic dicere voluisse de primatu Papæ cujusdam necne ac de superioritate Episcoporum, va..um est & temerarium dicit *August.* quum ex nullo alio scripturæ loco politeia hujusmodi probari queat. Annon similiter vanum est & temerarium, *Georg. Down.* disputare, Apostolos intendisse metrapolitas, etsi non expresserint: quum nullibi ex eorum scriptis pateat, hoc illos voluisse? De politeia vero Genevensi hæc verba Cristi interpretari cum ea in reliquo Actorum libro deinceps narretur, nec vanum est, *Augustini* iudicio, nec temerarium, sed quod ego addendum puto, necessarium: prorsus & consentaneum.

Survey. disciplin. c. 24. p. 279.

In Iohan. Tract. 96.

Obiectant adversarii: Incertum nobis ipsis esse, quo loco & tempore, Seniores nostri presbyteriales primo a Christo instituti sint:

Respondeo, Saraviæ ipsi incertum pariliter videri, quo loco & tempore presbyteri qui in verbo laborant instituti primitus fuerint: Habetur inquit eorum mentio primò, Act. 11. 30. Sed eos ante institutos fuisse consentaneum est, quo tamen tempore institui fuerint ignoro. En vero tempus tibi inquit *Lucas*; spatium nempe illud quadraginta dierum: tum & presbyteros docentes, & Seniores Gubernantes, & Diaconos ministrantes præcepit Christus, de tota sui regni ratione & politeia locutus: non ex suo cerebro aut Presbyteros, aut Seniores, aut Diaconos ordinassent Apostoli, ni ipse Christus hoc ipso tempore, regni sui administratores eos speciatim nominasset. Manifesta igitur ratione adducimur, de sua politeia hic Christum Dominum prospexisse, quia alioqui præcipui regni administratores, pres-

presbyteri nempe prædicantes, ignota origine laborabant. Neque sanè ratio ulla reddi potest, cur historiam primæ illorum ordinationis *Lucas* prætermiserit, nisi quia satis esse putabat, quod initio libri, his in verbis eorum institutioné primùm descripsisset; sicut *G. Whitac.* notat, eũ Act. 15 de convocatione Ecclesiæ per Apostolos nulla verba fecisse, qui satis esse putauit, quod ab initio, Apostolos Ecclesiam convocare solitos, semel dixisset, Actorum cap. 6. 2. *Libro de Concil.*

Quintò disputo, a conservatione politeias ecclesiasticæ jam institutæ usqe ad iudicium ultimum: quam regni Christi conservationem esse, ex illa precandi formula constat. *Adveniat regnum tuum, Luc.* 11. 2. Dici non potest, quantos hîc clamores Hierarchici tollant; quòd in petitione ista, pro disciplina Ecclesiastica, inter cætera, precandum esse contendamus. Hinc etenim deridet *Kingstonium* quendam *R. Banc.* & præfatorem *Demonstrationis disciplinariæ Georg. Down.* flagellat: quod inter cæteras Christi regni partes, pro adventu disciplinæ ecclesiasticæ, in orationis dominicæ particula ista, nos precari oportere existimarent. Absoluit vero nos ipse *I. Bridgesius* Episcop⁹ *Oxonien̄sis* calculo suo, qui de politeia Ecclesiastica, cum Anglicana, tum Ecclesiarũ reformatarum, verba faciens ita subinfert. *Det Deus ut in statu nostro seniorumque viciniorumque nostrum, necnon in omnibus alijs veræ Dei Ecclesiæ partibus (secundum quod in oratione dominica omnes dicimus,* Adveniat regnũ tuum) *hæ Dei benedictiones, indies magis magis & adaugeantur.* 5 *Cap. 31 p. 399. Lib. 1. pag. 129. Defens. Gubernat Anglican. l. 1. p. 87.*

Sextò, disputo a politeias Ecclesiasticæ cessatione, in ultimo judicio, quam regni Christi cessationem esse, illa demonstrant quæ habentur, 1. Cor. 15. 24. *Tum erit finis, quando tradiderit regnum Deo, &c.* Quod habetur Luc. 1. 32. 33. *Dabit ei DEUS thronum patris Dauidis, & regnabit super domum Iacobi in perpetuum, & regni ejus non erit finis:* id inepte *Franciscus Turrianus* de visibili Ecclesiæ regimine interpretatur, quia hîc de illo regno Christi agitur, cuj⁹ finis non erit. Hoc mihi largienti largiendũ etiã adversarijs videtur, de visibili Ecclesiæ regimine, 1. Cor. 15. 24. verba fieri: quia ex adverso, de eo regno ibi agitur, cujus tandem finis erit. *Imò vero* (inquit Bilsonus) *de interno regno Christi in suos inimicos, peccatum, mortem, infernum, hoc totum intelligendum est, quod & æternum in* Luca, *& hîc in* Paulo *æternum non est? æternum quidem quoad possessionem & fruitionem, cum mirifica quadam suavitate & fœlicitate coniunctum: non æternum autem quoad administrationem, quia morte, peccato, inferno tum debellatis hujus administrationis usus tum nullus erit.* Atqui hoc ipsum illud est, quod nos etiam dicimus, qui possessionem & fruitionem quam commemoras, expectamus æternam: cessationemque quam regni Christi narrat *Paulus,* de illius administratione duntaxat intelligimus. 6 *Cont. Sadt. l. 2. p. 97. C. 3. 47.*

Digitized by Google

Atqui hec inquit administratio specialis est, in Christi inimicos spirituales; * ideoq; de administratione ea duntaxat *Paulus* loquitur, quæ spiritualis est,& ad internum regnum Christi pertinet,non autem externum Ecclesiæ regimen. Semper hac chorda aberrat *Bilsonus*, quòd regimē Ecclesiæ externum,administrationem regni Christi minime spiritualem putat: eam præsertim quæ spirituales Christi hostes destruit,peccatum,mortē,infernum,diabolum,contrà quod *Paulus* apertissimè, 2. Cor. 10. 4. *Arma militiæ nostra carnalia non sunt,sed diuinitus valida & ad subuersionem munitionum, ratiocinationes euertendo, omnemq; sublimitatem, quæ extollitur adversùs cognitionem Dei, &c.* Quid igitur est? De spirituali regni Christi administratione ea hic loquitur *Paulus*,concedente *Bilsono*,qua hostes spirituales debellat: ergo de externa etiā & Ecclesiastica administratione ex parte saltē loquitur:quia non solùm interna administratione intùs agente hostes suos debellat Christus:sed & externa,absq; qua etiam ordinariè internam nullam exerit. Hoc sensu patres accipiendi:qui externi regni administrationem adversus hostes non excludūt,etsi de ea speciatim nihil dicant,sicut dicunt neoterici,quorū ego unum tantùm recensebo,nempè qui inter postremos scripsit, *Bartholomæum Keckermanum, Quod dicitur,inquit, 1.Cor.15.28. Postquam subiecta ei fuerint omnia,tum & Filius ipse subijcietur illi, qui subjecit sibi omnia, ut Deus sit omnia in omnibus: id intelligi debet respectu huius regiminis externi, non autem respectu interni, aut divinæ quam Christus habuit maiestatis: Neque enim loquitur Apostolus,quod ex contextu apparet,de privatione, aut depositione maiestatis,aut potestatis regiæ. Respectu enim hujus Christus est Deus benedictus in sæcula, & rex gloriæ cujus regni non erit finis: sed agit de mutatione externi illius & ministerialis regiminis quod viget in Ecclesia militante, quam mediatè per suos ministros in hac vita gubernat,dum tandem post consummationem sæculi,sublato illo ministeriali regimine, cui tanquam mediator præerat, regnum traditurus sit patri,id est, Ecclesiam immediatè cum patre recturus, ut Deus sit omnia in omnibus,id est,ne amplius sit opus medijs externis, quibus Deus populum suum gubernet.* Hæc ille, quibus externam tantùm administrationem hic vult intelligi: non autem internam, quia illa semper durabit, licet absque externis medijs.

* *Systēm. Theologia. l.3.c.6.p. 401.*

Atquè certè aliquid est quod dicit, sicut facilè perspici possit quantopere *Bilsonus* hallucinetur, cum internum tantùm regnum hîc Christi cessaturum dicit,quod reverà manebit,id est inquit *quoad fruitionem*: imo inquam non solùm quoad fruitionem: sed etiam quoad ipsam internam administrationem. Hoc in charitate videre est quæ semper manet, 1. *Cor.* 13. 8. ab interni regni Christi efficacia, etiam in futuro sæculo electis omnibus subministrata: cessare tamen dici potest tribus modis. Primò respectu objecti, non tum adversus hostes pugnabit,quia hostes tum nulli

nulli erunt. Secundò respectu materiæ, non quasdã gratias tum administrabit, quas nunc, puta spem, patientiam, &c. Tertiò, respectu formæ administrandi quæ tum immediata erit, 1. *Cor.* 13. 8. quando *Deus erit omnia in omnibus*, cum in hoc sæculo non nisi per externa media ordinariè operetur.

Septimò disputo à sententia Theologorum, quorum numerus infinitus cum sit, ego uno contentus ero, *Martino Bucero*. Is ad *Eduardum sextum* de politeia Ecclesiastica scribens, huic libro suo titulum præfigit, *De Regno Christi*; quod utique non fecisset, ni politeiam Ecclesiasticam regnum Christi censuisset. In ipso libro, eam regni Christi descriptionem tradit, quæ & externum Ecclesiæ regimen comprehendit, sic enim habet. *Præstat regni Christi definitionem subjicere, postquam id cognoscitur à tam paucis. Est igitur illud, administratio & procuratio salutis æternæ electorum Dei, qua unigenitus Dei filius illos misso cis Evangelio suo, per delectos ad id à se ministros, & adspirato suo spiritu, colligit de mundo ad se, sicque collectos sibi, Ecclesiæ sanctæ suæ incorporat, atq; incorporatos regit, & gubernat ipse: utens ad id verbi sui, atque Sacramentorum per idoneos ministros dispensatione, ac vigilanti etiam disciplinæ suæ administratione.* 7 Lib. 1. c. 5.

Accedo ad ipsos Hierarchicos, *Matheus Sutclivius* disputat, Christum ut Regem Ecclesiam suam gubernare, quanquam medium gubernandi diversum ab eo sit, quo reges terreni respublicas suas moderantur. *Iohannes Bridgesius*, Ecclesiasticam politeiam in Christi regno & monarchia fundari patitur, hic ita pro Episcopis disputat. *Christi Monarchia intacta manere potest, interim ut separatam quis à Christo authoritatem possideat in Ecclesiastica gubernatione. Qui enim partem aliquam authoritatis Monarchæ (idque non a seipso sed Monarcham representans) sibi habet commissam, non statim ipsam Monarchiam invadit Had. Sarav.* Christũ velut Regẽ exactam Ecclesiæ gubernandæ formam in Evangelio præscripsisse, & eandem quasi immutabilem ad ipsum usque sæculi finem mandasse affirmat. Nec ego plura addam: quid enim in meridie lucernâ opus? hîc igitur quæstionis de politeiæ Ecclesiasticæ præstantia, primæ, quæ est de illius dignitate, finis esto. De summo pontif. l. 1. c. 1. Defens. Gubernat. ecclesiæ lib. 11. p. 854.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAP. 8.

De Disciplinæ Ecclesiasticæ utilitate.

SECVNDA, de illius utilitate est, quæ præteriri non debet, quum commune in *Anglia* opprobrium sit, *importunitatem eorum qui pro disciplina reformanda contendunt excusari non posse, propterea quòd de tricis quibusdam controversias moveant, et circa rem nullius ponderis aut momenti Ecclesias turbent.* At disciplinæ magnam vim esse in utramuis partem, primò illius cum reliquis practicis disciplinis

Digitized by Google

Polit. lib. 1. cap. 2. *In Catone Maiori.*

ciplinis collatio ostendet. Quod *Plato* de politica in genere, πολιτικὴ πασῶν ἐπιστήμη, & Aristoteles, πολιτικὴ πασῶν ἀρχιτεκτονική, & Plutarchus denique *Disciplinâ politicâ homo perfectiorem non possidet*, id de politeia Ecclesiastica multo magis dici potest, cum & huic ipsi politię civili imperet, de qua hęc illi locuti sunt. Ethica & œconomica privata tantùm curant, hæc publica: politica civilis publica procurat quidem, ideo ethicæ & œconomicæ disciplinæ præpollet, juxta illud, *salus reipublicæ prima lex esto*. huic tamen politeia qua de agimus Ecclesiastica ipsi præsidet, unde *Nazianzenus* Ecclesiasticos etiam regere, & quidem nobiliori regendi genere, atque ipse imperator, affirmat, qui & gregis dominici ovis est. Et *Chrisostomus*; *Si Rex quispiam, si Consul, si is qui diademate ornatur indignũ audeat, cohibe & coerce, tu illo majorem habes potestatem.* Et Gelasius ad Anastasium; *Licet præsideas humano generi dignitate rerum terrenarum, tamen præsulibus divinarum devotus colla submittis.*

Orat. ad civ. timore percu'ſ. *In Math. Hom. 83.*

Neque verò momentum minùs elucet, si Politeia Ecclesiastica in sese consideretur. Quod enim *Isocrates* de politeia in genere ψυχὴ πόλεως ἡ πολιτεία, tantam vim obtinens in republica, quantam in corpore anima, id ita ad politeiam Ecclesiasticam accommodat *Scultingius*, ut eam Eccclesiæ & animam & nervum & artum dixerit. Atque animam quidem Ecclesiæ politeiam esse ego non dicerem, nisi verbi respectu: nervum autem & artum quoad ipsum morum regimen, dicere non vereor, cum id ipsum & *Lous* ipse dicat. Cum enim *Th. Cartwrightus* dixisset, Ecclesiam non minùs sine disciplina, quàm civitatẽ sine muro, sine maceria hortũ consistere posse: imo inquit, *rectam disciplinam Ecclesiæ magis necessariam esse quàm murum civitati aut maceriam horto dicendum arbitror*: etiam artui & nervo eam cõparat postea. Accedit huic *Th. Bilsonus* qui controversias Anglicanas disciplinarias, non de tricis quibusdam levibus, sed de gravissimis religionis negotijs esse, in quibus Ecclesiæ totius salus & concordia vertuntur, fatetur non invitus. Non solum ratione ordinis hoc accidit, quem tamen haud secus in Ecclesiâ disciplina conservat ac in acie ars militaris, de quo ista *Nazianzenus*, τάξις μήτηρ τῶν ὄντων ἐστὶ καὶ ἀσφάλεια: nisi forte ordinem illum vis quem nominat *Paulus* *Coloss.* 2.5, in quo omnis vitæ puritas honestasque conservatur.

In Panegyric. Hierarchic. Anacrys. lib. 9. p. 1. *Querimon ecclesi.* *Cap. 13. p. 315.* *De Moderat. in disciplin. servand.*

Atquè hinc perspicere promptum est, quantum jam hodie Anglicanorum Episcoporum peccatum sit, qui disciplinam ab ipso Christo institutam adulterando, non murum tantum vineæ Dei dejecerunt, quod tamen immane quiddam habet, Psalm. 80. 12. 13. sed & artus & nervos Ecclesiæ etiam inciderunt, negotium illud in quo salus Ecclesiæ, & concordia vertitur, male administrarunt; ipsum ordinis denique, imo morum probitatis retinaculum sustulerunt. Atquè quam longe latequè (proh dolor) prosterpit hoc malum? accommodandum hîc enim, illud *Lamberti Danæi* est. *Nulli*

Proœm. polit.

Digitized by Google

libi gravius ab hominib⁹ peccatur & periculosius erratur quā in politicis: qua integras Nationes, provincias, regna, publica politicorum errata pervadunt. Hoc cum in charissima Anglia per Episcopos jam hodie factum boni pijque lugeant: quis eos qui remedium suspirant levitatatis arguat, ut ipse interim levis non sit? Naso hoc adunco suspendit *R. Banc.* qui *Allobrogico* invento nostro inesse dicit (in quib⁹ ab eis dissidemus) omnino nihil, quod momenti boni alicujus, aut substantiæ sit. Plus vero fervet imo furit *Lous. Invectam* (inquit) *a Puritanis disciplinam, ut impurum erroris & malitiæ fœtum, ut labem omnis ordinis, ut perniciem venustatis, ut charitatis pestem, & ut omnium quæ in Ecclesiâ habentur sacrâ cladem atq; ruinam detestari debemus.* Horrendum quod dicis, sed cum horrenda experientia comprobatum non sit, næ ex horrendo odio potius, quam ullâ aliâ horrendâ causâ dictum est. C. 4. p. 20. Querimon eccles. p. 264

2. Iam vero si in oculi Ecclesias reformatas circumferantur, ubiq; protestatur Deus, ut apud *Michaiam* olim 6. 3. quid fecit tibi hoc disciplinæ institutum meum popule mi testificare contra illud. *Quasi vero* (inquit *R. Bancroftus.*) *H. Bullingerus in Epistola sua quadam, data Mart.* 10. *Anno* 1574. *& Rodolphus Gualtherus in literis ad Episcopū Lōdinensem, & Eliensem, & Gantesius quidā aliq; oculati, fideq; digni testes de miserabili Ecclesiarū reformatarum conditione, & disciplinæ presbyterialis quam invexit confusione, satis testificati non sint?* Quid mihi aut *Gualtherum* aut *Gantesium* obtrudis, quum forte *Hadrianus Saravia* (ipse hostis) noster est? Quod ad *Bullingerum*, ex illius testimonio si modo verum sit, hoc tantum liquet, in Ecclesijs reformatis morum corruptelas esse: sed ad hoc probandum nullius quidem testimonio opus erat: quis enim dubitat? Apparet hinc tamen, inquis, non eos fructus ubi recipitur disciplinam vestram dare, quos nobis producturam esse si reciperetur tanto hiatu pollicemini, cùm in *Humili Motione*, tùm in vestra *Disciplinæ Ecclesiasticæ Defensione.* Quid tùm postea? Sic nec Euangeliū ipsum quod profitemur, eos luculentos fructus profert ubi recipitur, quos tamen adversus papistas sepositâ hominum vitiositate, naturaliter ab eo germinare dicimus. Cap. 35. p. 452. 453. 454. 456.

Aliquos illud semper proferre, adversus papistas satis esse putamus: sed sic & disciplina etiam semper aliquos profert, cur non & hoc adversus illius adversarios satis idoneum responsum erit? Certe cùm huc usq; pares simus, quod papistis responderi a nostris assolet, personarum non fidei fructus illos amaros esse, quibus Euangelium aggravant quod profitemur: id ipsum *Bancrofto* eandem calumniam adversus disciplinam interquenti, quam adversus doctrinam illi, respondere promptum est, personis non ipsi disciplinæ Ecclesiarum reformatarum labes correptelasque attribuendas, Atque hic illud *Obedi* prophetæ meminisse æquum erat. *Annon & nos ij estis, & ut peccata cum vobis sint, coram Deo Domino vestro,* 2. Chron. 28. 10.

Lib. 1. p. 84 & 87. 10. Extorquet lachrimas inquit *Bridgesius* Ecclearum reformatarum deformitas, prætextu, reformationis in eas invecta: Ecclesia nostra multò melior. Lamia es ô bone senex. Imo verè ἀντίτυπος *Laodicenus* ille, qui de Ecclesiæ suæ statu gloriatur, cum tamen maximè miserabilis sit, *Apocalips.* 3.17. Etenim Ecclesia sub papatu latitans, *Pergami*, Ecclesia a temporibus *Wiclephi* renascens, *Thiatiræ*, *Lutherana*, *Sardicenæ*, *Helvetica* & reformata, *Philadelphiæ*, *Anglia* vero *Laodiceæ* ἀντίτυπος est, ut in *Brightmano* videre licet. Inspicienda igitur *Laodicea* quasi speculum est, quo maculas nostras deprehẽdamus, sic & non aliter, quàm deformis Ecclesiæ nostræ facies sit, quàm Ecclesiarum reformatarum spiritus sancti judicio pulchra, intelligemus: nusquam etenim nisi ad verbi divini speculum faciei maculæ internoscuntur, *Iacob.* 1.23. quid autem? In *Philadelphia* quasi τύπῳ, Ecclesijs reformatis quasi ἀντιτύποις nihil culpari invenimus, in *Laodicea* verò ac proinde in *Anglia*, omnia. Cur in reformatis nihil culpatur, cum in ijs corruptelas esse; satis manifestum sit? Ratio jam nuper reddita est, quia hæ personarum sunt, non doctrinæ aut disciplinæ. Cur in *Anglia* culpantur omnia? Non respectu doctrinæ, in *Laodicea* etenim sicut in *Anglia* fidelem se & veracem testem Christus exhibuit, *Apocalyps.* 3.14. Disciplina igitur *Anglicana* totum mali onus sustinet: Loquitur enim Spiritus Sanctus (ut rectè *Brightmanus*) de communi forma externaque facie Ecclesiæ, qualis nimirum est, non tam sui gratia, quàm administratione Angelorum, quæ sic quidẽ est instituta ut qui rem æquis oculis considerat, illi meritò videatur ab omni virtute vacua & inanis. Desinat itaque *Bridgesius* Ecclesiarum reformatarum mala, quasi reformationis prætextu invecta, effusis lachrimis deplorare, morbos verò intestinos *Angliæ* siccis oculis præterire, quasi aut nulli essent, aut disciplinæ pharmaco leviores redditi: cum & gravissimos detegat Christus, & eos disciplinæ corruptioni ascribat. Desinat etiam *Bancroftus*, Ecclesiarum reformatarum næuos, disciplinæ imputare, quos non eis ipse imputat Spiritus Sanctus, ut qui a privatis personis duntaxat oriantur. Atquè sane utramque columniam, tum *Bridgesianam* tum *Bancroftianam*, *Iohannes* ille *Bodinus* refutat, vir πολιτικώτατος, & qui cum absquè affectu scribit, *Bartholomeo Keckermano*, sanum quid & admirable habere videtur. Ita is igitur de disciplina Genévensi. *Quorum illud* (inquit) *laudabile est, si quid usquam gentium, quodque Rempublicam efficit, si non opibus &* Method. Histor. *imperij magnitudine, certè virtute ac pietate florentem: illa nempe pontificum censura, qua nihil maius aut divinius cogitari potuit ad coercendas hominum cupiditates, & ea vitia, quæ legibus humanis & iudicijs emendari nullo modo possunt. Hæc tamen coertio ad Christi normam dirigitur, latenter primùm & amicè, deinde paulò acerbiùs, tunc nisi pareas, sequitur interdictio sacrorum gravis & efficax, interdictionem animadversio Magistratus. Ita fit, ut quæ legibus nusquam*

vindicantur, illic sine vi ac tumultu coercantur. Igitur nulla meretricia, nullæ ebrietates, nullæ saltationes, nulli mendici, nulli otiosi in illa civitate reperiuntur. Hæc ille: ex quibus constat, coruptelarũ, disciplinam reformatam, inimicam non amicam, falsem non fautricem esse: quod si verum non esset, os tamen *Bancrofto* obthurat merito, corruptelarum in *Anglia* chaos illud, numero plurium, noxâ acriorum, quarum culpam disciplina Hierarchica ementita, reatumque sustinet.

3. Superest scrupulus *Hadriani Saraviæ* vel augurium potiùs: exuta etenim Theologi persona, pro eo quod disputare debuerat, agit auruspicem. *Nuper admodum* (inquit) *hæc nova gubernationis forma rejectis Episcopis introducta est: quid paritura sit, nondum sciri potest. Nulla ratio quid mali in ea lateat, & quàm sit adversus hæreticos, factuosos, schismaticosq; infirma, docere potest: stultorum experientiâ magistrâ opus est, quos illa, quæ præteritorum temporum est, nihil movet. Sed vereor ne sero doceat, quando accepto malo, frustra quæretur remedium. Quod a me dictum non ita volo accipi, tanquam eam regiminis formam, quæ in Ecclesijs reformatis conspicitur sublatam cupiam, nisi melior substituatur, sed eam utilem esse tantùm loco & tempori, sciri ab omnibus velim. Secundus a* Calvino *cum* Beza Genevensem *regit Ecclesiam in parva republica, quandiu in tranquillo statu degitur, omnia quidem benè se habent, &c.* Audiat *Lous.* Malè tu disciplinam reformatam quasi pestem execratus es: nulla hoc ratione adhuc doceri potest, dicit *Saravia.* Audiat *Bancroftus.* Malè tu *Genevensem* disciplinam quasi corruptelarum idvectricem exagitasti; omnia adhuc *Genevæ* se benè habere affirmat *Saravia.* Audiat denique *Bridgesius.* Absque causa Ecclesiarum reformatarum disciplinam deplorasti, eam loco & tempori harum Ecclesiarum utilem esse *Saravia* agnoscit. Quod verò de nescio quo malo fato divinatur *Saravia* pro futuro; respondemus cum *Tertulliano. Iniquum est quum de manifestis condemnare non potestis, de occultis prædamnare.* Quid quod hęc prædamnatio *Saravica*, aperto ipsius Spiritus Sancti vaticinio prædamnetur? Bene adhuc se omnia *Genevæ* habere dicis, recte tu quidem; sic enim omnia *Genevæ*, quasi bene se habentia collaudat Christus, in τύπῳ *Genevæ* Ecclesia nempè *Philadelphiensi* Apocalyps.3.8. Atqui idem Christus qui omnia adhuc optimè se ibi habere dicit; omnia quoque usque ad finem optimè se ibi habitura prænunciat. Non etenim hujus Ecclesiæ corona marcescet unquam.v.11. *Columna illa in domo Dei sui est, v.12. Nomenque in fronte sua novæ Ierusalem inscriptum* gerit, quò certior fiat, clavem quam *Davidis* gerit, v.7, id est non doctrinam tantummodo, verùm & disciplinam etiam, quæ clavis nomine adumbrari in sacris solet, ad ipsam usque *Iudæorum* Ecclesiam perduraturam,

Cont. Bez. c.24. pag. 210.

Apologet.

E &

& unà cum eâ consociatam iri, Atquè observandum est hanc promissionem Ecclesijs reformatis propriam esse, ex quo conjicere promptum est, non tam eorum doctrinam, quàm disciplinam eâdem præmuniri. Conspirat in doctrinâ quidem cum *Philadelphiensi Laodicea*, & ὡς ἐν τύπῳ, cum *Geneva Anglia*, sic ut ob disciplinam solam accidat, ut hujus particeps non sit. Quid dixi? Imò ob corruptam disciplinam non solùm hujus promissionis expers *Anglia*, sed & horrendæ comminationi contrariæ obnoxia, ni resipiscat. *Fiet ut ex ore meo evomam te*: id est, te desolatam reddam in perpetuum: non enim cogitandum, Christum unquam ad suum vomitum reversurum.. Videsis igitur *Hadriane Saravia*, mens tibi quàm levis fuerit: quum id disciplinæ *Genevensi* falsò ominatus sis, quod disciplinæ *Anglicanæ* tuæ eventurum, ipsemet prædicit Christus. Atquè de politeias Ecclesiasticæ præstantia secunda, nempè utilitate hæc satis dixisse sit.

CAP. 9.

De necessitate Disciplinæ Eccles. Thesis prima, eam non esse rem indifferentem.

SVPEREST tertia, Ecclesiasticæ politeias *Necessitas*, de quâ hæc sequentes Theses considerandæ. Primò, Ecclesiasticæ Politeias necessitatem negativè efferimus, sic ut necessaria sit, quâ τὸ ἀναγκαῖον τῷ ἀδιαφόρῳ opponitur, id est, res indifferens non est, quæ tamen adversariorum alicubi videtur esse sententia. *Iohannes Whitgiftus* ita. *Non in eo controversia vertitur, an multa a reformatoribus commemorata, commodè temporibus Apostolorum in usu fuerint, & quibusdam in locis commodè iam recipi possint; imò & commodè recipiantur etiam in quibusdam Ecclesijs reformatis. Nihil horum negatur, neque ut falsò traducimur, nobis id arrogamus, ut Ecclesias alias, vel improbemus, vel condemnemus, in ordine illo, quem tanquam suo statui accommodatissimum receperunt.* Rursus, de Pastoum electionibus agens, quæ res in Politeiâ Ecclesiasticâ fundamentalis quædam est. *Alias Ecclesias non condemnamus* (inquit) *quæ ordinem diversum in electionibus suis sequuntur. Dico nullam certam eligendi formam in Scripturis præscriptam esse: unde cuique Ecclesiæ id facere licet, quod sibi maxime esse conveniens judicabit.* Georgius Dovvnamus ità. *Non ita functionem episcopalem de jure divino esse teneo, quasi nullum aliud gubernationis genus legitimum esset: neque ordinationem ita ab Episcopo pendere, ac si in Ecclesijs reformatis ministri nulli essent. Ioh. Bridgesius*, in medio relinquit liberum, utrum disciplinam necessariam an indifferentem censeamus necnè: hic ita loquitur. *Si necessariam statuamus, aut superioritas Episcoporum*

Præfat. Lector.

Tractat. 5. c. 5. Divis. 8. p. 269.

Defens. serm. lib. 3. c. 1. p. 22.

Digitized by Google

iam agnoscenda est, aut patres primi condemnandi, qui illam ab ipsis Apostolorum temporibus exercuerunt. Si verò necessariam statuere non libet, sed rem indifferentem quæ variari & mutari potest: nec conedemnare par est Ecclesias illas, aut verò etiam de eis malè aut sentiri aut loqui, quæ diuersa gubernationis formâ utuntur, nec illas vicissim nos. Defens. Gubernat. eccles. l.3. pag. 319 320.

Rectè quidem disciplinam rem indifferentem esse agnoscit, si necessaria non sit, & si propter ejusdem variationem Ecclesiæ aliæ condemnandæ non sint, quo & illa tendunt *Panormitani*: *Continentia* (inquit) *non est in clericis secularibus de substantia ordinis, nec de jure divino, quia alias Græci peccarent, nec excusaret eos consuetudo, quia illa non valet contra legem divinam.* Titul. de cler. coniug. c. cum olim. Exultat *Stapletonus* & *Cornelius Scultingius*, quòd Episcopi *Anglicani*, per annos 40. Catholicorum disciplinam retinuerint, invitis *Puritanis* & Ecclesijs reformatis: *contra quam politeiam fremunt* (inquiunt) *nequicquam Genevenses, Heydelbergenses, aliiq; Puritani.* Triplicat. art. Whitaker. c. 19. Hierar. Anacr. l. 2. p. 45. Scelus igitur Episcoporum *Anglicanorum* hoc quantum est? Domi vineam domini vastarunt, tragedias horrendas excitarunt, pastoribus orbarunt Ecclesias, carceres servis Dei implerunt: mare deniq; *Anglicanum*, quod antè a *Iohanne* prædictum Apocal. 15. 2. miscueruut igni: foras verò & sinum *Philistæorum* gaudio referserunt, & Ecclesias Iesu Christi reformatas suffuderunt pudore, fremitu inquietarunt: quum interim disciplinam illam pro qua tam atrociter sæviunt, rem merè indifferentem esse concedant, Ecclesias diversam sequentes, condemnandas non esse putent, regimen illud denique contrarium, pro quo miseros *Puritanos* itâ divexant, legitimum fateantur.

At similia a vobis de disciplina etiam vestrâ coceduntur dicit *Bancroftus*. *Theodorus* siquidem *Beza*, a *Iohanne Whitgifto*, propter πολυπραγμοσύνην in re disciplinaria sua obiurgatus, ita reverendi illius Antistitis animum mulcet, per literas ad eum datas Mart. 8. 1591. *Non compellimus Ecclesias contrarium sentientes ad ordinem nostrum: neq; de eis aliter sentimus, atq; aut eorum pietas & dignitas, aut mutua fraternitas requirit. Procul absit a nobis arrogantia hæc. Quis aliquod nobis in ullam Ecclesiam imperium tribuit? Procul absit ut putemus (seruatis substantialibus) nihil concedendum antiquitati esse, nihil consuetudini, nihil circumstantijs locorum, temporum personarum, &c.* C. 8. p. 134. Rursus in libro adversus *Hadrianum Saraviam* postquam de tyrannide Episcoporum papalium locutus esset, hanc exceptionem subiungit, p. 126. *Neq; tamen propterea, hujus tyrannidis, omnes Archiepiscopos seu Episcopos hodie vocatos accusamus. Quæ enim fuerit hæc arrogantia? Imò multos sic hodie appellatos, modo sanctissimorum illorum Episcoporum exemplum imitentur, & tam miserè deformatam domum Dei, ad amussim, ex verbi diuini regulâ, pro viribus instaurent, ut Ecclesiæ Christianæ veros pastores, cur non agnoscamus? obseruemus? &* Pag. 135.

omni reverentia prosequamur? nedum, ut, (quod falsissimè & impudentissimè, nonnulli nobis obijciunt) cuiquam usquam Ecclesiæ sequendum nostrum peculiare exemplum præscribamus, imperitissimorum illorum similes, qui nihil, nisi quod ipsi agunt, rectum putant. Et ad eundem sensum paulo ante pag. 111. *Quod si nunc* Anglicanæ *Ecclesiæ instauratæ, suorum Episcoporum & Archiepiscoporum authoritate suffultæ perstant: quemadmodum hoc illi nostrâ memoriâ contigit, ut huius ordinis homines non tantùm insignes Dei martyres, sed etiam præstantissimos pastores ac doctores habuerit: fruatur samè ista singulari Dei beneficentia, quæ utinam ut sit perpetua.* Citat & ista *Bancroftus* alibi, ubi confitetur, non nisi sub conditione, Dominum *Bezam* hæc locutum fuisse: sic enim habet, *Venia Bezæ danda est, ut suum* S I *interponat. Quòd si nunc inquit* Anglicanæ *Ecclesiæ, &c.*

Atquè hæ sunt illæ concessiones *Bezianæ* de quibus tanquam victores triumphant *Bancroftus, Bilsonus, Saravia, Downamus,* advetsarijque reliqui, ut in quibus causam totam sibi a *Beza* tributam esse jactitant. At quid si istas pares illis esse quas nuper citavimus, concederemus? Ecquid lucrarentur aliud, quàm *Bezam* suis parem esse? *Bezam* in hisce concessionibus, causam ipsam sibi concessisse dicunt: videant igitur illos suos nuper cõmemoratos, *Whitgiftũ, Downamũ, Bridgesiumq;* & causam suam concessisse nobis. Atque sanè si *Beza* per modum approbationis hæc locutus fuisset, ut sua locuti sunt illi vestri, & sibi contradixisset (quod criminatur *Bancroftus*) & totam causam tradidisset, (quod causatur *Bilsonus*) sicut & illos uestros aut sibi aut suis contradixisse, & totam causam nobis tradidisse dicimus. At quàm longum intervallum? Nusquam enim *Beza Angliam,* quòd ad factum temeratæ disciplinæ, condemnandam esse negat. Nusquam Hierachiam *Anglicanam* legitimam esse concedit. Nusquam denique rem disciplinariam aut appellari a quoquam permittit indifferentem. Non compellendas Ecclesias dicit ad ordinem *Genevensem,* nempè quia *Geneuensis* est. Non peculiare exemplum suum alijs Ecclesijs præscribere affirmat, ut illud eis sequendum sit: nempe quâ suum, & sibi peculiare est. Non condẽmnat eos qui aliter atque *Genevenses* agunt: nempe ad morem imperitissimorum eorum, qui actum suum quà suum est ita urgent, ut nihil prætereca rectum existiment. Quid ni? Imperium enim in Ecclesias alias *Geneva* nullum habet? & arrogantes Dei servos esse non oportet, ut eis imperare velint, in quos imperium a Deo concessum nullum habent. Cedendum aliquid antiquitati dicit, & pacem fraternam cum eis qui contra sentiunt colendam, & pios Episcopos tanquam fideles pastores reverendos affirmat, eisque obediendum esse. Quid ni? Indulgere etenim eis modestia Christiana mouet, qui antiquitatatis errore licet abripiantur, in alijs fundamentalibus tamen orthodoxi sunt: & suadet charitas pacis vinculum rumpendum nonesse propter nævos nonnullos, quamdiu cæteroqui fidei unitas

integra

integra manet; & ad postremum iubet pietas reverendos illos esse, & ut pastoribus obediendos, qui revera se fideles præbent in domo Dei ædificandâ, aut locum pastorum obtinent, licet Archiepiscopatum aut Episcopatum illegitimum, illegitimè unâ possideant, errore occæcati. Dicit postremò: *Fruatur per me Anglia, singulari Dei beneficentia, licet Archiepiscopali & Episcopali authoritate suffulta.* Quidni? Non enim dicit fruatur hâc disciplinâ, sed fruatur hâc Dei beneficentiâ; si de disciplina; non dicit, per me approbetur, sed per me frui toleretur, penes quem nec authoritas exauthorandi, nec potestas emendandi residet. Hoc dum facit, tantum abest quòd approbet, ut etiam tectè condemnet: quòd si tectè non vetaret, dum disciplinam *Genevensem* præfert, dissuadet saltem *Anglicanam. Tertullianus* sic. *Quod permittitur, spontaneam habet permissionis suæ caussam. Non propterea appetenda sunt quædam, quia non vetantur, etsi quodammodo vetantur, cum alia alijs præferantur. Prælatio enim superioris, dissuasio est inferiorum.* Hactenus de thesi prima de politeias necessitate. Ad Vxor. cap. 3.

CAP. 10.

Thesis secunda, quod Disciplina pracipitur in verbo.

SEcunda sequitur. Quum politeia Ecclesiastica res indifferens non sit: sequitur necessitatem *præcepti & iuris* illi tribuendam esse, eam nempe, quam ita describit *Tertullianus. Quod præcipitur imperatur, quod imperatur necesse est fieri, si non fiat, pœnam habet. Vbi consilium datur, offerentis arbitrium est, ubi præceptum, necessitas est servientis.* Atque huiusmodi necessitatem politeiæ inesse suo loco demonstrabitur libet hic tantum quasi ἐν παρόδῳ de loco illo suscitari qui habetur, *Heb.* 6. 2. ubi principia religionis Christianæ sex recensentur, *fides, pœnitentia, baptismus, impositio manuum, resurrectio à mortuis, & iudicium æternum.* Quæritur quid hæc manuum impositio sibi velit? Sunt è nostris, qui electionem notari dicunt, ac per eam synecdochicè totam politeiam Ecclesiasticam insinuari opinantur. Hoc si verum sit, & de politeiâ doctrina quædam in scripturis tradita sit (id enim hic in ista *manuum impositione* dici videtur) & inter necessaria religionis Christianæ capita, ea recensetur. Id ipsum sequetur ex interpretatione Hierarchicorum, qui eam referunt ad Episcopalem quæ jam viget, adultorum confirmationem. Annon etenim hæc confirmatio res disciplinaria quædam est? certe si hæc necessaria, & reliquæ partes disciplinariæ necessariæ etiam erunt. Neque quicquam hac interpretatione, Episcopali authoritati accedet: cum *Bilsonus* ipse confiteatur, con-

 fir-

Digitized by Google

firmationem istam, jure tantùm humano, Episcopo propriam esse. Atque sane jus istud humanum, injustum est: cum nulla hîc alia confirmatio stabiliatur, quàm quæ Ecclesijs in reformatis ubique obtinet, in quibus adulti per presbyterium examinantur, populi consensu approbantur, & à tota Ecclesia speciali modo ut membra suæ communionis recipiuntur, & ita quasi confirmantur, priusquam ad cœnam Domini admittantur, mihi verò meæque causæ, istâ Hierarchicorum interpretatione accedunt alia duo.

Primò, infirmum esse *Georgi Downami* argumentum adversus Seniores Presbyteriales, si in nullo alio scripturæ loco, Presbyter hujusmodi Seniorem notaret, quàm 1. *Timoth.* 5. 17. Quid enim? An ullo alio scripturæ loco præterquam in isto, confirmatio adultorum docetur, quam tamen necessariam dicitis? Secundò, arenosum esse non *Georg. Downami* solùm, sed & reliquorum Hierarchicorum fundamentum, ideo patribus in re disciplinaria credendum esse, quia per trecentos fere annos nihil mutarunt, nihil in disciplina corruperunt, quod ab Apostolis haberent acceptum. Quid enim? Annon hanc confirmationem quam hîc ab Apostolo traditam dicitis, adeo in ipsius Ecclesiæ primordijs mutarant patres, ut hæc manuum impositio infantibus daretur in ipso baptismo suo, sicut liquet ex illis testimonijs quæ condensantur in Censura orientalium Ecclesiarum? Sed ut unde progressa est revertatur oratio, concludendum omnino ex *Paulino* loco isto, quo demumcunque sensu intelligatur, rem disciplinariam necessitate præcepti & juris necessariam esse.

CAP. II.

Argumenta adversariorum ab absurdo contra Thesin secund. primum, quod tum disciplina esset de fide, & pars Evangelij.

Atqui ex hoc dogmate vestro (arguunt Hierarchici) multa absurda consequuntur. Quæ nam obsecro? *Primo* (inquit Whitgiftus) *hinc sequeretur disciplinam & de fide esse, & Evangelij partem esse, quod enim necessarium est obligat ad fidem.* Quis hoc dubitat? nisi in dubium vocet quis, concertationes Theologorum de fide necne sint, quas adversus papatum instituunt, qui nonne quæso disciplinaria res quædam est? Certe primatus universalis, quem *Iohannes Constantinopolitanus* affectavit, universalis tantum Episcopatus erat, non qualis emersit postea papatus: is enim
Li. 4. epist. 39. adhuc caput non exererat: de quo tamen *Gregorius Magnus* non veretur affirmare. *In isto scelesto vocabulo consentire, nihil est aliud quàm*

quàm fidem perdere. Rursus. *Pacem nobiscum habebitis si prophani nominis superbiam declinatis juxta quod magister gentium dicit, ô Timothee, depositum custodi, levitans prophanas vocum novitates.* Rursus, *Non solus ego sed tota turbatur Ecclesia: quia piæ leges, quia venerandæ Synodi, quia ipsa Domini nostri Iesu Christi mandata superbi atque pompatici cujusdam sermonis inventione turbantur.* Rursus, *In hac causa Evangeliorum ac canonum statuta humilitatis atque certitudinis virtute defendo.* Rursus, *Vos eandem causam illam dicere non debetis, quia si hanc æquanimitatem portamus, universæ Ecclesiæ fidem corrumpimus.* Rursus, *Pastorali constantia atque Apostolica authoritate suffulti, prædonem, irruentemque lupum excludite, & in discissionem Ecclesiæ sævienti non cedite.* Et quorsum tam multa ex *Gregorio* inquis? Quasi hæc singula causam nostram non intimè attingant? *Iohannes Whitgift.* in *CartWrighto* tanquam novum quid & inauditum explodit, quòd disciplinam de fide esse affirmarit, ideo quòd nulla certa aliqua regiminis Ecclesiastici forma in verbo præscriptâ sit. Imò *Whitgifte* eam regiminis formam in *Timothei deposito* contineri, *in mandatis Christi* reperiri, *in Evangeliorum statutis* tradi, *Apostolica authoritate* suffulciri *Gregorius* affirmat, quæ Archiepiscopatum tuum, & reliquam *Anglicanam* Hierarchiam subvertit funditus. Neque enim genere, sed gradu tantùm *Constantinopolitanus* & *Anglicanus* Episcopatus distat: usurpat uterque in collegas pares; tantùm in hoc discrimen est, quod ille Vniversalis, hic Provincialis aut Dioecesanus sit. Atqui quantitas iurisdictionis differentiam nullam specificam infert, dicit *Saravia*; tam ille pater est qui unum, quam qui multos liberos habet; tam ille rex qui urbi quàm qui nationi imperat: ac proinde ex adverso, tam ille tyrannus qui in civitatem, quàm qui in regionem imperium affectat injustum.

Lib. 6. epist. ad Cyriac.
Lib. 4. epist. 32.
Lib. 4. epist. 34.
Lib. 6. epist. 24.
Lib. 7. epist. 69.
Tractat. 1. c. 2. divis. 2. pag. 79.

Quid quod rationes *Gregorij*, quas adfert plurimas, tam Episcopum *Anglicanum* iugulant, quàm *Constantinopolitanum*? sic ut fere nullum *Timothei depositum, mandatum Christi* nullum, nullum *statutum Evangelij, Apostolicam authoritatem* nullam proferat: quæ perinde adversus *Anglicanum* atque *Constantinopolitanum* Episcopatum non faciat. Quod vero Evangeliorum statutum nominat, in eo *Sutclivio* contravenit, qui fusè disputat, disciplinam (nostram saltem) Evangelij partem dici non posse, quia cum Evangelij proprietatibus non communicat. Puerile; Evangelij siquidem pars est, si in Evangelio tradita: neque magis disciplina nostra, quàm vestra exercitium mortis est: excommunicat quidem, sed nonne & vestra excommunicat etiam? Atque ut excommunicat impœnitentem, ita & pœnitentem solvit: quo saltem respectu ut Evangelij propriè dicti sanctio est, ita & lætum illud (quod tu objectas) Evangelij nuncium affert.

Tractat. de disciplin. Eccles. c. 25.

Ridicula illius reliqua omitto, indigna enim sunt quæ refellantur,

Downam;

imò quæ recenseantur quidem: cujus generis licet *Bancrofti* atque *Downami* non tam argumenta quam ludibria sint, non tamen prorsus prætereunda. Pro eo quòd disputare debuerant ludificantur & irrident isti, quanquam è duobus multò modestior *Georgius Downamus* est. *Accepimus Presbyterialem Disciplinam vestram essentialem esse* (inquit) *si non & articulum fidei vestræ.* Huc citat *Bancroftum*, qui in effectu disciplinam nostram articulum quendam Symboli nostri evasisse rotundè asserere non veretur. Animadvertendum autem est, ironiæ hujus *Downamum* ipsum puduisse; Annon enim cernis quomodo corrigit? Primò etenim apponit SI: deinde, pro articulo symboli nostri, ponit articulum fidei nostræ, quòd aliquantò levius est: quum verò vocabula ista *articulus fidei*, ab ipso *Downamo* plus satis odiosè ponantur, quum censeat verba illa *Guilielmi Traversij* (quibus hæc tota ludificatio nititur) nihil aliud implicare quàm disciplinam ita articulum fidei esse, perinde ac reliqua in verbo tradita, articuli fidei dici debent. Ita confessio Gallica: *Credimus quòd Ecclesia gubernanda sit, politeiâ & disciplinâ eâ, quam Dominus noster Iesus Christus instituit, videlicet ut in ea Pastores & Seniores, & Diaconi sint.* Ita confessio Ecclesiarum Belgicarum: *Credimus, quod hæc Ecclesia regi oporteat spirituali politeia illa, quam nos Deus in verbo suo edocuit, sic ut in eâ Pastores & Seniores & Diaconi sint, qui Ecclesiæ presbyterium constituant.* In has ita *Gualterus Traversus*, *Animadversione haud indignum est, quòd Ecclesiæ istæ necessarium iudicarint, in confessione suâ, quâ fidem suam declarant, articulum de Ecclesiæ disciplinâ inserere; quodque in ejusdem descriptione, non quod opinantur, sed quod credunt posuerint, eodem verbo usi, quo in articulis fidei & doctrinæ usi sunt.* Quid hîc vel Momus ipse reprehendat? Reprehendit tamen illustres hasce Christi Ecclesias *Richardus Bancroftus*, eorumque fidem, præsertim si sensu *Traversiano* intelligantur, *Fidem Carbonarij* appellat, *quod credant quod* Beza *credit, quantumvis quid* Beza *hac in re credit, nec illæ, nec ipse* Beza, *sciant.* Implete mensuram sociorum vestrorum, qui blasphemant tabernaculum Dei, & sanctos qui in eo habitant, *Apocalyp.* 13. 6. Atque hoc, ad absurdum primum.

Lib. 1. c. 6. p. 128. — Cap. 34. pag. 441. — Pag. 442. — Art. 25. — Art. 30. — De Discipl. pag. 21. — Pag. 442.

CAP. 12.

Absurdum secundum, quod tum damnantur qui eam non recipiant.

SEcundum ita ponit *Mattheus Sutclivius. Quod si disciplina vestra necessaria sit, & in verbo tradita, obligaret ad obedientiam: unde sequetur, quotquot eam no recipiunt, eoq; utuntur, absq; recipiscentia damnatos omnes esse.* Similiter *Bancroftus*, qui *Bezam* æquiparat

Tractat. de discipl. n. cap. 1. p. 5.

Boni-

Bonifacio Papæ, ac si omnes qui suæ disciplinæ semetipsos non submittunt ad Orcum damnaret, sicut a *Bonifacio* sancitum novimus, *De necessitate salutis esse, ut omnes creaturæ Romano Papæ subsint.* Atqui nihil ejusmodi ex nostro dogmate sequitur, quod *Sutclivius*, multo minus, quod *Bancroftus* injustissimè calumniatur; qui omisit hîc clausulam de pœnitentia, quam tamen *Sutclivius* adjiciendam existimavit, ita tamen ut resipiscentiam particularem intellexerit: neque enim sententiam gravaret nostram, quin eos omnes damnatos esse, qui ne generali pœnitentia quidem de peccato suo in disciplinâ oppugnanda, inter cętera sibi ignota non resipiscant, quia ij nè de peccatis sibi cognitis & manifestis seriò resipiscere possunt. Cap. 3. p. 59

Cogitet igitur secum *Sutclivius*, quemadmodum *Iacob* de Polygamiæ peccato suo in particulari non resipuerit, generali tamen pænitentiâ quâ de omnibus peccatis suis sibi incognitis divinam clementiam & misericordiam implorauit, salvatus fuit: ità hodie salvari omnes electos generali resipiscentiâ suâ, quamvis in particulari de Hierarchico peccato suo non resipiscant. Particulari pœnitentiâ opus habuit adulterium *Davidis* utpote cognitum & manifestum Psal. 51. 1. generali verò eâque solâ, peccata illa, quæ sibi incognita esse dixit, *Psal.* 19. 12. Atquè hoc ad absurdum secundum.

CAP. 13.

Argumentum tertium, non esse veram Christi Ecclesiam quæ eam repudiat.

TERTIVM a *Matheo Sutclivio* iterum objicitur, qui ita habet. *Si disciplina nostra pars Evangelij sit, tum vera Christi Ecclesia ea non est quæ eandem repudiat; infirma & puerilis* Tho. Cartvvrighti *adversus* Harrisonum *defensio est; intolerabilis error erat, disciplinam Evangelij partem statuere, hoc vero posito, magis absurdum erat insensatumque, Ecclesiam nostram defendere, quæ eam repudiat. Hoc enim negari non potest, si disciplina pro qua contendunt, pars Evangelij sit: tum Ecclesia Anglicana eam repudians vera Ecclesia non est: & luctatur* Tho. Cartvvrightus *cum seipso, & cum adversario suo ridiculosissimè.* Tractat. de disciplin. c. 15. p. 165.

Infirmum, pucrile, intollerabile, absurdum, insensatum, ridiculosissimum, & quid prætcrea? Ecquid vel invidia ipsa ultrà excogitare potuit? Sed vide lector, quam hic verum quod *Seneca* olim. *Odium loquitur non quod est, sed quod subest:* non eo sensu solū quod horum malitia, sed eo etiam quòd horum reatus in corde *Sutclivij* subesse videatur. Quid enim? Annon ipse infirmus, puerilis, intollerabilis, absurdus, insensatus, ridiculus, quòd in-

ter tot aculeatas contumelias, ne rationem vel unam adjecerit? At fortè alibi adjicit inquies. Neque id quidem, nisi infirmam, puerilem, intolerabilem, absurdam, insensatam & ridiculam dixeris. Ita enim arguit: Si disciplina vestra necessaria sit, tum sequetur, eas non esse veras Ecclesias, quæ istam Christi ordnationẽ non recipiunt: nam oves Christi illius vocem audiunt. Ioan. 10. In quo nonne vocem ego *Pelagiani, Donatistæ, Anabaptistæ, Brownistæ, Papistæ* verè audio? Num fallor? quid? Nulla auditio vocis Christi nisi perfecta: nulla ovis Christi nisi quæ perfectè audit? non, nisi fundamentum istud verum sit, quod absurdè nobis absurdum objectas, absurdiùs probas. Anglia scilicet Ecclesia non erit, si vel in una ordinatione Christum non audiat, eà nempe quam de disciplina sanxit. id est, societas nulla Ecclesia est, quæ non in omnibus perfectè Christum audit. Quid hoc est aliud quam cum antiquis [a] *Pelagianis* & hodiernis *Anabaptistis* conspirare, qui eam perfectam sanctitatem in Ecclesijs requirebant, ut societates omnes Ecclesias negarent, in quibus vel minima imperfectio sive interna sive externa reperiebatur? Quid hoc est aliud quàm cum antiquis [b] *Donatistis*, eas omnes societates ex Ecclesiarum albo expungere in quibus aliqua, aperta saltem immunditiies se ostendit? Quid hoc est aliud, quàm *Brownistam* prorsus agere? nonne eundem textum adferunt, eodem modo argumentantur: oves Christi vocem ejus audiunt, Ioan. 10. *Anglia* vocem Christi in disciplina non audit, ergò vera Christi Ecclesia non est. Quid denique hoc aliud est, quàm *Papisticam* illam phrenesin revocare, quam tam multis confutat *Iohannes Gerson*? nihil scilicet aberrans in Ecclesia esse posse vel quoad doctrinam vel quoad disciplinam: quia Ecclesia errare non potest supra petram ædificata.

Ibid. cap. 1. p. 5.

[a] *August. cont. Calestin. Hieron. cont. Pelagian.*

[b] *Canus lib. 4. cap. 3.*

Declarat. defect. vitor. ecclesiast.

Tenendum vero adversus *Matthæum Sutcliviium* atque hosce suos gregales omnes est: sicut privatim fidelis quis verum membrum Ecclesiæ esse potest, etsi perfectè Christũ non audiat, etsi plenè non obediat, etsi in omnibus Evangelij præceptis secundũ officium suum non faciat: ita & publica societas quæq; vera Ecclesia esse potest, etsi omnes sanctiones Evangelicas perfectè non adimpleat. Scribit ad Ecclesiã *Sardicensem* Christus. *Opera tua non sunt plena coram Deo*; *Apoc.* 3. 2. quam tamen Ecclesiam agnoscit, quam Ecclesiam appellat, ad quam velut ad Ecclesiam scribit. Audiat *Sutclivius*, audiat *Brownista*, audiat *Anabaptista* quisque: *Sardis* vera Ecclesia est, etsi vocem Christi plene non audiat, etsi illius obedientia plena non sit, etsi ad plenum sicut oportuit ab Ethnicismo non fuerit reformata. Quid quod de Ecclesia Lutherana, quasi Ecclesiæ Sardicensis ἀντίτυπον hæc dicta esse *Thomas Brightmanus* probet? Ita & ea Ecclesia erit, etsi non tam audiat vocem Christi atquè audit *Anglia*: etsi non tam plenè a Papismo repurgetur.

Secundò, sicut aberratio in disciplina *Anglicana* Ecclesiæ natu-

tam minimè tollit, quia non est totalis, sed partialis tantùm: ita etiam quia non est fundamentalis, sed ejusmodi, quæ licet graviter peccet propter præcepti jurisq; divini prævaricationẽ, aChristo tamen Ecclesiæ capite ἁπλῶς non separat, ipsũve ecclesiæ fundamẽtũ aut subruit protinus aut subvertit. Errores fundamentales tantùmmodo Ecclesiam destruere adversariorum doctissimus *Richardus Feyldus* docet: percurrat verò velim *Matth. Sutclivius* quos ille fundamentales recenset: aberrationem in disciplina, qualis hæc Anglicana est; inter eos numeratam nusquam reperiet. Nec mirum: etenim vel ipse *Stapletonus* etsi acriter contendat doctrinam fidei idoneam Ecclesiæ notam non esse, quâ externè dignoscitur: largitur tamen fidem veram Ecclesiæ vitam esse: hæc vita in Ecclesiâ *Anglicanâ* disciplinam respuente adhuc viget: non igitur eam demortuam esse, non vitâ orbatam, non animam suam exhalasse censendum est. Videantur exempla: corripitur Ecclesia *Ephesina* ob neglectam disciplinam, *Apoc*. 2.4. ea tamen Ecclesia appellatur. In Ecclesia *Corinthiacâ* adeo disciplina jacet, 1.*Cor*. 5.1. ut *Hadrianus Saravia* putet nullos illic disciplinæ administratores adhuc constitutos fuisse: ea tamen disertis verbis Ecclesia nominatur, 1.*Cor*.1.1. Quid multis? *Laodicea* certè ipsa Ecclesia dicitur: licet disciplinam usquè adeo corrupisset, ut miserabilis, pauper, nuda, cæca, tepidaque sit, mediaque pendeat quidem inter Christianismum & Ethnicismum, ut *Anglia* inter Ecclesias reformatas, & Papismum.

De Ecclef. lib.3.cap.4.

Relect. cont. 1.q.4.art.5

Tertio, sicut aberratio *Anglicana* in disciplinâ, Ecclesiæ naturam minime tolit, quia non est totalis, nec fundamentalis, ita etiam quia non est pertinax & obstinata. Probat *Bellarminus* veritatem doctrinæ insparabilem Ecclesię notam non esse, quia Ecclesia *Galatharum* Ecclesia erat, quamvis in *Mosaicæ* legis necessitate fundamentaliter aberraverit. Huic argumento ecquid aliud habet *Feyldus* quod respondeat, quàm Ecclesiam etiam in fundamento aberrantẽ tamdiu Ecclesiã remanere, quamdiu non sit pertinax: Ecclesiã vero *Galatharum* adhuc non fuisse obstinatã? Iudaica ecclesia ad eundẽ modũ in fundamẽto aberrabat: nõ tamẽ ab ea velut à nõ ecclesiã seperabant Apostoli, nisi tũ, quũ obstinationẽ suã prodiderat, Act. 13.45.46.47. Hoc ita cum sit, quo velamento error *Sutclivij & Brownistarum* cooperietur: qui Ecclesiam *Anglicanam*, Ecclesiæ velamento spoliant, in violatione disciplinæ duntaxat, multò levius quã *Galathiana*, aut *Iudaica*, aberrantẽ: quũ illæ Ecclesiæ aliquandiu quidem remanserint, quanquã in ipso fundamento aberrantes?

Cont.4. lib. 4.cap.3.

Atqui huic nutanti *Mat. Sutclivio Separistarumque* argumento fert *Lons* suppetias. Anglia *peccati admonita non audit, hominum piè consulentium postulata contemnit, invectam a reformatoribus disciplinam constanter oppugnat: ita si disciplina Evangelij pars sit, eam, illa non solùm non utens, sed illam etiam plane contemnens fidelis Christi sponsa haberi non debet*. Respondet R. Feyldus, *Pertinaciæ gradus*

Quæriman. Ecclef.pag. 58.59. De Ecclef. l.3.c.3.

 quosdam

quosdam esse; inter quos distinguendum est. Non audire admonitionem obstinatio quædam est, non ea tamen quæ hæresin parit, aut Ecclesiam destruit; sed ea tantùm quæ violenti erroris torrenti ita fertur, ut parata sit, ipsum potius fundamentum subvertere quam παλινῳδίαν canere. Instat in *Nestorio.* Ab initio in unitate personæ Christi non aberravit, tantùm in illâ loquendi formâ hæsitabat, quâ *Maria* θεοτόκος dicebatur: postea verò quum eam demonstratam audivisset, prius habuit unitatem ipsam potiùs tollere, quàm suum errorem aut temeritatē confiteri. Hæc si ita sint, non adhuc *Anglicana* Ecclesia obstinata est: neque enim eo usque processit, ut parata judicetur, caput aliquod fundamentale potius tollere; quam à pristinâ disciplinâ suâ discedere. Indicium quod Brovvnistæ afferunt, pro hoc hujusmodi de *Angliâ* indicio faciendo, nihil est. *Anglia* monita contemnit. Quid ergo ita contemnit, ut potius parata sit fundamentum ipsum fidei subruere, quàm errorem deserere? quanquam hoc verbum contemnendi duriusculum est. Sed fac contemnere: nego hunc contemptum fori exterioris esse, ut propterea à corpore Ecclesiæ, abscindenda *Anglia* sit. Quid enim? Ne membrum quidem privatum ob contemptum hujusmodi ab Ecclesia abscinditur, etsi bis privatim admonitus non resipiscat. Sin demum in foro exteriori & non ante obstinatus censendus est, & ex Ecclesiæ ejiciendus, quàm ab ipsâ Ecclesiâ authoritatem habente publicè & authoritativè sententiam suæ pertinaciæ audit, nec tamen resipiscit, *Math.* 18. 15. 16. 17. 18. quidni autem proportio ista in Ecclesijs totis valeat? membrum privatum pertinacia privata ab Ecclesia, non abscindit; Ecclesias totas abscindet? Insto in Ecclesia Carthaginensi, quæ hæresi laborabat (ut loquitur *Augustinus*) quod hæreticorum Baptisma denegaret. Admonita ea est ab Ecclesia *Romana.* Non resipiscit. Non tamen adhuc obstinata inquit *Fyldus*, aut ab Ecclesiæ corpore rescissa, donec ab Ecclesijs in Synodo congregatis, publicè ac pro authoritate condemnaretur.

Socrat. lib. 7. c. 32.

De Baptis. c. 18.

De eccles. l. 5. c. 40.

4. Quartò, sicut aberratio *Anglicana* in disciplina, Ecclesiæ naturam minimè destruit, quia non totalis, non fundamentalis, non obstinata: ita etiam quia non est generalis. In Ecclesia Corinthiaca ipsa mortuorum resurrectio impugnatur, 1. *Cor.* 15. 12. In Ecclesia *Pergamensi*, doctrina *Nicolaitarum* reperitur, *Apoc.* 2. 15. In Ecclesia *Thyatyrensi Iezabel* plus æquo toleratur, Apoc. 2. 20. Quia tamen pars quædam Ecclesiæ, non autem ipsa Ecclesia tota harum corruptelarum rea fuit; idcirco Ecclesiarum nomine, singulæ istæ societates ab ipso Christo indigitantur. Quidni igitur Ecclesia *Anglia* sit? non enim in ea omnes disciplinæ violationi *Anglicanæ* consentiunt, verum de Ecclesia ista, quod de *Sardicensi*, dici potest, *Pauca nomina habes, qui vestimenta sua non cotaminaverunt, & ij mecum albis induti ambulabunt, Apocal.* 3. 4. Respon-

Digitized by Google

spondent hæc, ad objectionem illam: ex parte illa in *Anglia* quæ impugnat disciplinam, *Angliam* ipsam metiendam esse, quia ea & major & potentior est, & rerum summa potitur: non autem ex parte ea quæ à disciplina stat, quoniam & pusilla admodum est, & nullo numero nec authoritate pollens. Quid enim? Si ex majori parte *Sardicensis* Ecclesia estimetur, nè quidem Ecclesia omninò erit: nam quòd ad hoc, de ea dicitur, *nomen habes quòd vivis, sed mortua es*, *Apocalyps.* 3. 1. Quæro si mortua *Sardis* sit, quomodo Ecclesia, quæ non nisi viventium est? Certè hic nodus quantum ego assequor, solvi non potest, nisi ut superius respondeatur, non metiendam *Sardim* esse ex parte majori quæ mortua, sed ex parte illa minori, quæ viva; cujus gratia, Ecclesia *Sardis* reputatur. Palea pars ea major est quæ in area prævaleat; appellatur tamen non cumulus paleæ sed cumulus tritici, uti habet *Augustinus*, quia triticum licet minor quantitate, pars tamen cumuli, dignitate præstantior est. Quoties prophetæ societatem Israeliticam Ecclesiam agnoscunt, gratiâ paucarum reliquiarum, quas in ea sibi Deus reservaverat? Ecclesiam apud Papistas fuisse ferè usque ad Concilium *Tridentinum* dicit *Feyldus*, orthodoxorum illorum gratia qui ibidem agebant, licet numero tam pauci, ut interiori atrio à Spiritu sancto assimilentur, *Apocalyps.* 11. 1. 2. quod adversa in illa Ecclesia pontificiorum factio, velut atrium quoddam exterius, quam longissimè superabat. Nonne atrium exterius pars tabernaculi & templi erat? atrio igitur exteriori, cum Papistas antiquos æquiparet Spiritus Sanctus, videntur & illi de Ecclesia quadantenus fuisse: nempe ut loquitur *Feyldus*, potentissima quædam in Ecclesia factio. Pergamus ad societates alias, uxor pars œconomię inferior est, maritus potior & præstantior multò: uxor tamen fidelis si sit, maritum ipsum, liberos, & societatem totam œconomicam sanctificat, ut habet *Paulus*, 1. *Cor.* 7. 14. (De Eccles. lib 3. c. 6. & 8.)

Ad postremum: objiciebant *Pelagiani*, qui nullam Ecclesiam nisi ab omni peccato liberam agnoverunt, illud *Cant.* 4. 7. *Ephes.* 5. 27. ubi Ecclesia sine macula & sine ruga esse dicitur: quid ad hoc quod respondeant habuere unquam orthodoxi, quam Ecclesiæ hoc attribui non quia omnes vel plures numero tales sint, sed quod optima & principalis Ecclesiæ pars talis sit, in hac vita quidem per imputationem, per sanctificationem in futura? Atque hæc, ad absurdum tertium. (*Vide* Rich. Feyld. de ecclesia l. 1. c. 16)

CAP.

CAP. 14.

Argumentum quartum, quod tum esset separandum ab Ecclesijs eis quæ excommunicationem non recipiunt.

Tractat. 2. c. 1. divis. 2. p. 81.

QVARTVM ita proponit *Iohannes Whitgiftus; Aliquam regiminis formam adeo esse necessariam ut mutari nequeat, nihimet persuadere nequeo. Ratio una est quia excommunicatio quæ genus quoddam gubernationis est, necessaria si esset, liceret ab Ecclesijs eis quæ eâ non utuntur separare, quod nunc contra esse videmus.* Scripsit hec ille ante natã separationẽ nostrã(quę utinã ô utinam nata nunquam fuisset) sin minùs aliter in hoc proculdubio unguem fixisset, sicut nuperi Hierarchici omnes figunt. Ita siquidem *Matheus Sutclivius. Si disciplina vestra pars Euangelij sit tum justam causam discessionem faciendi & semet a nobis separandi Barrowistæ habent: quibuscum in Ecclesiâ* Anglicanâ *infamandâ conspirastis.* Similiter *Lous Quid tandem reformatores nostri* Barrovvum *tam vehementer oppugnant, quid insectantur impuros* Greenvv. *fœtus: vel enim minuãt oportet quæ de suæ sanctitate disciplinæ toties perscribunt, uel hominũpacis & cõcordiæ vincula disrũpentiũ puditissimos defendãt conat⁹. Nisi schisma approbetur, disciplina ista corruet.* Eundem lapidem volvit *Tho. Bellus. Presbyterij* Anglici *patroni* (inquit) *illud essentialem partem Evangelij faciunt, tam ad salutem necessariam, ut nulla absque eâ Ecclesia esse possit.* Quid facias homini tam impudenter mentienti? Sed pergat porro. *Probo secundò* (inquit) *quia, ea in Ecclesia manere licet, quæ excommunicatione destituta est, quod proculdubio facere non possemus, si excommunicatio pars Evangelij Christi esset, & necessaria ad salutẽ; ab ea enim Ecclesia fugere oportet, quæ aliqua re ad salutem necessaria caret.* Ita cum reliquis conspirat *Bellus*, ob defectum disciplinæ separandum ab *Anglia* esse, si modo ea necessaria sit.

Tractat. de disciplin. c. 15. p. 165.
Querimon eccles. p. 59. & 60.
De Regim. eccles. c. 12. p. 151. 152.

Ita satis illis non erat, disciplinam corrumpendo separationi ansam præbere, nisi etiam à sese excitatam indies foverent: imò nec hoc ipsis satis, nisi culpam etiam transferant in eos, quorum disputationes & dimicationes notiores sunt, quàm ut oratione indigeant. *Pulchræ sanè adversus schismaticos dimicationes vestræ sunt* (inquit *Bancroftus*) *quum ex Epistola* Greenvvoddi *quadam intercepta appareat, schisma istud nihil aliud esse, quam ex vestro dogmate consequentiam, apponendo scilicet propositiones minores ad vestras majores.* Dimicatio igitur vestra fortè pulchrior, hoc fundamento scilicet innixa. *Nulla disciplinæ forma in verbo Dei præscripta est: ergo separatio propter disciplinã facienda nulla est.* Hęc illa vestra Brovvnistarũ debellatio est, tanti estimata, ut *T.B.* se cõtinere non potuerit, quin nobis diceret, assertionem suam *de minime recta & in verba præscripta eligendi forma per suffragia populi, utilẽ esse ad* Brovvnistas *cõfutandos, qui nullos apud nos ministros*

Cap. 33. p. 430. 431. 432.
De perpet. eccles. gubernat. cap. 15. p. 412.

ministros esse volunt, propterea quòd per vota plebis non eliguntur. Sed nullas Troia spes habes, si tales habes? tantum abest, quod hoc telo sternantur *Brownistæ*, ut eo armentur potiùs, idq; apponendo propositiones minores easq; veras ad majores vestras falsas. *Si disciplina necessariæ sit, & in verbo velut immutabilis tradita, tum ob illius corruptionem separatio facienda est: Ita Whitgiftus.* Apponunt jam illi minorē verā: *At disciplina necessaria est, & in verbo Dei velut immutabilis tradita, ergo ab Ecclesia Anglicana eandem corrumpente, separatio est facienda. Si disciplina necessaria sit & Euangelij pars, tum justam causam Barrowistæ habent, ut semet ab Ecclesia nostra separent*: ita *Sutclivius*. Apponunt jam illi minorem veram: *At disciplina necessaria est, & Euangelij pars: ergo justam causam habemus ab Ecclesia Anglicana separandi. Aut minuenda reformatorum elogia de sanctitate disciplinæ suæ, aut schisma approbandum*: ita *Lous*. Apponunt jam illi minorem veram: *At reformatorum elogia de sanctitate disciplinæ suæ minuenda non sunt: ergo separatio nostra approbanda. Schisma consequentia est ex disciplina illa quam reformatores petunt*: ita *Bancroftus*. Apponunt jam illi minorem verā: *At disciplina quam reformatores petunt vera est & a Christo instituta & a vero nil nisi verum consequitur: ergo separatio nostra pro veritate divina pugnat.* Minores igitur easque veras eis subministratis vos; nos nullas omnino: deducere quidem conantur illi ex maioribus nostris minores quasdam, sed & absurdas, & inconsequentes.

Neque enim si necessaria disciplina sit & in verbo Dei tradita; idcirco separatio, sicubi corrumpatur, facienda statim est: nullà connexionis vi hoc porisma sequitur. Liquet hoc ex *Iohanne Calvino*: censet is disciplinam in verbo Dei quod ad substantialia praescriptam esse: satis solidis tamen argumentis probat, propter eiusdem corruptionem, discessionem facere, *Novatianum & Donatisticum* esse: idem & *T. Cartwrightus* ipse adversùs *Harrisonum* praestitit: cujus rationes frustra *Sutclivius* infirmas vocat & pueriles: cum *Bancroftus* eas non solum citet, verum etiam approbet. Approbat verò? quid igitur sibi ad respondendum relinqui fecit? Hoc nempe, quòd hac *a Cartwrighto, Harrisoni* refutatio, ipsi *Cartwrighto* contraria est: quandoquidem hic disciplinam contendat non ad esse Ecclesiæ, sed tantum ad bene esse necessariam esse: quum alibi eam *ad ipsum ipsius Ecclesiæ esse necessariam dicat*. Vbi verò? in cœtu *Coventriensi* inquit, qui anno Domini 1588. celebratus a Puritanis est: ubi formam disciplinæ tum approbatam, appellat in sua subscriptione essentialem. Essentialem vero cui? Non Ecclesiæ essentialem dixit, sed te ipso referente, essentialem disciplinæ veræ & a Christo præscriptæ, sic enim narras. Subscripserunt *Cartwrighto* præsente, formā illam disciplinæ tum exaratam, essentialem formam disciplinæ esse, & omnibus temporibus necessariam: in

Institut. lib. 4. c. 1. Tractat. de disciplin. c. 15.

Cap. 34. p. 448.

Cap. 47. 67.

quo

In præfat. quo minimè hallucinatus *Cartwrightus* est. Neque enim verum est, quod *Iohannes Whitgiftus* objicit, rixas nos movere de accidentalibus disciplinæ tantum, non autem de substantialibus, quia materia tantùm disciplinæ, verbum nempe & sacramenta substantialia sola sint, ut quæ sola in verbo præcisè tradita. At quis unquam materiam essentialem, absque forma etiam essentiali somniavit? Certè non *H. S.* qui formam etiam gubernationis, disciplinæ essentialem putat. *Cont. Beza c.20.p.* sic enim habet. *Hoc ad ἀταξίας essentiã pertinet, ut sint qui imperent, sint etiam qui pareant. Forma gubernationis autẽ nulla melior tradi potest ea, quam exemplo suo tradidere Apostoli.* Ita salva *Cartwrighti* sententia est, & ad *Harisonum* confutandum firma: formam disciplinæ reformatæ, essentialem disciplinæ esse; Ecclesiæ vero ipsi minime, ut quæ ad benè esse Ecclesiæ duntaxat necessaria sit, non autem ad ipsum esse, instar muri ad civitatem.

2. Occurrit hic nobis *D. Copquotus*, qui in concione sua ad crucem *Paulinam*, anno. 1584. ex eo probat negare nos *Angliam* Ecclesiam esse, quod disciplinam nostram adeque necessariam ad Ecclesiam esse dicamus, ac murus necessarius est ad civitatem. *Remiss. pag. 510.* Atqui miserum hunc vel uno ictu confodit *Lous.* *Querimon. eccles. p. 60.* Qui civitatem absque muro esse posse, multis demonstrat. Neque tamen ille in eo sanus, quod civitatem ut *Spartam* olim, nón solùm esse absque muro, sed etiam benè esse posse, imo & florere doceat: quum miseram illam civitatem scriptura prædicet quæ absque muro est, Prov. 25. 28. quòd si verò florere etiam Ecclesia poterit absque disciplina, quemadmodum civitas absque muro, non illius necessitatem ita *Cartwrightus* forte attigit, quum eam duntaxat Ecclesiæ murum facit? Certe inquit: *Recta etenim disciplina plus est ad Ecclesiam, atq; murus ad civitatem.*

Ecce igitur Hierarchicos plus necessitatis in disciplina ponentes quam ipse *Cartwrightus*: ac proinde ad dogma *Brownistarum* de illius essentialitate accedentes aliquanto propius, qui eam ecclesiæ duntaxat murum statuit. At si murus inquies duntaxat sit, cur adeo contenditis? Quasi ingens illud Dei beneficium non sit, *Muro circumdedit.* Isa. 5. 2. Ac proinde ingens calamitas, *Illius murum demoliar.* Isa. 5. 5, & sic postremo ingens in *Anglia* Episcoporũ peccatũ, qui hanc calamitatem in Ecclesiam invexerunt. Neque tamen est, quod hujus muri ipsorum culpâ in *Anglia* ruentis crepitus adeo Brovvnistas perterrefaciat, ut alio sibi fugiendum putent, novasque sedes quærẽdas. Quo etenim fugitis? præsertim cum *Anglia* verba vitę æterna habeat? Ioan. 6. 68. Certè muri civitatis suæ demolitionem ita luxit *Nehemias* olim Neh. 2. 3. ut ex oris longinquis ad eundem restaurandum advolarit. Atque hoc vestrum officium fuit, iuxta illa *Augustini*, qui pios admonet, ut corripiant quod possunt, quod non possunt, patienter ferunt, ut cũ dilectione & gemant & lugeant, donec aut emendet Deus & corrigat, aut in messe eradicet zizania, & *Cont. Parmenian. l. 3. cap. 2.*

palea.

paleas ventilet. Huic dilectioni & patientiæ separatio vestra ex diametro adversatur: quum non in muri disiectione, sed in fundamenti ipsius demolitione separatio duntaxat licita sit: quod cum in *Anglia*, quoad fidei fundamentalia adhuc remaneat, errores illius quoad disciplinam non nisi fœnum & stipula sunt super fundamentum ædificata, 1.*Cor*.3.12. cujus respectu quodnam tandem separationis vestræ ex scripturis fundamentum quæso est? *Exite ab eis & separate vos dicit Dominus*? 2.Cor.6.24. At loquitur de infidelibus *Paulus*, apud quos nec legis cultusque Dei, nec veræ fidei & Evangelij, vel fundamenti rudera erant. *Separabant se sacerdotes & Levitæ qui Deum timebant*? 2.Chron.11.14. At hæc separatio ab Israelitis idololatris erat, qui legem cultumque Dei per idola *Ieroboam* fundamentaliter sustulerunt. *Exite ab ea popule mi*? Apocalyps.18.4. At agit angelus de Babylone mysticâ, de synagoga nempe Romana, quæ ipsa fidei & Evangelij fundamenta corrasit. *A quibus separate vos*? 1.Tim.6.5 At loquitur *Paulus* de fundamentali corruptione doctrinæ illius quæ secundum pietatem est. *Separavit discipulos Paulus*? Actor.19.9.28.28. At hæc separatio a *Iudæis* erat ipsa Evangelij fundamenta blasphemantibus.

Postremò urgetis separationem illam quæ præcipitur. 1.*Cor*.5.11. *Psal*.17.4.2.*Pet*.2.8.2.*Tim*.3.5. At nulla in his scripturæ locis nisi separatio privata præcipitur, quæ a familiaritate abstinet male feriatorum hominum non necessaria. Nullum igitur separationis vestræ in scripturis, aut exemplum piorum hominum, aut præceptum Prophetarum & Apostolorum extat: ut qui non ab infidelibus, non ab idololatris, non a Iudæis, non ab Antichristianis societatibus, vos segregatis, sed ab ea *Laodicea divinior Anglicanæ* Ecclesiæ, ubi Christus spiritu, verbo, sacramentis suis intrat, discumbit, cænat, & convivatur. *Apocal*.3.20. Abblandiretur hîc *Lous*, ut olim separatistas condemnanti *Cartwrighto*: sed simul etiam adderet. *Pergite porro, & quæ temere scripsistis contra Ecclesiam retractate, porro miseras has ouiculas, ab ouili culpa vestra ejectas, ad ovile rursus reducite*. Imò vos illi estis, qui corruptelas Ecclesiæ nostræ mordicus defendendo & retinendo, has miseras oviculas, ab ovili exulare fecistis, inque tuos recidit, quam *Cartwrighto* immeritò accommodas, illa Dyonisij ad Novatum exhortatio. *Rectius fuisset omnes potius calamitates subire, quam Dei Ecclesiam discindere. Nunc igitur si dissentientes fratres ad concordiam reducere non potestis, at vestras saltem animas perire ne sinatis*. Quanquam nihil isto *Dyonisij* SI hîc opus est: repurgentur corruptelæ, pro quibus tanquam pro aris & focis dimicatis, & ausim dicere, Halcyonia mox futura. Querimon. eccles. p. 62. 63.

Quas tu corruptelas narras inquies: qui jam in Ecclesia *Anglicanâ* Christum discumbere nuperrimè confessus es? Sed hoc ad disciplinã excusandam nihil pertinet: intrat quidem Christus & discumbit, sed ad mẽbra Ecclesiæ Anglicanæ illa, quibus (obstaculis disciplinæ cor-

cupte superatis) se Christus familiarē præbet. Quantum ad disciplinā Christus ex parte foris stat, Apocal. 3. 20. intrat quidem ad suos, non tamen patente porta, ut in Ecclesijs Helveticis, alijsq; Philadelphiensis ... reformatis, Apocal. 3. 8. in quibus clavis Davidis viget, vers. 7. id est disciplina illa, quæ ostium apertum Christo introituro reserat: sed ostio quasi semi-occluso, quia in Anglia, clavigera disciplina ista ex magna parte deest. Atque hæc de Thesi secunda, politeiam scilicet necessariam esse, necessitate præcepti & juris.

CAP. 15.

Thesis tertia, quod disciplina est in substantialibus immutabilis.

EX hac emergit tertia: quod si etenim politeia Ecclesiastica res indifferens non sit, sed in verbo jure divino præcepta & statuta, sequitur eam in substantialibus immutabilem esse, id quod etiam verbis disertis Apostolus *Paulus* contestatur. *Denuncio tibi coram Deo & Iesu Christo* (inquit) *ut serves mandatum hoc sine macula & reprehensione, usque ad revelationem Iesu Christi*, 1. *Timoth*. 6, 13. In hanc ita *Thom. Bilsonus* commentatur, ut nostram plane de politeias immutabilitate thesim istam ita confirmet. *Vt Timotheus hanc observaret usq; adventum Christi in gloriā nullo modo fieri poterat: moriendum ei multo ante fuerat. Itaq; præcepta hæc non ei solum, sed alijs in ejus locum ad finem sæculi successuris tradita sunt.* Citat porro *Ambrosium*. *Magnā vigilantiā atq; providentiā præcepta dat rectori Ecclesiæ. In ejus enim persona salus Ecclesiæ consistit; non solicitus de cura* Timothei *tam circumspectus est, sed propter successores ejus, ut exemplo* Timothei *Ecclesiæ ordinationem custodirent.* Atque his verbis elucescit; non solum ordinationem pro regenda Ecclesia immutabilem a Christo & Apostolo sancitam esse; sed a quo puncto temporis etiam, hujus immutabilitatis æra petenda sit. Non inutilis hæc cura est, hoc in loco ab *Ambrosio* tradita: ad Pontificios præsertim refutandos, & ad Hierarchicis respondendum. Probat *Sutclivius*, formam regiminis nunc esse mutabilem, quia olim a tempore Christi mutabatur: nam monarchica erat cum Christus in terris versabatur: & Apstoli Christo immediate succedentes, jam cessarunt. *Nicolaus Sanderus* ex adverso hinc probat, Monarcham in Ecclesia semper perpetuū esse debere, ac proinde Papam, quia Christus Monarcha erat dum vixit, & forma regiminis quæ illius tempore erat, immutabilis sit. *Tho. Bilsonus*, & *Had. Saravia* immutabilitatem a Christi tempore, repetendam esse negant, ne Papam admitterent: eam tamen a regimine Apostolorum incepisse dicunt, quorum authoritatem in Episcopos perpetuam esse asserunt. At verò uno eodemque ictu & istos sternit *Whitakerus*, & *Sanderum*, dum ad idem *Bellarmini* argumentum respondet. *Non a tempore Christi* (inquit) *immutabilis disciplina fuit, nam primò regebatur Ecclesia*

De perpet. Gubernat. c. 14.

In hunc locum.

Tractat. de discipl. c. 13. p. 155. 156.

De visibili monarch. c. 6

sia a rectoribus extraordinariis, Apostolis, Evangelistis, Prophetis, qui iam sublati sunt: at nunc per pastores & doctores tantùm Addit Stapletonum ipsum fateri, aliam fuisse formam regiminis tempore Apostolorum, aliam nunc: *Princip. Doctrinal. lib. 6. cap. 15.* Concidit igitur papa, concidit etiam Episcopus: alia nunc regiminis forma esse debet, quàm quæ tempore regiminis Apostolorum fuit, multò magis quam quæ tempore regiminis Christi erat: sic ut immutabilitatis æra, neque à tempore regiminis Christi, neque a tempore regiminis Apostolorum petenda sit. Imò inquit *Mat. Sutclivius* a nullo tempore omnino, quia non ab his temporibus. Contra ex *Paulo Ambrosius, Tempus quoddam est, inquit, a quo forma regiminis Ecclesiastici cœpit immutabilis esse: illud nempe, quo ordinatio Ecclesiæ, id est certus regendæ Ecclesiæ ordo ordinarius, ab Apostolis statutus est.* Hic ille est, quem in epistolis tradit *Paulus*, quem in Actis Apostolorum narrat *Lucas* ab Apostolis quibusdam observatum fuisse, quàm primùm Ecclesiæ constituebantur. Hunc vero specialius *Gulielmus Whitakerus* cum delineare voluit, citat loco supra notato, ex Hieronymo. *Primò Ecclesia communi consilio presbyterorum regebatur.* En mandatum de regendâ Ecclesiâ, quod *sine macula & reprehensione ad adventum usq; Christi servandū esse* denunciat *Paulus*: ut Episcopis Anglicanis cumprimis providendum sit, quomodo de monarchica sua, in statutâ à Christo regendi formam, per presbyteros aristocraticâ, usurpatione, eidem venienti ad judicium sint responsuri. Cont. 4. q. 4. c. 2. p. 374.

2. Certè qui in eo responsionis suæ fiduciam collocant, quòd forma regiminis prima mutabilis sit; vel suorum calculo, quasi condemnationis tum futuræ præjudicio quodam condemnantur: sic ut in eis si non illa Christi locum habeant: *Filij vestri*, at similia tamen, *Socij vestri erunt vestri iudices.* [a] Ita Iohannes Whitgiftus, *Fundamentum Puritanorum putridum hoc est, eandem disciplinam retinendam jam esse, quæ fuit temporibus Apostolorum.* [b] Et Mattheus Sutclivius *Exemplum & usus Apostolicorum temporum in Ecclesiæ regimine, observanda jam non sunt.* [c] Contra Ha. Saravia. *Non est abrogata illa regendæ Ecclesiæ forma quâ sunt usi Apostoli & Apostolici viri. Non ignoraverunt Apostoli, homines plus moveri exemplis quàm præceptis; & citius imitaturos quos post se reliquebant Ecclesiarum rectores, quod viderant, quàm quod tradidissent, & ab eis audissent: ut si quid fuit necessarium clare & perspicue disertis verbis posteritati testatum relinqui, hoc imprimis fuerit necessarium.* [d] Ita Iohannes Whitgiftus, *Vna certa Ecclesiæ gubernandæ forma in verbo præscripta non est, quæ ex necessitate perpetuo observari debet.* [e] Contra Ha. Saravia *Nulli genti Deus unquam ullam certam ac perpetuam imperij formam dedit, quam pro ratione loci aut temporum mutari non liceret. Sed regiminis ecclesiastici diversa est ratio: quoniam enim proximè a Deo est profecta, eam pro arbitrio suo homines mutare non possunt.* Ita Iohannes Whitgiftus, [f] *Diversitas quæ est inter Apostolorum tempora & nostra diversam*

[a] In præfat.
[b] Tractat. de de discip c. 13. p 155.
[c] Cont Bez. c. 14. p. 139
[d] Tract. 17. p. 658.
[e] Tract Theolog. epist. ad Lector.
[f] Tractat. 5. p. 147.

Digitized by Google

rupte superatis) se Christus familiarē præbet. Quantum ad disciplinā Christus ex parte foris stat, Apocal, 3.20. intrat quidem ad suos, non tamen patente porta, ut in Ecclesijs Helveticis, alijsq; Philadelphiensis ... reformatis, Apocal, 3.8. in quibus clavis Davidis viget, vers. 7. id est disciplina illa, quæ ostium apertum Christo introituro reserat: sed ostio quasi semi-occluso, quia in Anglia, clavigera disciplina ista ex magna parte deest. Atque hæc de Thesi secunda, politeiam scilicet necessariam esse, necessitate præcepti & juris.

CAP. 15.

Thesis tertia, quod disciplina est in substantialibus immutabilis.

EX hac emergit tertia: quòd si etenim politeia Ecclesiastica res indifferens non sit, sed in verbo jure divino præcepta & statuta, sequitur eam in substantialibus immutabilem esse, id quod etiam verbis disertis Apostolus *Paulus* contestatur. *Denuncio tibi coram Deo & Iesu Christo* (inquit) *ut serves mandatum hoc sine macula & reprehensione, usque ad revelationem Iesu Christi*, 1. *Timoth*. 6, 13. In hanc ita *Thom. Bilsonus* commentatur, ut nostram plane de politeias immutabilitate thesim istam ita confirmet. *Vt Timotheus hanc observaret usq; adventum Christi in gloriā nullo modo fieri poterat: moriendum ei multo ante fuerat. Itaq; præcepta hæc non ei solum, sed alijs, in ejus locum ad finem sæculi successuris tradita sunt.* Citat porro *Ambrosium. Magnā vigilantiā atq; providentiā præcepta dat rectori Ecclesiæ. In ejus enim persona salus Ecclesiæ consistit; non solicitus de cura* Timothei *tam circumspectus est, sed propter successores ejus, ut exemplo* Timothei *Ecclesiæ ordinationem custodirent*. Atquè his verbis elucescit; non solum ordinationem pro regenda Ecclesia immutabilem a Christo & Apostolo sancitam esse; sed a quo puncto temporis etiam, hujus immutabilitatis æra petenda sit. Non inutilis hæc cura est, hoc in loco ab *Ambrosio* tradita: ad Pontificios præsertim refutandos, & ad Hierarchicis respondendum. Probat *Sutclivius*, formam regiminis nunc esse mutabilem, quia olim a tempore Christi mutabatur: nam monarchica erat cum Christus in terris versabatur: & Apstoli Christo immediate succedentes, jam cessarunt. *Nicolaus Sanderus* ex adverso hinc probat, Monarcham in Ecclesia semper perpetuū esse debere, ac proinde Papam, quia Christus Monarcha erat dum vixit, & forma regiminis quæ illius tempore erat, immutabilis sit. *Tho. Bilsonus*, & *Had. Saravia* immutabilitatem a Christi tempore, repetendam esse negant, ne Papam admitterent: eam tamen a regimine Apostolorum incepisse dicunt, quorum authoritatem in Episcopos perpetuam esse asserunt. At verò uno eodemque ictu & istos sternit *Whitakerus*, & *Sanderum*, dum ad idem *Bellarmini* argumentum respondet. *Non a tempore Christi* (inquit) *immutabilis disciplina fuit, nam primò regebatur Eccle-*

De perpet. Gubernat. c. 14.

In hunc locum.

Tractat. de discipl. c. 13. p. 155. 156.

De visibili monarch. c. 6

siæ

sia a rectoribus extraordinariis, Apostolis, Evangelistis, Prophetis; qui iam sublati sunt: at nunc per pastores & doctores tantum. Addit Stapletonum ipsum fateri, aliam fuisse formam regiminis tempore Apostolorum, aliam nunc: *Princip. Doctrinal. lib.6. cap.15.* Concidit igitur papa, concidit etiam Episcopus: alia nunc regiminis forma esse debet, quàm quæ tempore regiminis Apostolorum fuit, multò magis quam quæ tempore regiminis Christi erat: sic ut immutabilitatis æra, neque à tempore regiminis Christi, neque à tempore regiminis Apostolorum petenda sit. Imò inquit *Mat. Sutclivius* a nullo tempore omnino, quia non ab his temporib⁹. Contra ex *Paulo Ambrosius, Tempus quoddam est, inquit, a quo forma regiminis Ecclesiastici cœpit immutabilis esse: illud nempe, quo ordinatio Ecclesiæ, id est certus regendæ Ecclesiæ ordo ordinarius, ab Apostolis statutus est.* Hic ille est, quem in epistolis tradit *Paulus*, quem in Actis Apostolorum narrat *Lucas* ab Apostolis quibusdam observatum fuisse, quàm primùm Ecclesiæ constituebantur. Hunc vero specialius *Gulielmus Whitakerus* cum delineare voluit, citat loco supra notato, ex Hieronymo. *Primò Ecclesia communi consilio presbyterorum regebatur.* En mandatum de regendâ Ecclesiâ, quod *sine macula & reprehensione ad adventum usq; Christi servandū esse* denunciat *Paulus*: ut Episcopis Anglicanis cumprimis providendum sit, quomodo de monarchica sua, in statutâ à Christo regendi formam, per presbyteros aristocraticâ, usurpatione, eidem venienti ad judicium sint responsuri. Cont. 4 q. 4 c. 2. p. 374.

2. Certè qui in eo responsionis suæ fiduciam collocant, quòd forma regiminis prima mutabilis sit; vel suorum calculo, quasi condemnationis tum futuræ præjudicio quodam condemnantur: sic ut in eis si non illa Christi locum habeant: *Filij vestri*, at similia tamen, Socij vestri *erunt vestri iudices.* [a] Ita Iohannes Whitgiftus, *Fundamentum Puritanorum putridum hoc est, eandem disciplinam retinendam jam esse, quæ fuit temporibus Apostolorum.* [b] Et Mattheus Sutclivius *Exemplum & usus Apostolicorum temporum in Ecclesiæ regimine, observanda jam non sunt.* [c] Contra Ha. Saravia. *Non est abrogata illa regendæ Ecclesiæ forma quâ sunt usi Apostoli & Apostolici viri. Non ignoraverunt Apostoli, homines plus moveri exemplis quàm præceptis; & citiùs imitaturos quos post se reliquebant Ecclesiarum rectores, quod viderant, quàm quod tradidissent, & ab eis audissent: ut si quid fuit necessarium clare & perspicue disertis verbis posteritati testatum relinqui, hoc imprimis fuerit necessarium.* [d] Ita Iohannes Whitgiftus, *Una certa Ecclesiæ gubernandæ forma in verbo præscripta non est, quæ ex necessitate perpetuo observari debet.* [e] Contra Ha. Saravia *Nulli genti Deus unquam ullam certam ac perpetuam imperij formam dedit, quam pro ratione loci aut temporum mutari non liceret. Sed regiminis ecclesiastici diversa est ratio: quoniam enim proximè a Deo est profecta, eam pro arbitrio suo homines mutare non possunt.* Ita Iohannes Whitgiftus, [f] *Diversitas quæ est inter Apostolorum tempora & nostra diversam*

[a] In præfat.
[b] Tractat. de dediscip c. 13. p 155.
[c] Cont Bez. c. 14. p. 139
[d] Tract. 17. p. 658.
[e] Tract. Theolog. epist. ad Lector.
[f] Tractat. 5 p. 147.

Digitized by Google

Ecclesiæ gubernationem requirit; Eadem habet totidem verbis *Mattheus Sutclivius* propter accessum Magistratus. Rursus Iohannes Whitgiftus [h] *Temporibus Apostolorum status Ecclesiæ democraticus erat, quia tum nullus erat magistratus, non sic hodie.* Contra Saravia [i] *Accedente magistratu mutari Ecclesiastici regiminis formam necesse non est. Nam sic eam temperavit divina sapientia, ut nulli civilis regiminis formæ adversetur. Quando autem tota aliqua respublica facta est Ecclesia, gubernatio quidem mutationem aliquam recepit, sed quæ naturam ipsius non mutat.* Ita Iohannes Whitgiftus [l] *Archiepiscopi politeias gratia solummodo alterabiles sunt.* Contra Saravia. [m] *Authoritas Archiepiscopi & Episcopi, Apostolatus est ὁμωνυμῶς & immutabilis,* Ita Lous. [n] *Nullam prescripserunt Apostoli regiminis Ecclesiastici formam, quam perpetuam esse mandarunt.* Et Mattheus Sutclivius [o] *Apostoli cessarunt, & usus Apostolicus jam non observandus est.* Contra G. C. [p] *Sequitur profectò quos gubernatores in Ecclesia Apostoli constituerunt, perpetuo in Ecclesia remanere debere, quia ad usus perpetuos instituti sunt.* Ita Iohannes Bridgesius [q] *Deus regimen Ecclesiæ aut non expressit, aut ita expressit, ut nos eidē in perpetuum non obligaret.* Contra *Hadrianus Saravia* [e] *Nullus hominum in ullam disciplinæ mutationem consentire potest, absq; peccato.* Ita G. Dovvnamus [f] *Ordinatio & jurisdictio solummodo perpetuæ a Paulo dicuntur, 1. Timoth. 6.13, non verò officium Episcopale illud, per quod* Titus & Timotheus *ordinationem & jurisdictionem exercuerunt.* Contra *Thomas Bilsonus,* [t] *Efficacia sunt verba, vehemens obtestatio, mandata usque ad adventum Domini duratura, nec* Titi aut Timothei *morte finienda: personæ ergo ad quos Apostolus scripsit Episcopi fuerunt. Quibus rectè perpensis, episcopalem in his causis potestatem supra presbyteros velut dictante Spiritu, iussu divino sancitam esse nemo sanus inficiabitur. Atque hic mihi Christiane lector impensè rogandus es, ut animum diligenter attendas: ex hoc enim pendet Episcopalis muneris & potestatis extructio, si probationes nostræ stabiles & firmæ fuerint: contra eiusdem eversio & ruina, si responsio illorum satis in hac re ponderis habuerit. Plane enim hoc si defecerit, Episcopis suam authoritatem Ecclesiæ consuetudine vendicare liceat: divino aliquo iure, aut scripturarum testimonio non licebit.* At pro Episcopali authoritate nihil hic locus facit, dicit *Georgius Dovvnamus,* subversum igitur jus divinum jurisdictionis episcopalis funditus est. Ita *Mattheus Sutclivius* [u] *Forma Gubernationis Ecclesiæ non est semper una & eadem.* Contra Hadrianus Saravia. [x] *Apostoli & evangelistæ exemplum & legem nobis perfecti regiminis ecclesiastici reliquerunt quod perpetuo observandum est.* Ita Mat. Sutclivius [y] *Magistratus gubernatores Ecclesiæ mutare potest.* Contra Thomas Bilsonus [z] *Principibus Ecclesiæ administratio commissa est, non ut disciplinam ipsius, arbitratu suo mutent, aut moveant, sed ut diligenter ea, ad Ecclesiæ & populi commodum utantur.* Ita Mattheus Sutclivius [a] *Forma regiminis Ecclesiastici in veteri & novo fœdere non ea conditione statuta est, ut sit* per-

[g] Tractat. de disci. c. 13. p. 155.
[h] Tractat.
[i] ubi supra.
[l] Tract. 8.
[m] Cont. Bez. 20.
[n] Querimon eccles. p. 57.
[o] ubi supra.
[p] Iurisdict. c. 4. sort. 6.
[q] Lib. 1. pag. 167.
[e] Cont. Bez. c. 23.
[f] Lib. 4. p. 100. 101.
[t] De perpet. gubern. c. 14 p. 3[illegible]. 347
[u] ubi supra. c. 13. p. 154
[x] Cont. Bez. c. 16. p. 168
[y] ubi supra. p. 115.
[z] C. 16. p. 485.
[a] ubi supra. c. 13. p. 156

perpetua. Contra Hadrianus Saravia[b] *Vt demus quicquid Deus constituit, non eâ forte conditione, ut perpetuum esset, tamen ea gubernationis ratio quæ ætate Apostolorum fuit, ea conditione constituta fuit, ut perpetua esset.* Rursus. *Institutum Apostolorum de regimine Ecclesiastico mutari non potest, ut decretum Dei de sacerdotio Aronico mutari non potuit.* Ita Mattheus Sutclivius: *Leges de regimine Ecclesiastico non sunt in perpetuum perdurabiles.* Contra Thomas Bilsonus: *Leges quas Paulus in Epistola ad Timotheum posuit de regimine ecclesiastico sunt inviolatæ.* Ita Mattheus Sutclivius: *Non obligamur neque ad gubernatores neque ad leges temporum Apostolicorum.* Contra Thomas Bilsonus. *Paulus in Epistola ad* Timotheum *leges tulit in omnem posteritatem valituras.*

[b] Cod. Bez. c. 13. p. 232. — Pag. 240. — Vbi supra. p. 158. — C. 5. p. 82. — Vbi supra. p. 158. — C. 7. p. 131.

Hunc in modum hoc uno in capite inter se consentiunt adversarij, qui in nobis nescio quas contradictiones tam acerbè exagitant. Desinat ergo *M. Sutclivius* nos quasi *Cadmeios* fratres serpentino semine natos incusare: & ad suos reflectat oculos, qui inter se quasi *Cadmeij* digladiantur. Atq; hæc huic loco sufficiant, de thesi tertia, politeiam nempe Ecclesiasticam, necessitate immutabilitatis necessariam esse.

Cap. 1. p. 6.

CAP. 16.

Thesis quarta, quod disciplina sit necessaria necessitate finis, quæ triplex est.

THesis quarta sequitur. Quòd si etenim politeia Ecclesiastica res indifferens non sit, sed in verbo Dei mandata, idque ut sit perpetua & immutabilis: sequitur necessitatem *finis* eidem tribuendam esse, sic ut medium quoddam a Deo institutum necessarium sit, ad finem perquam necessarium. Hic autem finis, ita contradicentium fumis abnubilatur, ut triplex nodus hic nobis dissolvendus sit; quorum primus de necessitate ad Ecclesiæ externam subsistentiā est: secundus de necessitate ad Ecclesiam notandā & judicandā: tertius & ultimus de necessitate politeias ad Ecclesiæ salutem & beatitatem. Quod ad primam: approbat *Ricardus Feyldus* illud *Stapletoni: Dici potest Christianorum societas vera Ecclesia esse, vel quia solum veram naturam & essentiam Ecclesiæ habet, vel etiam quia præter hanc omnia etiam ea habet, quæ ad Ecclesiæ integritatem & plenitudinem pertinent.* Iuxta hanc verè mihi posse dici videtur, finem doctrinæ tantummodo necessariam esse absolute ad essentiam Ecclesiæ solam constituendam: disciplinam tamen secundum quid ad illius integritatem & plenitudinem. Hoc ita explico: essentia Ecclesiæ vel absolutè consideratur quâ Ecclesia est; & sic doctrina & fides ad illius essentiam necessaria est: aut secundum quid, quâ Ecclesia visibilis est: & sic disciplina ad illius essentiam necessaria est. Non contemnenda hæc distinctio est; eam & *Iohannes Whitgiftus* habet qui ita scribit. *Et si gubernatio vel quoddā genus gubernationis pars Ecclesiæ esse possit, quod ad externā formam & prefectionem: non tamen*

Prima ad ecclesiæ externam subsistentiam. — De Eccles. lib. 2. c. 3. — Tractat. 2. c. 1. divis. 2 pag. 81.

Digitized by Google

pars ejusmodi est ipsius essentiæ, quum Ecclesia Christi esse possit, absq; hoc vel illo genere gubernandi. Cur igitur tantopere apud *Bancroft.* toto c. 34. vapulamus, quòd disciplinam modo isto necessariam dicimus ad externam Ecclesiæ subsistentiam: aut cur *Theodorus Beza* flagellatur, ac si nobis & sibimetip si contradiceret, quum de presbyter. pag. 199. ita scriberet? *Doctrina tantummodo ad essentiam Ecclesiæ absolute necessaria est. Tota Ecclesia in deserto, Sacramento circumcisionis carebat, non cessabat tamen Dei populus esse. Idem multo magis de Ecclesiastica disciplinâ dici potest: videlicet Ecclesiæ ut illâ careant, tamen Ecclesias vere pias & Christianas esse posse, si doctrinam præcipuorum dogmatum puram ac sinceram habuerint.* Hæc *Beza*, hæc omnes reliqui qui de disciplina scripserunt: qui honoratiùs (ut *Bancrofti* vocabulo utar) de disciplinæ essentialitate locuti unquam sunt, quàm aut ipse *Iohanes Whitgiftus* nuper, aut Hierarchici scriptores reliqui loqui solent. Quid enim *Tomas Bilsonius*, *In Ecclesia perpetuo permanere debent, potestas annunciandi verbum & dispensandi Sacramenta, recta clavium administratio, manuumq; impositio. Hæ res, quamdiu manet Ecclesia, deficere non debent: nam si vel una horum defuerit, Ecclesiæ nomen vix constabit.* Quid *Iohannes Bridgesius*, Citat ille & approbat ex *Ignatio* illa. *Sine cœtu presbyterorum, electa Ecclesia non est, nec sanctorum cœtus, nec congregatio sancta.* Epist. ad Trallian. Quid Hadrianus *Saravia*. *Ecclesia nulla esse potest, ubi nec ullum Christi Sacramentum, nec ministerium Ecclesiæ perspicitur.* Quid Georgius Dovvnamus? *Authoritas quam* Titus & Timotheus *habuerint ordinaria est & perpetuo necessaria, non solum ad bene esse, sed etiam ad esse visibilium Ecclesiarum.* Rursus, *In omni regimine hæc quinque considerandasunt: potestas, ordo, forma, vel modus, titulus sive applicatio potestatis ad personam & usus. Ex his illa duo priora, ut scilicet gubernandi potestas sit, in eaque ordo, essentialia & perpetua sint tanquam immutabilia Dei statuta: quum ex illius instituto Ecclesia societas ordinata esse debeat, & ut sapiens loquitur, tanquam acies ordinata, Cant. 6. 3, 9.*

De perpet. Gubernat. c. 12. p. 255.

Lib. II. pag. 898.

Cont. Bez. c. 2. p. 32.

Lib 4. pag. 100.

Pag. 102.

Cap. 34.

Hæc *Bancrofte*, cum apud tuos reperiantur; cur in nos tam atrocitèr sævis, quòd disciplinam ad existentiam Eccl. siç visibilis necessariam existimemus? Num tu Ecclesiam Cyclopicam turbam esse vis: ubi οὐδὲν οὐδενὸς ἀκούει? Num politicis refragabaris, qui cœtum latronum, non rempublicam, societatem eam volunt esse, ubi nulla politeia, ubi ordo nullus est? At video ad quem lapidem offendis, vel ad quem potiùs nos offendisse mundo persuadere cupis. Ita disputas, ac si plenam illam, & perfectam quam in Ecclesia Anglicanâ deesse dicimus disciplinam, ad visibilis Ecclesię existentiam externã, necessariam existimaremus. At hoc nobis in mentem nunquam venit, quorum sententia perspicuè hęc est: quę doctrinam & disciplinã Ecclesia perfectam habet, ea perfecta Ecclesia est; quæ disciplinam imperfectam, imperfecta; quæ verò nullam disciplinam vel minimâ ex parte habet, ea nec Ecclesia ulla

Keckerman. polit. l. I.

cen-

censenda est. Hoc vel ipse alibi agnoscere videris: videlicet cum nos inducis, propter defectum Episcoporum, Ecclesias *Germanicas* quasdam, non quasi nullas, sed duntaxat imperfectas condemnantes: necnon *Hadrianus Saravia* qui sententiam nostram referens, non nos Ecclesiam ibi nullam agnoscere dicit, sed tantùm Ecclesiam, numeris omnibus non absolutam, in quibus non omnis in verbo Dei descriptus gradus extat. *Pag. 362* *Cont. Bezæ cap. 2. p. 125*

Hoc ita cum sit, evanuit illa, de qua accusamur, cum *Brownistis* consociatio; quasi *Donatistarum* ad morem, Ecclesiam ibi nullam agnosceremus, quæ quoad disciplinam imperfecta est. Num mentior? Aliquid etenim disciplinæ in Ecclesia Anglicanâ cernere est: id quod ad Ecclesiæ visibilis subsistentiam satis esse opinamur: quod Separatistæ si animadverterent, separationem suam non ex dogmate nostro consectariam esse, dicerent. Quid enim? Prædicationem verbi, Sacramentorum administrationem, clavium censuram, & ad hæc administranda idoneos in Ecclesia pastores esse oportere & inter *Anglos*, & inter omnes convenit: pars tantùm disciplinæ, non omnis disciplina ipsa in controversiâ ponitur, parsque illa quæ controvertitur, de modo tantum speciali, & de personis à quibus hæc administrari debeant, controversatur. In hac parte controversa deficit quidem Anglicana Ecclesia, & in rebus necessarijs, & præcepto necessariò injunctis; non ita tamen quin Ecclesia sit, quantumvis imperfecta. Atque hæc de *Necessitate* finis prima, quæ est ad externam visibilis Ecclesiæ subsistentiam constituendam.

CAP. 17.

De Necessitate finis secunda, ad Ecclesiam scilicet indicandam.

VIDENDUM jam est de *Necessitate* politeias, quam defendimus ad finem alterum, Ecclesiam nempe indicandam; ubi quæritur. An disciplina Ecclesiæ visibilis necessaria nota sit. *A vobis accepimus.* inquit *Georgius Downamus*, *presbyterialem disciplinam essentialem veræ Ecclesiæ notam esse.* Accepisti verò? A quo? Nominandus etenim author ille est, nisi te fratrum accusatorem haberi velis. Disciplinam in genere, quod ad ejus aliquid, ad externam Ecclesiæ visibilis existentiam essentialem esse, quicunque è nostris dixit, te ipsum in eo *Downame* & testem & suffragatorem habet: qui è nostris plenam illam perfectamque presbyterialem disciplinam, Ecclesiæ essentialem diserte negavit, *Cartwrightus* ipse est, qui adversus *Harrisonum* ad bene esse duntaxat, non autem ad Ecclesiæ esse hanc ipsam disciplinam conducere dicit. *Atqui docet Bancroftus* (inquit *Downamus*) *T. Cartwrightum ex Beza dicere, disciplinam ad amussim verbi divini efformatam, tertiam, post verbum & Sacramenta, Ecclesiæ notam esse.* Atqui notam essentialem esse *Lib. 1. c. 6. p. 128.* *Cap. 34.*

esse, nec *Beza*, nec *Cartwrightus* dicit: addo etiam nec *Bancrofti* propositum fuisse, ut hanc (de qua accusat *Downamus*) essentialitatem, vel ex *Beza* probaret, vel ex *Cartwrighto*: sicut hæc proximè subjecta verba docent. *Videte necessitatem disciplinæ illorum, nunc illius essentialitatem advertite*: unde videre cuivis promptum, inter necessitatem & essentialitatem *Bancroftum* distinguere, atque illam quidem ex *Cartwrighto* & *Beza* patere, istam non item. *Matheus Sutclivius* quanquam adversariorum acerrimus: non hoc nobis (quod *Downamus*) impingit, nos disciplinam nostram essentialem Ecclesiæ notam statuere, sed tantùm quòd inseparabilem: Nempe vidit, quod doctè *Feyldus* demonstrat, non solum illas necessarias Ecclesiæ notas esse quæ Ecclesiam à priori constituunt, sed etiam quæ à posteriori, & ab Ecclesiæ essentia fluunt, velut propria illius accidentia. Hoc ita cum sit quàm futilis *Bancroftus*, qui essentialitatem disciplinæ ex nostris authoribus probaturus, nullam aliam rationem adducit, quàm nostrum quosdam unà cum verbo & Sacramentis, disciplinam ut Ecclesiæ notam recensere? Quasi quicquid cum verbo ut Ecclesiæ nota recensetur, adæq; ac verbum essentiale eo ipso asseratur?

C. 15. p. 266.

De Eccles. lib. 2. cap. 1. & 4.

Cap. 34.

Quæso mi *Domine*, nonne & vos Ecclesiæ notas describentes, unà cum verbo sacramenta recensere soletis? cum sacramenta tamen perinde ac verbum essentialia non sint, ut sine quibus Ecclesia esse possit? Multo verò pejùs sequitur, disciplinam idcirco essentialem perinde ac verbum à nobis statui, quia unà cum verbo Ecclesię notam, eam faciamus; cum à nobis sacramentis postponatur. Atqui hoc ipsum *Bancrofto* disciplicet, quòd disciplinam ad verbum & Sacramenta, quasi tertiam Ecclesiæ notam quomodocunque adjicimus: præsertim cum *Calvinus*, *Bertrandus de Loques*, *Philippus Mornæus*, *Petrus Martyr*, *Augustinus Marloratus*, *Nicolaus Galisus*, imò & ipse *Beza* inter notas Ecclesię verbum duntaxat & sacramenta numerent, disciplinę mentionem omittentes. Verba ipsa *Bezæ* quę citat, apponenda videntur, utpote in quibus responsio ad hęc testimonia cętera, idonea satis contineatur. *Beza* (inquit) *in colloquio Pictaviensi Anno* 1561. *hæc protulit. Ecclesiæ notæ duæ sunt, purum Dei verbũ & sincera sacramentorũ administratio. Sunt qui Ecclesiasticam disciplinam addunt; sed nos duabus illis erimus contenti.*

Cap. 34. p. 438 439.

Quid igitur est? Non hij theologi eos condemnant (ut *Bancroftus*) qui disciplinam Ecclesię notam tertiam faciunt: sed adversùs Papistas disputantes, satis habent verbum tantùm & sacramenta exprimere, disciplinam in verbo & sacramentis includentes, ut quæ illorum appendix sit. Neque vero nos condemnant, ut *Bancroftus*, Hierarchici omnes reliqui. D. *Copquotus* hac quidem in re totus noster est: qui in concione sua ad crucem *Paulinam* post impressa, disertè asserit, tres Ecclesiæ notas esse, verbum, sacramenta, disciplinam. Quum & noster etiam *Richardus Feyldus* est: quo nemo

Registrum. p. 510.

De eccles. l. 2. cap. 2.

accu

accuratius aut limatius de Ecclesiæ notis scripsit. *Notæ* (inquit) *Ecclesiæ, quæ sunt inseparabiles, perpetuæ & absolutè propriæ, tres sunt. Verbi professio, usus Sacramentorum, & unio in hac professione, usuque, sub legitimis pastoribus, ad homines in vijs salutis dirigendos.* Quid hæc ad propositum vestrum inquies? vel maximè. Advertendum enim est, non verbum & sacramenta simpliter nominasse *Feyldum*: sed eorum administrationem, etiam atquè usum, inter notas Ecclesiæ posuisse, quæ res disciplinariç nonne sunt? Vnio etiam per disciplinam & conservatur, & exercetur; & pastores idonei, quos ad notandam Ecclesiam requirit, per disciplinam & dijudicantur & eliguntur: eorum directio denique in vijs salutis, & externa & disciplinaria est. Frustra igitur sententiam nostram vellicant adversarij, de pòliteias necessitate ad Ecclesiam indicandam. De Eccles. lib. 2. c. 2.

CAP. 18.

De finis necessitate tertia, disciplinam necessariam esse ad Ecclesiæ salutem.

SVperest necessitas finis tertia: ubi quæritur, an disciplina necessaria sit, ad Ecclesiæ salutem. Hujus quæstionis *Thomas Cartwrightus* partem affirmativam cum asseruisset, illius doctrinam, miram, novam, inauditam, ita exclamat *Iohannes Whitgiftus*, ac si totam viciniam, imò Theologorum scholam in eum concitare vellet. Quærit verò ab illo duo. Primùm, utrum intelligat necessitatem absolutam, sine qua nemo salvari potest: vel necessitatem secundum quid, ut disciplina sit duntaxat necessarium medium, & ordinarium adjumentum, sine quo non ita facilè Ecclesiæ salus obtineri possit. At hac inquisitione opus non erat, quum necessitatem tantùm generis secundi *Thomas Cartwrightus* se intellexisse, tum hujus capitis divisione proximâ, tum capitis tertij divisione secunda, satis manifestè docuisset. Tractat. 2. c. 1. divis. 2 pag. 79. Pag. 80.

Quærit secundò, an regimen intelligat in genere necessarium esse, an hoc vel illud regiminis genus, quod sit immutabile? Primum concedit necessarium esse, secundo necessitatis genere: unum autē certum regiminis genus, necessarium esse ad Ecclesiæ salutem, vel secundo quidem necessitatis gradu negat. At affirmat *Thomas Bilsonus* qui concedit in quæstione de disciplina *Anglicana* (ea autem de uno certo regimine est, eoque immutabili *Bilsoni* sententiâ) *ecclesiæ totius salutem* verti. Affirmat Georgius Dovvnamus, *Nulla necessitas absoluta est* (inquit) *ut Episcopalis functio in perpetuum retinenda sit, necessitate tamen expedientiæ & convenientiæ retinenda semper est.* Pag. 81. De perpet. gubern. c. 13 p 5.

Hanc verò necessitatem, necessitatem finis interpretatur ad salutem Ecclesiæ alibi, nempe ubi verba *Hieronymi* premit *Salus Ecclesiæ* Pag. 64. Advers. Lucii, cr.

Digitized by Google

in Episcopi dignitate consistit. Ita unam certam regiminis formam ad Ecclesiæ salutem necessariam esse & immutabilem, necessitate & immutabilitate convenientiæ & expedientiæ docet *Downamus* adversus *Whitgiftum*:licet per errorem pro nostra quam vocat presbyteriali, suam illam episcopalem reposuerit, quam nunquam instituit Iesus Christus, velut necessariam, per quam homines ad salutem dirigerentur, Neque obstat *Hieronymus*.

Primò etenim non de Ecclesiæ salute verba facit, quum in Episcopali functione Ecclesiæ salutem consistere dixit, sed de externa salute tantummodo quæ in pace Ecclesiæ externâ ponitur.

Secundò non jure divino, aut Apostolicâ ordinatione hanc Episcopalem authoritatem statuminat *Hieronymus*, ut *Downamus*;sed jure humano tantùm: nempe politicum inventum existimavit (ut loquitur *Iuellus*) adversus schismata, quod pro Episcopo *Anglicano* nihil facit. Regimē Episcopale suo tempore invaluerat, politicū inventum bonum putabatur, ut schismatum plantaria evellerentur: nostro tempore contrarium accidit, cum schismatum seminarium evasit:ratio igitur diversa cum sit, & politici inventi istius jus etiam omne cessat.

Articul. 4. Divis. 32. p. 309.

Tertiò, nullam *Anglicanam* in Episcopo sui temporis somniavit *Hieronymus* authoritatem : præsidentiam tantùm ad ordinem conservandum approbavit ille, ut illa demonstrant, quando ait, *Petrum* Apostolis præpositum fuisse ut schismatū occasio tolleretur: ex quibus rectè *Iohannes Reynoldus* *προεδρίαν*, qualis inter pares est, ad ordinem servandum sufficere concludit, ut pax Ecclesiæ conservetur, & schismata præcidantur. Ne experientia quotidiana comprobatum ubique hoc, in Ecclesijs reformatis; quæ nonne quæso per præsidem suum pace dulciori & uberiori perfruuntur, quàm Anglia per Dominum Episcopum suum, Archipiscopumvè? Quod vero occlamat *Conradus Vorstius*, nullas in Belgia vires esse ad hæreses tollendas, propter defectum Episcoporum, nihil est. Quid etenim Episcopus in *Belgia* adversus hæreses præstare potuit plus (si modo illic extitisset) quàm quod à classi absq; Episcopo huc usque datum est: presertim in republica ea,ubi promiscuæ religionis libertatem concedendam ipse magistratus censet? Tantum vero abest ut retroactis temporibus Episcopatus utilis fuisset ad hæreses in Belgia subvellendas: ut nihil Episcopatu ad easdem sufflāmandas & propagandas accomodatius fuisse putem. Quis etenim (prout res nunc sunt) ad Episcopatum priùs ascendisset, quàm ipse tu *Vorsti* socijque tui, tuæque hereseos sanè periculosissimæ interpolatores? qui etiam hodie de Episcopatu in *Belgia* surrigendo non adeo cogitarent, si id rebus suis commodum, non arbitrarentur. Quartò, præsidentiam ad ordinem conservandum, in uno quidē Episcopo perpetuum, juxta sui sæculi consuetudinem approbat *Hieronymus*, sed non necessariā,

Cont. Iovin. lib. 1.

Collat. cum Hart. c. 6. sect. 2.

sed

sed ut illis temporibus duntaxat utilem. Hoc illud est quod *Duraeo* respondet *Guil. Whitakerus. Defendit Hieronymus* (inquit) *unius pastoris in ecclesia superioritatem non tanquam necessariam sed tanquam convenientem: & eodem ipse quem citas contra Iovinianum libro primo, Ecclesiam super omnes Apostolos fundatam esse dicit, & unamquamq; Ecclesiam pariliter claves regni cælorum ab eisdem recepisse.* Cont. Dur. pag. 741.

Quintò, Episcopalem functionem ne quidem simpliciter utilem censuit *Hieronymus*, sed κατά τι respectu duntaxat uno, nempè ad supprimenda schismata. At non minùs tyrannidi, quàm schismati via præcludenda est, in quam post *Hieronymi* tempora, Episcopatus degeneravit. Hanc ille non vidit, ut videmus nos: quòd si vidisset haud minus quám nos de Episcopo abolendo laborasset, id quod *Daneli Chamiero* visum, qui *Bellarmino* pro uno Papâ (perinde ac Hierarchicis pro uno Episcopo) argumentanti, civitatem unam non nisi ab uno regi posse, ita respondet. *Tum Apostoli accusandi qui plures in eadem civitate* Episcopos *constituerunt, Putarunt quidem homines meliùs & faciliùs ab uno unam* Ecclesiam *regi, cum unius Episcopi invecta est consuetudo, sed non est consequens, quod videtur melius, ideo sit necessarium.* Deinde nè id quidem visum est melius absolutè, sed duntaxat κατά τι, nempe ad vitanda schismata, teste Hieronymo. Similì autem modo nos ἰσονομίαν, id est, æqualitatem inter pastores, possumus dicere esse κατά τι meliorem, nempe ad vitandam paucorum in reliqnos frares tyrannidem, quam experientia tandem ostendit, quantum sit malum, & quàm oportuna ei sit aperta janua, ex hujusmodi πρωτοκαθεδρίας ambitione. Atq; de præstantia politeias Ecclesiasticæ tertiâ, necessitate nimirum, hic finis esto. De œconom. pontif. lib. 1. consect. 7 p. 92.

CAP. 19.

Usus prædictorum, quod cujusq; Ecclesiæ sit exactam reformationem instituere,

ACCEPIMUS politeias Ecclesiasticę pręstantia quanta sit: vidimus dignitatem, utilitatē conspeximus, exposuimus deniq; necessitatem. Ex his jam porro hoc πόρισμα emergit: in officio cujusque Ecclesiæ esse, ut exacta illius *reformatio* instituatur; sic ut avito atq; pristino splendore suo niteat. Quò magis dolendum in *Anglia* jam hodie usu venire illud, quod suo sæculo *Gerardus Lorichius* conquestus est: *Sunt pseudocatholici qui reformationem Ecclesiæ quoquo modo remorari non verentur*: verum etiam quod tempore Hezechię, *Levitæ promptiores erant se sanctificare quàm sacerdotes*, 2. *Chron.* 29. 34. quod tempore Nehemiæ etiam. *Qui magni erant colla suâ ad opus apponere recusarunt. Neh.* 3. 5. Qui etenim in *Anglia* velut antesignani reliquis fratribus præire deberent: hos ipsos fratres remorantur imò persequuntur, ipsumq; reformationis opus De Missa prorogand.

non tantùm collo subducto deserunt, sed quasi collo obdurato pro virili impediunt.

Remoræ reformationis Anglicanæ removentur: prima quod quiescendum sit in Elizabetha reformatione.

Primò verò ita arguunt, eorum nonnulli saltem, ac si Euangelio quoad doctrinam restituto, non esset multùm de disciplina laborandum. [a] Interrogant etenim, Annon hoc benè est? *Mariæ* temporibus hęc vobis libertas gratissima fuisset; jam ipso Euangelio per *Elizabetham* restituto contenti esse non potestis? Benè quidem hoc esse dicimus, de eo gaudemus, de eo summas divinæ clementiæ gratias agimus: est tamen quod lætitiam nostram diminuat, quòd cum illis Iudeæ Senioribus. Ezræ 3.2. ita domus Dei fundamenta jacta cernimus, ut Ecclesiæ illius primæ puritatem & gloriam, in multis desiderare cogamur. Non etenim absq; causa fuit quod ad Magnam *Elizabetham* scribens [b] *Beza*, restare adhuc disciplinę instaurationem admonuit, templis nostris non exactè purgatis, excelsis verò nonnullis stantibus, quę abolenda essent.

[a] Humilis motio p. 24.

[b] An. 1572. Epist. Dedic. in Annot. Nov. Testa.

C. 3. p. 55. Censur. lib. Apocryph. lect. 74.

Neq; sanè video cur hanc *Bezæ* monitioně tantopere *Bancroftus* exagitaret: nisi aut solam doctrinę restitutionem sufficere putet, aut disciplinam jam satis restitutam existimet: quorum utrumvis si sŏniare instituerit, audiat illā *I. Reynold*, viri sicut doctissimi, ita temperatissimi refutationẽ luculentam. Is reformationis *Ezechianę* postquā mentionem fecisset, subijcit: *in regno nostro, religioni reformandæ, multo minori zelo studeri, præsertim in eis quæ pertinẽt ad officia & partes Levitarũ: ac proinde Deũ a nobis ardentib⁹ precib⁹ obsecrandũ esse* dicit, *& homines obtestationib⁹, hortationib⁹, admonitionib⁹ modis deniq; omnibus urgendos esse, ut in omnibus quæ pertinent ad purgandam & reformandam Ecclesiam, princeps gratiosissima, senatus nobilesq; omnes, atq; adeo totus populus, sui officij erga Iehovam, cum grata animi testificatione dies noctesq; perpetuo meminerint.*

Videre hinc licet, nihil a *Beza* admonitum fuisse, quod monendum non sit; nihil in reformatione Anglicana desideratum, quod non a singulis usque desiderari debeat. At magis illud *Bancroftum* urit, quòd *D. Beza* in Epistola 69. Anno 1572. ad nobilem quendam in *Anglia* scripserit, Ecclesias non multò meliori conditione esse propter reformatam doctrinam, nisi ad puritatem disciplinæ etiam adjungendam aspiretur. Atquè qui de priori Epistola tacuit *Georgius Downamus* hoc tamen in *Beza* vellicat, non solùm ut quiddam inconsideratum, sed in Deum ingratum etiam. Atqui non hæc Dominus *Beza* locutus est, quasi doctrinæ reformatio admirabile Dei beneficium non esset: sed quòd hoc beneficium absque disciplinæ adminiculo diu conservari nequeat. Hoc sensu solùm Ecclesiarum conditionem non multo meliorem dixit propter doctrinam reformatam: quia exulante disciplina, hæc multo melior Ecclesiarum conditio, non ita multo obtineri tempore possit. Sed misso *Beza*, ita nos jam hodie Hierarchici adoriuntur. *Siccine verò Elizabetha veræ matris Israelis re-*

Lib. 1. c. 6. pag. 128.

formationem

formationem deturpatis, Quasi vero *Iosiæ* regis illam multo nostrâ illustriorem reformationem, præter officium *Zephania* deturparit: quòd quasdã illũ *Baalis*, reliquias reliquisse diceret, quæ è medio tollendæ erant, cap. 1. vers. 4. Neq; aliquam *Asanæ* reformationi labem se immeritò aspersurum credidit *Iehosaphat*: quando *adhuc ampliùs animum levavit ad Iehouam*, & quæ supererant reformanda perpurgavit, 2. Chron. 17. 6. Perfecit *Constantinus* quæ inchoauit *Philippus*, dicit *Baronius*: certè quod reliquit non refomatum *Constantinus*, perfecit *Theodosius*, habet *Ruffinus*: neque tamen *Constantini* reformationem dehonestavit: sed exemplo suo preivit potiùs, ut incumbant singuli argenteam Ecclesiam relinquere, quam lateritiam invenerint: & quod *Salomon*, invento parieti, pallatium argenteum superstruere, Cant. 8. 9. Hæc ita cum sint, immerito in *Anglia* hodie vapulant servi Dei sub reformatorum nomine, quod *Ezechiæ*, *Iosiæ*, *Malachiæ*, ipsius deniq; Iesu Christi exempla secuti, non de doctrina reformanda tantũ, sed & de vicib⁹ Levitarum ordinandis, de corruptelis sacerdotum emendandis, de templi profanationibus amoliendis laborandum esse censent.

Certè ad exemplnm Christi flagello templum perpurgantis, disciplinam sui temporis reformandam esse, *Nicolaus de Clemangis*, ut apud [a] D. *Mornæum* videre est: & ad exemplum *Iosiæ* collapsam disciplinam sibi restituendam *Carolus Magnus* existimavit: qui etiam ad hanc rem Anno. 813. concilium [b] *Moguntiacum* congregavit. Hujus verò ipsius exemplo ita *Carolus* & *Ludovicus* reformandæ disciplinæ invigilarunt, ut in pastoribus præsertim pellendis & loco movendis, qui Evangelium prædicare, aut noluerunt sedulò, aut omninò non potuerunt, opus nos habeamus jam in *Anglia* cum [c] *Platina* vovere: *O Ludovice! utinam nunc viveres*. *Iohannes Rupescissanus* vixit ad Annum 1350. is clarè indicavit fore, ut Clerus repurgaretur, sacerdotes pauperes, pios, & fideliter gregem Domini pascentes haberet Ecclesia, bonis superfluis Ecclesiasticis ad Laicos reversis. Proh prorsus Puritanum. Hanc reformationem benignissimâ Dei clementiâ, in Ecclesijs quibusque reformatis restitutam, quoad disciplinam deformare in *Anglia* jam Episcopi satagunt, sanctos hosce pastores ablegando, ornatum papisticum illum in divitijs & mundana pompa positum præeligendo, & gaudium sanctorum denique inquietando, qui sanctis pastoribus suis decorati exultabant. Neque ego plura addam; præsertim cum hisce exemplis pateat, reformationem disciplinæ exactiorem, sanctis semper necessariam visam esse, quàm quæ in *Anglia* obtinet. Atque hæc de reformationis remora prima.

[a] *Histor. Papat. p.* 525.
[b] *Gabriel Prateol. de Concil.*
[c] *Catalog. Test. pag.* 1025. *Pag.* 1786.

CAP. 20.

Remora secunda, disciplinam non convenire his temporibus.

SEcundum adversariorum genus est, qui non tam ipsam reformationis in disciplinâ necessitatem impugnant, quàm istis temporibus convenientiam. In his *Doctor Somius* noster ita loquitur. *Libenter scirem, an possibile veltutum sit in hac terra disciplinam plantare, antequam sacrosancta Dei veritas solidè & doceatur & accipiatur, & idonei rectores Ecclesiastici, aptusq; populus, ad disciplinam exercendum, reperiantur.* Atqui libenter ego scirem ex adverso, annon hæc ipsissima procrastinatio *Iudæorum* sit, quam *Haggeus* reprehendit: *Tempus adhuc non est ut domus Dei ædificetur*, cap. 1. vers. 2. ipsissimaque ignavia illa quam in agricola non ferendam *Salomon* censet, *Ecclesiast*. 11. 4. qui sementem elabi è manibus sinit, dum commodiorem tempestatem præstolatur? *Væ illis qui opus Domini negligenter faciunt*, non est in Dei negotijs lentè agendum, sed imitandi Apostoli potiùs, qui Ecclesias nunquam plantarunt, quin in ipsis incunabulis, disciplinam unà cum doctrina absque mora stabilierunt, Act. 14. 20, *Tit*. 1. 5. Quibus hæc solertia & prudentia spiritus in initijs Ecclesiarum negligitur; næ illi in posterum introducendæ disciplinæ tempus commodius frustra expectant; vulnus interim infligentes, quod aut nunquam aut nimis serò sanari poterit. Non ineptè siquidem *Homerus*, Ἄτην quæ damna infert mortalibus, Deam pennatam & velocem facit, λίτας verò, quibus hæc damna resarcire in officio est, non nisi lento gradu, incedentes & longo intervallo a tergo sequentes introducit.

Tract. de decis. quarund. quæstion. p. 36.

Iliad. 9.

Sanè experientia omnium temporum quam hoc in disciplinæ reformatione protelandâ, sit metuendum, comprobavit. Vrget *Cesar Sigismundus* disciplinæ reformationem in concilio *Constantiensi*. Respondet Papa, vehementer ejus consilium sibi probari, summaque se id ope adjuturum: sed jam tantùm temporis non restare, quantùm ad rem tantam opus sit. Majora esse, quæ prius perficienda essent; quibus transactis, se huiuscè reformationis, memorem futurum. Quid fit? eluditur pius Imperator, pij frustrantur, & prodit in posterum ridiculus mus. Convenerant principes reformationis ergo *Noribergæ* Anno 1523, ad eos ita scripsit *Adrianus* papa VI. *Nemo mirari debet si non statim omnia errata & abusus omnes emendatos viderit. Inveteratus mimiùm morbus est, nec simplex, sed varius & multiplex: pedetentim in ejus curâ procedendum est, & priùs gravioribus magisque periculosi occurrendum, ne omnia pariter reformare volentes, omnia perturbemus.* Fumum hîc

Catalog. Test. pag. 1876.

Papa

Papa vendidit: certe procrastinatione ista, omnia piorum principum consilia, quæ de Ecclesia reformanda volutabant, tum in fumos abierunt. Carnalis igitur hæc prudentia humana est, & minimè ferenda. *Desunt idonei rectores* (inquit) *& populus aptus ad disciplinam excercendam.* Quid post tot annos? Cur desint rogo? Vnde etiam est, quòd post Evangelium longo tempore prædicatum, ejusdem veritas adhuc nec solidè recipiatur nec doceatur? Annon quia deest disciplina illa, per quam Evangelij prædicatio efficax redditur? Pensitentur diligenter illa, quæ Christus ipse, ad *Angliam* nostram in sua Apocalipsi scribit, qua Ecclesię *Laodiceæ* χλιαρὸς est, Apoc. 3. 14. 15, &c. veracem etenim testem sese in *Anglia* præbuisse dicit, & hoc tantùm conqueritur, quod doctrinâ receptâ, disciplina ita exulet, ut non nisi tepida quædam reformatio facta sit, quæ media pendeat, inter Romam, & Ecclesias reformatas. Atque hæc ad reformationis in disciplina remoram secundam.

CAP. 21.

Remora tertia, disciplinam jam in Anglia perfectam esse, removetur: primo morbum ejus ostendendo.

TErtia omnium impeditissima est. *Multi ad perfectionem* (dicit quidam) *pervenirent, nisi jam se pervenisse crederent:* ad perfectionem verò reformationis se jam pervenisse, plurimi de nostris credunt: quo fit, ut perventuros aliquando forè desperandū sit. Atq; hunc φιλαυτίας morbum Ecclesiæ nostræ, satis ostendunt Hierarchicorum ipsorum scripta. Quum enim in colloquio *Hamptoniensi*, rem reformationis proposuisset Rex, prosilijt in medium *Io. Whitg.* & procidens in genua, sanctè in suam animam recepit, in Ecclesia Anglicana nihil tum fuisse, quod reformandū esset. *Ri. Bancr.* ita, *Regimen nostrum in Anglia Ecclesiasticum vere Apostolicum est, & multis gradibus omni regimini anteferendum, quod uspiam in tota Christianitate, jam hodie usurpatur.* Ita *Georg. Downamus; Nulla sub sole Ecclesia est, quæ in doctrinæ substantia, disciplinæq́ forma, ad exemplar primæ, Apostolicæq́ Ecclesię tam prope accedit, atq́ hæ nostræ, quæ vestro gratioso subiacent imperio.* Itanè verò? Tantumne *Adoniæ*; quanta cæcitas in egentissima paupertate? *Imo vero* (inquit Georgius Dovvnamus) *disciplina Ecclesiarum reformatarum, argentum tantùm est: nostra vero Anglicana aurum*; vere aureum somnium. Expergiscere etenim; audias Christum auream disciplinam suam in *Anglia Laodiceæ* χλιαρὸς deesse conquerentem, & dices postquam evigilaveris, *ecce somnium erat.*

In Præfat. Survey. ad Lector.

In Epist. Dedic. ad Reg.

Lib. 4. c. 7. pag. 145.

Neque illud ratione ullâ a te dicitur, quum disciplina *Angliæ* aurea sit, contrariam in Ecclesijs reformatis argenteam esse posse. Fœnum etenim & stipulam illam disciplinam esse necesse est, quæ

per

per fundamentum, absque verbi divini ullo fundamento ædificatur, 1. Cor. 3. 12. quod si vero hoc de Ecclesijs reformatis dicere verearis, cur auream disciplinam *Angliæ* dicere non vereris? præsertim cum illa pauper esse non poterit, si disciplinam in qua deficit, auream haberet. At vero illa non auream nec argenteam disciplinam habet? cum vel te ipso confitente ex verbo divino præscripta non sit, quæ cujusque rectæ & legitimæ reformationis norma unica est, uti *Zanchius* attestatur. Is etenim de reformatione Ecclesiæ ad D. *Knollum* scribens: introducit tanquam ipsius regulam, illam hominis orthodoxi vocem apud *Theodoretum*. Ἐγὼ μόνῃ πείθομαι τῇ θείᾳ γραφῇ. Descendit deinde ad reformationem disciplinæ speciatim, de qua sic habet. *Ecclesiæ sunt reformandæ ad formam eius optimam. Melior Ecclesiæ forma inveniri aut excogitari non potest eâ, quam Christus per se & per suos Apostolos, Ecclesiæ initio constituit & confirmavit.* Et paulo post. *Omnia cultus & disciplinæ dogmata, non ad Lesbyam regulam humani iudicij, sed ad lapidem Lydium verbi divini examinanda.* Huic autem regulæ reformatio Anglicana respondere quî potest, *Downami* præsertim aliorumque judicio, qui disciplinam mutabilem iuxta Lesbiam regulam humani judicij esse volunt: quique Lydium in verbo lapidem nullum esse affirmant, ad quem disciplina examinaretur. Atque hic defectus reformationis Anglicanæ primus est.

De vn. Eccles. refor. man. ration. In ἀτρέπτῳ

CAP. 22.

Secundo, ad normam primitivæ Ecclesiæ revocando.

SECVNDVS, adversus secundam illam regulam *Zanchianam* peccat quam deinceps proponit de Ecclesiæ primitivæ imitatione, non tam reipsa forte, quam ratione à prima diversam. *Qualis fuit* (inquit) *illa veteris & Apostolicæ Ecclesiæ forma tempore Christi & Apostolorum liquidò & certò apparet ex libris Evangelistarum & Apostolorum: probabiliter autem ex reliquis post Apostolos, antiquissimis Ecclesiasticis scriptoribus.* Ad illam igitur Ecclesiæ formam quæ in sacris literis traditur, deinde ad illam quæ in antiquissimis scriptoribus conspicitur, quatenus ista cum illa non pugnat, disciplina reformanda est: juxta illud *Isaiæ* primo: *Excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum, & restituam iudices tuos sicut fuerunt prius, & seniores tuos sicut antiquitus, & post hæc vocaberis civitas iusticiæ, civitas fidelis.* Similiter Ier. 6. 16. *Hæc dicit Dominus. State in vijs & circumspicite, & interrogate de semitis antiquis, quænam via bona sit.* Et Christus denique Math. 19. reformaturus matrimonium, Iudæos ad primam matrimonij institutionem revocavit, dicens. *A principio autem*

Apud Had. Sarav. de triplic. Episcopat. p. 104

non

non fuit sic: Hujus regulæ necessitas adeò claritate sua *Downamo* & *Saraviæ* affulsit, ut nullo modo reformationem *Anglicanam* defendi posse cernerent, nisi eã Apostolicã & primitivã venditarent. Quàm verò frivola hęc jactabunda gloriatio, & verè *Laodicæna* sit, ostendit *Whitgiftus*, *Lous*, *Bridgesius*, *Sutclivius*, & alij, qui cum eam ab Apostolica & primogenia Ecclesiæ forma differre cernerent, eam non aliter excusari posse viderunt, quàm hoc fundamento: quòd exemplo primitivæ Ecclesiæ non obligemur, quòdque disciplina mutabilis sit, & ambulatoria, sic ut ab Ecclesia prisca discedere fas sit: prout Ecclesiæ cuique idoneum judicabitur. Ita *Iohannes Whitgiftus*. [*In præfat.*] *Fundamentum Puritanorum putridum hoc est, quod eandem disciplinam noc oporteat retinere quæ fuit temporibus Apostolorum.* [*Ibid.*] Iterum, *Res multæ quas reformatores fabricantur, plane Apostolorum temporibus in usu fuerunt.* [*Tractat.* 3. c. 6. Divis. 1. p. 174.] Iterum, *Diversitas quæ est inter Apostolorum & nostra tempora, diversam gubernationis formam requirit.* Item, * *Tempore Apostolorum status Ecclesiæ Democraticus erat, quia tunc nullus Magistratus: non sic hodie.* [* Ibid. c. 6. Divis. 5. p. 182.] Rursus. † *Alteratio regiminis Ecclesiastici bene exprimitur ab Ambrosio in* Ephes. 4. *In initio, cuique prædicare & babtizare permittebatur, sed* Ecclesiâ *multiplicatâ, alij gubernatores in* Ecclesia *ordinati sunt: quapropter scripta Apostolorũ non consentiunt in omnibus cum ordine eo qui nunc in* Ecclesia *est.* [† Ibid. c. 6. Divis. 14. p. 191.] Hanc sententiam ex Rabano citat & probat *Georgius Maior* in commentario in Philip. 1.

Citat *Thomas Cartwrightus* confessionem *Helveticam*, Tugurinam, *Bernensem*, *Genevensem*, *Polonicam*, *Hungaricam*, *Scoticam*, *quæ* c. 18. de ministrorum æqualitate tractans dicit: *neminem prohibere, quin ad antiquam Ecclesiæ constitutionem redeamus, eamq; potius quam consuetudinẽ humanã sequamur.* Opponit se huic testimonio *Whitgiftus*, & hoc artificio eludit. [*Prope finem libri.*] *Dicit hæc confessio tantummodo redire nos posse, non autem dicit quod debeamus.* Rursus, *Non magis tempora Apostolorũ in ministrorũ electione sequẽda sunt, quã in rerũ omniũ cõmunione. Addo etiã, quod utcunq; temporibus Apostolorum illa ministrorum eligendorum ratio conveniens & utilis erat: nunc in isto statu Ecclesiæ perniciosissima & damnosissima esset.* [*Tractat.* 3. c. 4. Divis. 4. p. 61. & div. 8. p. 169] Eandem cantilenam canit *Lous*: [*Quær. mon. Eccles.* p. 68 69. 70. & 71] longam etenim disputationem instituit ut probet, nullam certam gubernandæ Ecclesię rationem ab Apostolis præscriptam, quæ immutabilis sit, id quod Ecclesiam ipsam docuisse affirmat: quæ jam inde ab Apostolorum temporibus, varias administrationis species admisit. Eandem sententiam *Ioannes Bridgesius* sequitur. [Lib. 1. p. 85 86.] *Non in omnibus regimen Ecclesiæ optimum, primitivæ Ecclesiæ, in reformatis, restitutum est. Legibus non exemplis judicatur: quanquam id a vicinis restitutum esset, non tamen tenemur eorum exemplum sequi, imo ne exemplum quidem ipsius primitivæ Ecclesiæ sequi tenemur.* Rursus, *De quibusdam forte, exemplum aliquod primitivæ Ecclesiæ ostendere possint, quanquam nec generale quidem illud, nec perpetuum regu-* [Lib. 16. p. 1373.]

Ibid. p. 1371 *lam continens, ut omnes ætates Ecclesiæque exemplo alligentur:* Rursus *Num unumquodque primitivæ Ecclesiæ exemplum præscriptionem infert, aut regulæ præceptoque æquipollet? si non æquipolleat, quomodo nos obligare potest?*

Tract. de disciplin. p. 154 De *Mattheo Sutclivio* non opus est dicere: cum totum caput decimum tertium eô destinarit, ut probet Ecclesiæ regimen mutabile esse, quòd nulla ejusdem certa regula, vel ex verbo, vel ex primæ Ecclesiæ exemplo peti possit. *Richardus Bancroftus* non tam disputat, quàm suo more deridet & calumniatur. *In ea ætate vivimus* (inquit) *qua ingeminari solet prima institutio, Institutio prima: Verba bona sunt si accommodentur bene. Sed aliquid nimis tectum erat in sacerdotis illius applicatione, quando inter rebellem domesticorum multitudinem exclamavit dicens: Quando teram fodiebat* Adam, *& telam Eva ducebat, ubi tum generosus erat?* In his testimonijs largior fui, ne injuriam Hierarchicis à me illatam quis putaret, quòd Ecclesię primitivæ in politeias Ecclesiasticæ reformatione imitationem, ab is negatam, aut quod magis est, impugnatam dicam: quanvis autem ea recitasse satis refutasse sit: error tamen adhuc amplius rationum nonnullarum appositione detegendus videtur.

Survey. disciplin. c. 2. p. 9.

CAP. 23.

Adversarij Montanismi arguuntur: & disciplinam ad normam Primitivæ Ecclesiæ formandam esse probatur.

DICO igitur, primò *Montanismo* velificari, hanc Ecclesiæ primitivæ impugnationem: indeque suspicionem minimè levem suboriri, eam rudiorem & imperfectiorem fuisse, quàm ut Ecclesiæ ad maturitatē jam perductæ illius infantiam imitari teneantur. Declinat quidem hujus hæreseos suspicionem *Whitgiftus* sedulò, ideò infert. *Nulla derogatio est ab Apostolica Ecclesia, ut ejusdem ordinationes nonnullis in rebus immutentur: quanquam enim illi tempori expediebant non tamen huic ætati in qua nos vivimus, sicut forma Apostolicæ Ecclesiæ perfecta & absoluta fuerit, licet nunc admittat in quibusdam circumstantijs alterationem.* Sed similiter pro se *Montanista* respondere potuit, Ecclesiam quidem Apostolicam perfectam fuisse pro sua ætate infantili & puerili, licet in comparatione ad ætatem sequentem virilem & maturam, imperfectam. Atque sane *Montani* principia hostes nostros plus satis olere, vel eo conjicere licet, quòd ad *Tertullianum* eo in loco confugere *Whitgiftus* veritus non sit, ubi *Montanismi* sui non leviter pressa vestigia prodit: probat etenim adversùs *Cartwrightum* disciplinam mutabilem esse, ex illo testimonio *Tertulliani*, in quo sic loquitur. *Regula fidei manente, cæ-*

Tractat. 3. c. 6. Divis. 14 p. 192.

Tractat. 2. c. 2. divis. 1. p. 90.

De virg. veland. c. 1.

tera disciplinæ & conversationis admittunt novitatem correctionis, operante scilicet & perficiente usque ad finem gratiâ Dei.

En fundamenta Hierarchicorum quibus probant, regulam quidem fidei immutabilē esse, disciplinæ non item. Annon etenim hoc *Tertulliani, Montanicum* prorsus est? annon ipsum capur *Monatismi* tangit, quum uberiorem Dei gratiam somniat subsequentibus sæculis, quàm quæ temporibus Apostolorum effusa erat? Verbis vero proximis comparat Ecclesiam Apostolicam. arbori germinanti, quæ per adventum paracleti ad maturitatem perducenda erat, quoniam humana mediocritas omnia simul capere non potuit, ad perfectam disciplinam tempore sequenti perduceretur, ab illo vicario domini Spiritu sancto: quæ apertè Montanica sunt.

Secundò, Ecclesiam primitivam ita perfectam extitisse, vt tempora omnia subsecutura ad eandem disciplinæ formam obligarit; ex ipsis sacris apparet luculēter. Quorsum etenim consuetudinē Ecclesiarum primarum urgeret *Paulus*, si ad imitationem non obligarent? 1. *Cor*. 11. 16. *Nullam eiusmodi consuetudinem Ecclesiæ Dei habent*. 1. *Cor*. 14. 33. *sicut videmus in omnibus Ecclesijs sanctorum*. 2 *Tim*. 3, 14. *Tu nosti conversationem meam in Ecclesijs*. Quid ut a tergo rejiceret? imo addit continuò: *permaneto in eis quæ didicisti*. Sic Philip. 4, 9. in mandato dat, ut ea curarent, *quæ vidissent in eo, aut de eo audiuissent*. Sanè ostendunt hęc singula manifestè, non pręceptum tantummodo Apostolorum, sed & exemplum etiam, una cum exemplo primarum Ecclesiarum in rebus ad disciplinam pertinentibus obligare in perpetuum. Apocal. 2. 5. mandatur Ecclesiæ Ephesinæ, eiusque antitypo Ecclesiæ primæ propè annum 300, deficienti, *Fac priora opera*. Quid hinc concluditur inquis? Nempe primitivam gubernationem omnium temporum & locorum communem esse, in Ecclesia reformanda ad prima principia recurrendum esse, eandem disciplinam esse totius orbis & unius urbis, tam sub Christiano magistratu, quàm cum magistratus deerat. De disciplinæ etenim correctione hîc agitur, & quanquam in Ephesi antitypo pręforibus iam *Constantinus* erat, Imperator Christianus gubernacula capessurus: pristinam tamen Ecclesiæ primæ disciplinam urget Christus, quam per Apostolos instituerat. Ap. 3, 3. *Memento quomodo acceperis & audieris, & observa & resipisce*. Annon monet hic *Sardensis* Christus, ut ad primam institutionem recurrant, & res collapsas ad illius solius normam emendent? Quod si verò Lutherana Ecclesia ut *Brighmanno* videtur, hujus *Sardicensis* antytipos sit: eôdem recurrit reformationis ratio. Quæ enim primò a *Luthero* accepit Ecclesia *Lutherana*, ad primam restitutionem efformata singula erant, ut ex illa ipsius *Lutheri* contestatione liquet. *Contestator eos esse volo, me prorsus nullius quantumlibet sancti patris authoritate cogi velle, nisi quatenus judicio divinæ scripturæ fuerit probata*. Apocal. 12. describitur Ecclesiæ status qui ante *Constantinum*, & sub *Constantino*, & post *Constan-*

Præf. assert. articuli damnat. per Bullam Leo. 10

stan-

stantinum erat. Quæro igitur. Num status ecclesię qui sub *Constantino* incepit imitandus à Spiritu sancto proponitur? Nequaquã vero, tum enim Ecclesia in solitudinē fugari cœpit. Cap. 6. & 14. Sed nec Ecclesiæ pars illa posterior quæ *Constantinum* proximè antecessit, imitanda nobis est, quæ à Dracone suâ ope impugnata erat, quæq; caudâ draconis partem tertiã stellarum à cælo in terrã dejectã habuit: v. 4. sed pars illa prima tantummodo quæ adornata duodecim suis stellis erat: id est Apostolis, & veritate à Christo tradita quasi sole collucebat, c. 1. Hæc illa Ecclesia est, quæ Ap. 2. 7. paradisus Dei dicitur: quo illa *Bancrofti* ratio (si ratio sit) refellitur, quã supra tetigimus. Quemadmodũ etenim ad primã illã *Adami* & *Euæ* fœlicitatem aspirare oportet: ita carduos & spinas ætatum sequentium, in omni Ecclesiæ reformatione defalcari par est, ut prima illa Ecclesiæ puritas, integritas, amœnitas reuocetur.

CAP. 24.

Idem confirmatur testimonijs humanis.

TErtiò, ad normam Ecclesiæ primitivæ recurrendum esse docent patres, & ætatum omnium regionum omnium, literati scriptores omnes. *Tertullianus* in prę scriptionibus adversus hęreticos in eo totus est, ut probet ad primos fontes recurrendũ esse, ac proinde potiori jure orthodoxos esse, quòd hęredes sint Apostolorũ, quòd ab initio fuerint, quòd antiquos terminos non commoverint. Adversus *Marcionē* ita, *In summa, si constat id verius quod prius, id prius quod ab initio, id ab initio quod ab Apostolis: pariter ut͡ q; constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum.* Cyprianus similiter. *Si canalis aquæ quæ copiosè primò & largiter profluebat subitò deficiat, nonne ad fontem pergitur? Hoc & nunc facere oportet Dei Sacerdotes, præcepta divini servantes, ut in aliquo si mutaverit & vacillaverit veritas, ad originem Dominicam, atque Apostolicam traditionem revertamur, ut inde surgat ortus nostri ratio, unde & ordo & origo surrexit.* Hujus ad exemplum *Ecclesiæ primitivæ, Hardingum Iuellus* revocat: quidni & eos Hierarchicos etiam? De disciplina etenim peræq; ac doctrina hæc *Cyprianum* intellexisse, vel ex eo solo constat, quòd diaconos alibi revocet, ad illã primã *Act.* 6. diaconorum institutionem, cujus etiam eos meminisse jubet. *Vincentius Lirynensis* librum scripsit adversus prophanas hereticorum novitates, cujus hæc summa est; quo quicquã recens est magis, & ab orthodoxo illo piæ antiquitatis consensu plùs recedens, hoc minùs esse veritati congruum. Ne verò hæc de patribus dixisse illum, aut Papistæ aut Hiararchici putēt, quasi recipiendi illi essent authoritate aliqua sua: non pigebit illius verba quædam supponere. *Depositũ custodi*, inquit Apostolus: in deposito autem *Timothei* disciplinam latere & *Bilsonus* & *Saravia* docent. *Quid est depositum? Id quod tibi creditum est, non quod a te inventum: quod accepisti, non quod excogitasti: rem non ingenij, sed doctrinæ: non usurpationis privatæ, sed traditiones publicæ: rem ad te per-*

De præscript. c. 37. 38.

Lib. 4. c. 5.

Ep. ad Pompeium.

Apolog. p. 2. c. 5. Divis. 1 Lib. 3. ep. 9. & iur. Can. distinct. 93. c 25.

Digitized by Google

perductam, non a te prolatam: in qua non auctor debes esse, sed custos: non institutor sed sectator: non ducens, sed sequens. Aurum accepisti, aurum redde: nolo mihi pro alijs alia subijcias: nolo pro auro impudenter plumbum aut fraudulenter ornamenta supponas, nolo auri speciem, sed naturā planè. *Isidorus Palusiota*, rem nostrā propiùs attingit: ex eo etenim *Hierarchem* defendit Episcopatū refugientē, quòd à simplicitate primitivæ Ecclesiæ, Episcopatus degenerarit. Hinc ita loquitur. *Illud fortasse ignorare videmini, levitatis ac mansuetudinis dignitatem in tyrannidem transiisse. Nam si hoc ostendere potestis, veterem pascendi gregis rationem nunc quoque vigere, maxime quidem eum qui se huic negotio imparem esse arbitratus est, à vobis laudari æquum est. Sin vero res in contrarium cessit, tab eo pœnæ minime expetentur &c.* Epist. 223. *Bernardus* ad primam Ecclesiæ primæ puritatem, simplicitatem, integritatem, disciplinam Ecclesiæ suo seculo collapsam, revocare ubique nonne studet? *Quis mihi det*, inquit, *antequam moriar, videre Ecclesiam Dei, sicut in diebus antiquis, quando Apostoli laxabant retia in capturam, non in capturam auri vel argenti sed in capturam animarum. Quàm cupio illius te hæreditare vocem, cuius adeptus es sedem: pecunia inquit tua sit tecum ad perditionem.* Epist. 237. Alibi: *Vbi aliquando quispiam Apostolorum iudex sederit, aut divisor terminorum, aut distributor terrarum? Stetisse lego Apostolos iudicandos, sedisse iudicantes non lego.* De Consyd. lib. 2. Alibi, *Tu pastor procedis deauratus, &c. Hoc sic factitabat* Petrus? *sic* Paulus ludebat? Alibi, *Fuerunt ante te qui se totos ovibus pascendis exponerent. Vbi nunc quæso consuetudo hæc? Subijt dissimilis valde, longe in aliud mutata sint studia, & utinam non in peius.* Lib. 4. Quid hæc ad *Angliam*? inquis, Quasi in *Anglia* videre Ecclesiam Dei, sicut erat in diebus antiquis, nunquam hodie contingat? Quasi præter morem primitivę Ecclesię Episcopi Anglicani etiam in terrenis non sedeant iudicantes? Quasi lucrum, pompa, prędicandi Evangelij neglectu: non obtineat: consuetudo primitivæ Ecclesiæ in peius mutata non sit. Quidni etiam *Waldenses* imitandi? Illi verò ad exemplar primitivæ Ecclesiæ omnia revocanda in disciplina censuerunt, ut pluribus *Chytreus* demonstrat. In prælect. Chronic.

Nicolaus Orem, in concione coram Papa habita, de primitivæ Ecclesiæ integritate revocanda multa habet. *Non es recordata dierum adolescentiæ tuæ scilicet de statu primævo, Erat namque futurum ut non vererentur prælati venerandam pudicitiam primitivæ Ecclesiæ infamare.* Catal. test. li. 18. p. 1779 *Durandus Miratensis* de concilio celebrando scripsit, jussu *Clementis Quinti*, paulo ante concilium *Viennense*: qui omnia ad typum Ecclesiæ primitivæ reformanda ita censet. *Sane recolentes quomodo hæc sacra plantatio* Ecclesiæ *fuerit instituta, dolentes dicere possumus quod et si non ab omnibus, neque in omnibus & plerisque, tamen in pluribus ab illa sancta institutione primitivæ Ecclesiæ, in tantum discessum videatur, ut aliqui ex nobis primæ institutionis videantur obliti.* In præf. 2. partis. *Nilus Thessalonicensis* quem *Nicolaum Cabasilam* multi putant, contra primatum Papæ scribens, eum ubique hoc argumento confodit, quòd ab usu Ecclesiæ primitivæ deflexerit. Lib. de primat. I. & 2. *Petrus Damianus* acerrimus discipli-

De corruptione Episcopi. næ, ad exemplar Ecclesię primitivę assertor erat. *Princeps Apostolorum, Petrus*, inquit *querelæ subditorum non ex potestate restitit, sed ob suum ad Gentiles ingressum postulatus, rationem reddendo humiliter satisfecit*: quod adversus Episcopos Anglicanos dicitur, qui presbyteris suis subjici nolunt *Rodorinus Zomorensis* sub *Paulo* secundo vixit & in speculo vitæ humanæ quod scripsit, primitivam Ecclesiam, quasi reformationis speculum proponit. *In primitiua Ecclesia*, inquit *multi floruerunt veri sancti*: *verissimum illos speculum puto perfectæ sanctæque vitæ. Ioannes Gerson* multa pro reformatione Ecclesiæ scripsit, quòd autem eam ad formam primitivæ Ecclesiæ reduci voluerit, vel ex his verbis solis constat. *Maior fuit Ecclesiæ primitivæ authoritas quàm* Ecclesiæ *quæ nunc est*; *Non enim est in potestate Papæ aut Concilij aut Ecclesiæ mutare traditiones doctas ab Evangelistis & a Paulo, sicut quidam delirant*. Videat hîc sibi *Downamus*, & quotquot alij, qui Apostolicas de disciplina institutiones, mutabiles contendunt. *Petrus Aullicus* jussu *Sigismundi, Constantinensi* Concilio, de Ecclesia reformanda, articulos obtulit: quem ad exemplum institutionis primæ omnia revocanda censuisse, vel ex eo patet, quòd ad eos inclinet qui Cardinalium ordinem tollendum existimarent: quòd neq; à Christo, neq; ab Apostolis instituti essent. Idē scripsit eodē tempore *Nicolaus* de *Cusa*: primum gradum ad Ecclesiam reformandam hunc ponens, ut Cardinalium authoritate sublata, ad eum statum redigatur Ecclesia, quo erat ab initio: quod illi de Cardinalibus id nobis de Episcopis disputare jam hodie liceat. *Gregorius Hamburgensis* ad annum 1434. de Ecclesiæ reformatione ita scripsit, ut exemplar primitivæ Ecclesiæ per annos ferè trecentos imitandum esse censeat. *Budæus* duo agit: primò deplorat degenerationem Ecclesiæ à prisca Ecclesia ita: *Canonum canities velcaries potiùs nulli jam usui est, sed velut anus delira è foro explosa est: de ponte enim jam diu comitiorum paracleti, dejecta est disciplina Canonica, ut annis sexaginta maior, atque etiam sexcentis &c.* Secundò, disciplinam à Christo perfectè descriptam putat, quam etiam reverendam censet ita: *Navis nobis disciplinæ à servatore relicta est, Ecclesiæ conditore, quæ cantico, ministerio, instrumento, miraculisq; instructa fuit ab ipso aut ejus auspicijs.* Flatum etiam à puppi pollicitus est, ad exoptatum locum vectores perlaturum, si clavum rectum tenere, si vela spiritui afflaturo, pandere Ecclesia porrexisset. Veniamus ad modernos. *Nic. Sanderus* ita? *Non potest rectior norma secundum quam Ecclesia gubernāda est, ex ulla re alia peti, quam ex Christi factis & institutis, Universa Christianæ gubernationis regula et ab uno Christo pendet, & a visibili externoq; exemplo illius temporis pendet. Hadrianus Saravia* politeiam *primitivæ normam immutabilem esse* ubique affirmat: *a qua si discedutur, non reformationem, sed potius Ecclesiæ deformationem fieri* affirmat. Est tamen in quo & hic & *Sanderus* peccat, nēpe quòd immutabilitatis regulam hic à Christi, ille ab Apostolorum regimine ipso petent.

Catalog. text. 1888.

De vita spirituali animæ.

De concord. cathol. lib. 2. c. 18.

Catalog. text lib. 10. p. 1885.

De translatu Hellenismi. lib. 2.

De visib. monarch. l. 1. c. 6.

In præfat.

tendam putet, sicut ante demonstratum. *Guilielmus Whitakerus* ita: *Conciliū, Act.* 15. *celebratū reliquorū omniū norma esse debet: huic reliqua omnia similia esse oportet.* *I. Reinoldus* spiritus judicandos esse docet, ex consensu Ecclesiarum, unde sermo Dei profectus est, & ad quas in Ecclesia prima pervenit ex 1. Cor. 14. Falluntur ergo Hierarchici, qui reformationem ad typum Ecclesiæ primæ, necessariò faciendam negant. Atq; hęc de reformationis Anglicanæ in disciplina defectu secundo: nempe quòd ex adversariorum quorundam saltem confessione, ad exemplar primitivæ Ecclesiæ efformata non sit. *De concil. q. 3. c. 3. Censur. Apocal. p. Tom. prælect. ad 34*

CAP 25.

Tertius in Anglia Defectus est quod Fermentum Romanum omne non expurgaverit.

TErtius sequitur, qui in eo vertitur, quòd fermentum Romanum omne non expurgaverit. Reformatio etenim Ecclesiæ à Papatu *Resurrectio* quædam, ab ipso Spirtu sancto dicitur. Ap. 20. 5. Quemadmodum igitur Christus resurgens sepulchrales exuvias omnes abjecit: ita reformatio Deo probatur nulla, nisi à Papisticis sordibus ita resurgat ut omnes Romanæ Apostasię reliquias, procul amandari faciat. Hoc in Ecclesia Anglicana fieri quî potest? *Hadrianus* etenim *Saravia* qui disciplinam immutabilem statuit, divinum Episcopale regimen per Episcopos in Ecclesia Romana jam usque remanere asseruit: sic ut Romana Ecclesia vera Dei Ecclesia sit, totumque illius regimen Deo probatum, exceptâ solâ Papæ ipsius Monarchiâ. *Iohannes* contra *Whitgiftus* disciplinam statuit mutabilem: jam verò is politeiam Ecclesiæ indifferentem statuens, abusus tam Romani regiminis emendandos esse dicit, regimen autem ipsum, quanquam mutari posse concedit, non tamen mutari utile esse multis contendit. *Fundamentum* (inquit) *Cartwrighti putridum secundum hoc est, non esse retinenda quæ in Papatu in abusum conversa sunt* Quid igitur de *Hieronymo Zanchio*, qui de Ecclesiæ reformatione ad *Dominum Knollum* scribens, hanc regulam ponit: *Illa quæ licet suapte natura mala non sint, neque inutiliter in Ecclesia diu obtinuerunt, tamen post ea longo abusu in superstitiones & idolatrias versa sunt, ista inquam nolle vel penitus exemplo Ezechiæ & Iosiæ tollere, vel saltem exemplo aliorum piorum regum ita emendare & purgare, ut omnis Idololatriæ & superstitionis occasio tollatur, pertinacia est, nullo modo probanda.* *De triplic. Episc.* *In præfat.*

At *Angliæ* ea pertinacia est ut superstitionis Papisticę occasiones nō sustulerit. Verùm ne hic latebras quærant; omnino tollenda, Ezechiæ exemplo, quæ in abusum versa sunt; *Stephanus* olim Episcopus ipse Romanus censuit: [*Ezechias dissipavit excelsa, & contrivit statuas, & succidit lucos, & fregit serpentem æneum quem fecit Moses. Ac per hoc magna authoritas est habenda in Ecclesia; nonnulli ex prædecessoribus*

&

Decret. p. 1. distinct. 63. c. 28. *& majoribus nostris fecerint aliqua, quæ tempore illo potuerunt esse sine culpa, & postea vertuntur in errorem & superstitionem, sine tarditate aliqua, & cum magna authoritate a posteris destruantur.* Hanc tollendi necessitatem à *Stephano* positam etiam in eis quæ ab antecessoribus benè sunt inventa, approbat *Juellus.* Næ ergo longè ab illo dissidet *Iohannes Whitgiftus*, qui non solùm res in abusu versas, quæ primò bene institutæ erant, retinendas defendit, sed etiam eas, quæ malè primò ab ipso Papa adinventæ fuerunt. Hæc etenim illius thesis est, quam fuse tractat. *Res impiæ inventæ bonum usum habere possunt.* Atqui inquam etsi bonum usum habere possint, id est utilem, de quo tamē dubito: malum tamen usum habere ut plurimū solent, id est in abusum verti: quæ ut præcidantur, ne uti quidem eis licet in Ecclesia, vel ipso *Tertulliano* judice. *Nulli distantia est abutendi, cum veritas cesset utendi: Quomodo quis abutatur, cum non habeat quo utatur? Nobis autem abuti apud Apostolum non licet, facilius, non uti docentem.* Hadrianus Saravia; cum obiecisset Dominus *Beza* nomen Archiepiscopi à Papa primitus inventum fuisse, ita respondet; *Nihili est ista quam nonnulli inferunt conclusione ineptius. Hoc Antichristus invenit, ergo malum, nisi addatur, aut intelligatur, id esse contra verbum Dei.* Atqui cum regimen Ecclesiasticum in verbo Dei præscriptum sit, vel teipso confitente: annon contra verbum Dei nomen præcipuorum rectorum erit, ideo quòd in verbo præscriptum non sit? Itaque sane Anglicanum regimen per Archiepiscopos & Episcopos, non solùm in eo peccat, quod fundamento verbi Dei omni careat: sed in eo etiam, quod alieno fundamento superstruatur, isto nempe, quòd ab inimico Christi, ipso Antichristo, in re disciplinaria mutuatum sit. De hujus sceleris indignitate ita *Tertullianus. Divino operi, Satanæ ingenia superinducere quam scelestum est? Servi nostri ab inimicis nostris nihil mutuantur, milites ab hoste Imperatoris sui nihil concupiscunt. De adversario enim ejus in cujus manu sit, aliquid usu postulare transgressio est*, Rursus: *Nobis etsi quærendum esset adhuc & semper, ubi tamen quæri oportet? Apud hæreticos, ubi omnia extranea & adversaria nostræ veritati? ad quos vetamur accedere? Quis servus cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico domini sui sperat? Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hostibus regibus, donativā & stipendiū cupiat, nisi planè desertor & transfuga, & rebellis? Nemo inde strui potest, unde destruitur. Nemo ab eo illuminatur, unde contenebratur. Quæramus ergo a nostro, & a nostris, & de nostro, idque duntaxat quod salvâ regulâ fidei, potest in quæstionem devenire.*

Tractat. 7. p. 274. 275

De Corona Milit. c. 10

Cont. Bez. c. 25.

De cultu Fœmin. c. 5.

Præscrip. 2. c. 12.

2. Hoc *Iohannes Calvinus* peritus (*Bancrofto* referente) quum ad *Genevæ* disciplinam reformandam accessit, non domum Papalem pristinam stare permisit (quod tamen fieri oportuit, dicit *Bancroftus*) quasi resarciri possit; sed eam totam demolitus est, ipsamque veterem regiminis formam prorsus & penitus immutavit: ad quod necessitate quadam se esse adactum profitetur. Hanc *Calvini* in Eccle-

De Necessitate Reformand. Eccles. p. 64.

sia reformanda rationem asperè quidem *Bancroftus* exagitat: reprehendit etiã *Hadrianus Saravia*, sed aliquanto leviùs. *Dico primis Ecclesiarũ reformatoribus inquit, accidisse, quod caduceas ædes resarcituris solet: qui cum vndique pleraque putrida & vitiata conspiciant, quamvis intra ædes, pulchra conclavia & plures necessario partes sint, quas servatas vellent, tamen quia cohærent putridis & labantibus, quæ emendatione habent opus, dirui & emendari posse diffidunt, nisi simul omnia demoliantur.* Tractat. Theolog. in praef. ad Lector.

Atqui regimen Hierarchicum ipso *Calvino* protestante, nunquam illi pulchrum conclave visum est, quod ille servatum vellet: partem ipsam putridam & labantem esse putabat, quæ imprimis demolienda erat. Loco hujus demolitionis, resarcinationem quandam (ut ita loquar) cum *Bancroftus*, tum *Saravia* requirit, quæ nonne illa ipsa rerum heterogeniarum contemperatio & conglutinatio quæso est: quæ illi separationi quæ a Deo mandata est ex diametro adversatur? *pretiosum etenim à vili seperandum est*, non cum vili commiscendum *Ier.* 15..19. & in quaque reformatione *stannum excoquendum est*, non cum argento contemperandum Isa. 1.25. *exite ab ea popule mi*, Apoc. 18.4. quid; ut mores *Babylonis* unà nobiscum reportemus; imò qui mores orientalis *Babylonis* in Ecclesia ferre non potuit, occidentalis quî jam ferat? Certè gressu corporali ut a *Roma* exeamus, hic putat mãdari *Nicolaus de Clemangis*: quòd vero affectu saltẽ exeundũ sit, vel illud *Augustini* docet, quòd separatio à corruptelis etiam à cujusque veræ Ecclesiæ quoad affectum, mandatur a *Paulo* ipsius judicio. 2. *Cor.* 6.17. prosequitur multis hanc separationem *Ioannes Iuellus* etiam in rebus indifferentibus, ex *Tertulliano*, *Beato Rhenano*, *Origene* denique, cujus ista verba adfert. *Quærendum est quid hoc sit. Ne fiant ei reliquiæ: Ne aliqua* inquit *rescindatis*, *Chaldæorum aliqua reservetis*, ob id jubet ne pusillum quidem relinquatur in ea. Historia Papatus. fol. 626. In glossa ordinar. ibid. Defens Apolog. p. 365. Divis. pa. 347.

Tantùm verò abest ut ne pusillum quidem Chaldæorum spiritualium reformatio Anglicana reliquerit, ut de eadem dicere Spiritus sanctus adigatur, quæ de Laodicea est. *Novi opera tua*, id est, *te neq; frigidum esse, neq; fervidum:* id est, neq; papistam, neq; reformatam, sed tepidam quendam temperaturam quasi inter vtramque mediam. Hoc scilicet meretur prudens illa & politica commoderatio *Bancroftiana*: nam [qui Christum & ethnicismum conjungunt, neutrum retinent, alicubi *Ludovicus Vives*] & dum Iudæi esse volunt (inquit *Hieronymus*) & Christiani, neque Iudæi sunt neque Christiani.] Sequitur in reprehensione Anglicana, *vtinam frigidus esses aut fervidus.*, non quod Papistam esse melius sit in se, sed quòd in Angelis Anglicanis minus esset peccatum nescientes, papistas esse, quàm hujusmodi doctos cõmoderatores. Rursus: Ecclesiæ nunquam exactè reformatæ (qualis jam nostra *Anglia* est (aut à prima reformatione sua in deterius pòst relapsæ, aves permedium cœlũ volantes appellantur Ap. 19. 17. Ratio in promptu est. Ecclesiæ reformatæ ubique *cælum* appellantur, societas Antichristiana

christiana *terra* : ideoque *Anglia* neque cœlum dicitur, quia non reformata, neque terra, quia non Antichristiana: sed verè quasi avis, in medio volans. Commoderatio itaque *Bancroftiana*, quid aliud quàm cœlũ terrãq; miscet, in quo ne nõnulli glorientur, videant in cœlo volare *Angliã* ita ut Ecclesia sit, licet ad supremũ cœlũ Ecclesiarũ reformatarũ nõ pertingat, quãtopere tamẽ nõ nisi in cœlo infimo volat⁹ *Angliæ* Deo displiceat, vel in *Gregorio* cernere licet, ejusdẽq; sęculi pastorib⁹ reliquis: qui Angeli nõ nisi in medio cœlo volantes audiunt Ap. 8. 13, quòd plus satis terrenę sordis propter suam ad papismum inclinationem tum Ecclesiæ contraxissent: videre hoc ipsum & in *Wiclepho* est Apo. 14.6. qui licet Euangelium ęternum apportet, in hoc tamen minùs Deo probatur, quod per medium tantummodo cœlum illud portet, à terrenis scilicet papismi sordibus non satis perpurgatum. Quòd si verò tam malè audiat *Gregorij* sœculum ad papismum tum inclinans, & ætas *Wiclephi* à papismo nisi jam renata: quomodo *Anglia* excusabitur; quę annis supra 50. grandis, coram medio cœlo ita volat sciens prudensque, ut luce totas ubiq: Ecclesias collustrante non moveatur? quòd si verò hęc medietas Anglicana denegetur, *Martinus Bucerus* audiatur, qui Ian. 12. anno 1550, ad amicum quendam suum *Cantabrigiæ* scribens, ita ait. *Sunt qui humanissimâ sapientia & evanescentibus cogitationibus, velint fermento Antichristi conglutinare Deum & Belial.* Quin & audiatur *Georgius Downamus*, qui in ipsa epistolę suę dedicatorię fronte ad *Angliam* accommodat illa *Thucydidis*.

Propterea qnòd media *Anglia* sit (ut ipse loquitur) inter Romanenses & Novatores, id est, Ecclesiarum reformatarum approbatores. Neque verò medietas ista illud poetę audire meretur, quod apponitur in margine. *Medium tenuere beati*: sed idipsum potiùs quod ipse textus quę ex *Thucydide*, citat: qui nullos alios medianos, quam *Metios Suffetios* intellexit. Atque sic quidem hodie *Anglia* in medio est quòd ad disciplinam spectat, id est neutrarũ partium est: quod sęviente pręsertim in Ecclesias Christi tyranno Romano, quã sit ignobile quamq; indignum judicetur ex *Solone*, qui in republica hujusmodi Neutrales minimè ferendos existimavit, & ex politicorum placito illo, quod idem plane statuit, ut in *Althusio*, & *Keckermanno* videre est. Cesset igitur *Anglia* medietatẽ suã, quæ mera quædam Neutralitas est, sub titulo prudentiæ & moderationis palliare: audiat potiùs hortantem Christum Ap. 3. 19. *Eerue & resipisce*, id est zelo eorum flagres, quos pro nimis fervidis condemnas. Alludit etenim vocabulum istud ad ollam præ fervore ebullientem: sic ut resipiscere *Anglia* nequeat, nisi spumam Romæ vniuersam ejiciat. Atque hic defectus reformationis Anglicanæ tertius est: quòd fermentum Romanum totum (quod oportuit) non expurgauerit: neque à sordibus papatus omnibus, uti decuit, resurrexerit.

Politic. c. 14.

C A P.

CAP. 26
Quartus defectus quod Anglia vitiat disciplinam, eam ad politeiam civilem conformando.

QVARTVS sequitur, qui in eo ponitur, quòd disciplinam vitiare *Anglia* non veretur, eam ad civilem politeiam conformando. Posuerat *Cartwrightus*, gubernationem civilem ad regimen Ecclesiæ potiùs reformandam esse, quàm gubernationem Ecclesiæ ad regimen civile. Hoc *Whitgiftus* exagitare videtur tanquam Anabaptisticum, & in omnem Monarchiam, qualis jam in *Anglia* viget, pernitiosum, In hunc sensum *Whitgiftum* citat *Georgi⁹ Downamus*, qui ita hac de re sententiam suã ponit. *A judicio Regis in tanto discrepant (Puritani) ut quando Rex sentit Ecclesiam conformari posse ad rempublicam: illi regimen civile ad regimen Ecclesiasticum attemperare deberi dicunt. Ecclesiam vero ad civilem politeiam formare idem esse docent, ac si quis aulam suam ad aulæa, non autem quod debuit, aulæa potius ad aulam accommodare vellet.* Non igitur est, quod in *Cornelium Scultingium*, iniquior quis sit, qui hoc sensu *Whitgiftum* interpretatur. *Imo quod absurdius est,* (inquit) *Anglo-Calvinistæ, politeiam Ecclesiasticam juxta reipublicæ politeiam formari atque componi volunt.* Atque absurditas quidem hujus sententiæ, ipsius *Whitgifti* conscientiam pulsasse videtur: quanquam enim positio *Cartwrightiana* quam impugnat, ista sit, *Regimen Ecclesiasticum non est conformandum ad regimen civile*: Id quod à *Whitgifto* defendi dicit: is *Whigif.* tamen, qui aut negare hoc à se defendi debuisset, aut contrarium probare, aliò suã orationẽ convertit: atq; hoc tantũ agit, magistratui licitũ esse, disciplinã mutare ad statũ Ecclesiæ. Hinc ita loquitur. *Quandoquidẽ Magistrat⁹ suprem⁹ Ecclesiæ gubernator est: cõsentaneũ non est ut aliter Ecclesiæ gubernentur, quã prout illi expedire videbitur præsenti ipsorum statui.* Rursus: *Ordo ille inter ministros servandus est, qui statui Ecclesiæ maxime convenit.* Rursus: *Non potest gubernari Ecclesia sub magistratu, ut sub tyranno: in toto regno, sicut in una civitate, qui non diversitatẽ gubernationis admittit pro stat⁹ Ecclesiæ diversitate, nõ ædificat sed confundit.* Sed utrũ conscientia *Whitgifti* eũ prohibuerit necne, apertis verbis sentẽtiam suam de Ecclesia reipublicæ conformanda profiteri: hoc tamen & certũ est, & ex illius verbis liquet, expedientiæ velo tegi, conformitatem in *Anglia* istam, qua factum est, ut ad idæam Monarchiæ quæ in *Anglia* viget, monarchalis correspondens gubernatio in Episcopis nata sit. Adversus autem expedientiæ colorem istum ita *Whitakerus. Disputat Bellarminus contentionem inter Romam olim & Carthaginensem Ecclesiã in eo tantum positam fuisse, quod illa primatum Papæ expedire, hæc vero non expedire putaret. Atqui non est judicandum*, respondet *Whitakerus*, *adeo absurde sensisse Car-*

Tractat. 17 c. 2. Divis. 17. p. 646. 647.

Lib. 1 p. 9.

Hierarchie. Anacrys. lib. 10. col. 69.

Tractat. 3. c. 6. Divis. 5. p. 182.

Tractat. 8. c. 1. Divis. 27. p. 314.

Respons. ad admonit. p. 114.

Digitized by Google

thaginensem Ecclesiam, ut gubernationem Ecclesiæ mutandam censeret propter expedientiam. Rationes quas adfert, pro nobis pleræque faciunt: quare tunc inquit expediebat, & nunc non expedit? tum quomodo non expediebat uti eâ potestate quam Christus ipse instituit? Quid, illine Christo melius sciebant quid Ecclesiæ expedi-
Con..4.q.4 ret? siccine *Augustinus* Christi instituto se opponeret? Ergo quod
4.p.495. existimarunt non expedire, declararunt certe se satis credere, non esse hoc jure divino sancitum. Nam si jure Divino sancitum esset, quid hoc aliud fuisset, quam divinam sapientiam in dubium vocare, & ordinem à Christo institutum evertere? Quid igitur est? Cum forma regendæ Ecclesiæ à Christo præscripta sit (ut suo loco demonstrabitur) eam sub colore expedientię, ad statum civilem immutare, hominis est, *Whitakeri* judicio, Christi sapientiam in dubium vocantis, quasi melius ipso Christo, quæ forma regiminis expediret, magistratus quispiam sciret.

2. Sed agamus punctim. Primò regimina hæc duo à se subsistunt divisim & seorsim: neutrum ab altero dependet, sed utrumque a DEO immediatè authoritatis suæ originem trahit. Hinc licet nobis cum doctissimo Fyldo disputare. Nemo hominum immutandi rem aliquam potestatem habet, nisi ille tantummodo cui gradu eminenti inest, & à quo illa originali-
De Eccles. li. 5. c. 45. p. 320. ter derivatur: regimen ergo Ecclesiasticum quà Ecclesiasticum cum magistratui non insit, neque ab eo originaliter dependeat, ab eodem immutari, & ad civile regimē, flecti minimè potest. Secundo, utrumque regimen suo genere alterum altero præstantius est: pari igitur dignitate cū sint, nēpe suo genere præstantissima, quomodo alteri in alterum jus mutandi, aut ad sese conformandi competere potest? Quòd si vero de generis ipsius præstantia quæratur, longe regiminis
p. 323. Ecclesiastici gen⁹, civili præstantius est: sic ut ad Ecclesiā respublica potiùs, quàm ad rempublicam civilem Dei Ecclesia temperari de-
Doctrin. fidei lib. 2. act. 3. beat. Probat hoc ex *Thoma Waldensi Fildus* [*Spiritualis*, inquit *& civilis potestas in rebus ad se pertinentibus altera alterâ præstantior est, & quælibet independens, quanquam illa spiritualis simpliciter civili perfectior & excellentior sit*] Similiter [a] *Gregorius Nazianzenus* [b] *Chrisostomus*, [c] *Petrus Blessensis*, [d] *Hugo de Sancto Victore*, regimen Ecclesiæ propter obiectum & effectus civili præstantius statuunt, imò in tantum præstantius, quantum anima corpus, & vita spiritualis terrenam vitam superat: quòd si igitur conformatio hîc aliqua locum haberet, ut regimen civile quod minus excellit, ad regimen Ecclesiæ quod est præstantius, non autem hoc ad illud ut accommodetur, æquum est. Tertiò, politeia civilis medium est, quod regimen Ecclesiasticum velut finem suū respicere debet, quà illud rempublicā ad gradum eminentem perducit. Quanquam etenim (ut docent Politici) terrenâ fœlicitate rempublicam beet à sese politicia civilis; supernaturali tamen beare eam à sese non potest, nisi ad opem confugiat

[a] Orat. ad cives trepidant.
[b] De verb. Isai. Homil. 4. & 5.
[c] Epist. 146
[d] Lib. 2. de sacrament. p. 8. c. 4.

Digitized by Google

giat politeias Ecclesiasticæ, quâ ut fruatur, illam quærit, illam fovet, illi paret, ab illâ se regi permittit: illi denique & ancillatur & obsecundat. Hinc Isa. 49. 23. *Reges nutritij Ecclesiæ sunt*, non immutatores, *& pulverem pedum lingunt*, id est, Ecclesiæ fovendæ inserviunt. Quid igitur est? Politeia Ecclesiastica si ad civilem temperari possit, & finis ipse ad suum medium conformari. Quartò politeia Ecclesiastica certa est, à Deo præscripta, & immutabilis: politeia civilis verò ab hominibus ordinata (ad hoc vel illud regimen quod attinet) mutabilis, varia, & pro diversitate regionū & temporum alia atque alia. De hoc *Whitakerus* ita, *Tot possunt esse humanarum politeion formæ quot ipsi homines voluerint; sed Ecclesia regi debet non ut humano ingenio arriserit, sed ut Christo Ecclesiæ Domino, soliq; principi placet: quam ergo Christus formam instituit, ea servari atque optima judicari debet, & inepte faciunt qui ex Philosophorum sententijs aut humano judicio statuunt quam formam regendæ Ecclesiæ Christus præscripserit, qui politeias non præscripsit.* Quintò politeia Ecclesiæ & civilis res à se invicem distinctæ sunt, sic ut regiminis Ecclesiastici inflexio ad politeiam civilem, ea confundat quæ Deus seperata manere vult, quæque copulari prohibet. Tangit hanc rationem *Thomas Bilsonus*, qui adversus Iesuitas ita disputat *Quanquam Ecclesia & respublica distincti status sunt, quod negari non potestis, utramque tamen regere vos concupiscitis. Ita confunditis quæ a se invicem distinxisse videri vultis.* Quòd si autem distinctio illa quæ inter duo hæc regimina esse debet, tum confunditur, cum ab eisdem utrumque geritur & gubernatur: quanto tum magis, cum uni eidemque magistratui potestas conceditur, utrumque formare, instituere, in essentialibus immutare, imò utriusq; similitudinem adaptare. Sextò, politeia civilis & Ecclesiastica non solùm distinctæ & separatæ sunt, verùm etiam tota regione à se invicem distantes, interque sese admodum dissimiles: sic ut ad civilem attemperari politeia Ecclesiastica nequeat, nisi res dissimiles simul conglutinentur, & sic androgynes regendi formæ inducantur. Habet *Matheus* ipse *Sutclinius*, quæ ad hanc rem apprimè faciunt. *Bellarminus*, ipsius iudicio ut Papæ Monarchiam stabiliret, arguit à Monarchia civili, hoc fundamentò nitens, quòd una & eadem sit reipublicæ & Ecclesiæ administrandæ ratio. Hoc dum ille convellere nititur, multas dissimilitudines recenset, quæ inter civilem & Ecclesiasticam politeiam intercedunt: in quarum tertiâ, ita pro nobis disertissimè disputat, *Sicut unus est Ecclesiæ summus princeps Iesus Christus: sic una est Ecclesiæ vera & essentialis forma. At rerum publicarū ut varij sunt Magistrat⁹ sic variæ reperiuntur formæ: nā hæc a Rege, illa ab optimatibus, alia a potentiorib⁹ & locupletiorib⁹ de populo regitur: omnesq; istæ formæ bonæ sunt. At sec⁹ fit in Ecclesia: nā & un⁹ est sūm⁹ Ecclesiæ rex, & una est Ecclesiasticæ politeiæ ratio: a qua qui discedunt, in labem gubernationis Ecclesiæ incidunt, & Christi leges transgrediuntur.* Quære hîc an verè à Papistis in

Keckerman. polit. li. 6.

Cont. 4 q. 1 c. 9. s. 1.

Cont. Apol. pag. 3. p. 358.

De Pontif. Romano lib. 1. c. 1.

Digitized by Google

Anglia jactatum illud sit, Episcopos dum adversus Papistas disputan puritanos esse: dum verò cum puritanis contendunt, se velut Papistas gerere. Dum etenim hic adversus Papistas *Sutclivius* disputat, qnantum ab illo mutatus est, quando adversus Puritanos disputavit? Nulla illic quemadmodum hic disciplinæ regula à Christo præscripta: neque illic, quemadmodum hoc loco, immutabilis disciplina, sed varia & ambulatoria, idque ipsius Ecclesiæ, aut Magistratus arbitrio. Pergit porrò ita. *Ineptissime faciunt adversarij, qui in Ecclesiæ forma constituenda, a rebuspublicis humanis exemplar capiunt, & politicis principiis insistunt, & ad humanas leges formam Ecclesiæ exigunt, quæ nullo humano consilio erigitur, nec legibus humanis subiacet.* Quum hæc apertè conformationem politeias Ecclesiasticæ ad civilem confutent, apparet *Georgium Downamum* reliquosquè qui contrarium statuunt, in ipsa Papistarum castra transvolare, & eorum argumenta adversus suos corroborare. Paulo post; *Magna insania est & non modo stultitia, formam reipublicæ certis terminis & finibus locorum & temporum circumscriptam, Ecclesiæ, quæ nullis limitibus definitur, nullis personis certis alligatur, aptare. Quidni pari ratione, formam Ecclesiastici regiminis, civili? Postremo, Non Aristotelicam sed Apostolicam quærimus Ecclesiæ formam: nec magnopere laborandum censemus, quid homines politici de rebuspublicis, sed quid Christus de Ecclesia suâ præceperit. At Aristotelica hominumque politicorum Ecclesiæ regendæ forma ut introducatur necesse est: si hominibus politicis potestas detur, ut eam mutent ad rempublicam, quæ præceptis Aristotelicis, & arbitrio politicorum gubernatur.*

4. Septimò, *Regnum meum non est de hoc mundo*, inquit Christus Ioh. 18. 36. ergo regnis hujus mundi adaptari non debet. Eludunt hunc locum adversarij, quòd de regno interno duntaxat intelligitur, sic ut ad regimen Ecclesiæ externum omninò non pertineat. Sed nupera hæc distinctio est, & ante inaudita, nullo scripturæ fundamento nititur, à nostris denique impugnatur. *Gulielmus Whitakerus* & de externo Ecclesiæ regimine verba ista interpretatur; quum ex eo, externam Papæ monarchiam ita convellit. *Regnum Christi non est de hoc mundo, at omnis visibilis Monarchia de hoc mundo est. Ergo monarchia Papæ visibilis* (quidni & Episcopalis etiam) *Christi non est. Distinguit hic Christus regnum suum ab externis regnis. Externa habent visibiles reges, Christus rex cœlestis est: in externis regnis subditi civiliter gubernantur, Christus suos regit spiritualiter: externa regna instituta sunt propter externa hujus vitæ commoda, Christi regnum in spiritu & bonis internis versatur. Non requiro meliorem quam Ambrosium interpretem, qui dicit non esse de hoc mundo regnum suum, ostendit esse supra mundum ita & erat regnum & non erat: non erat in sæculo, supra sæculum erat* Quid igitur est? Regimen Ecclesiæ spirituale est: civile mundanum, Ecclesia supra sæculum, civile sæculare: at ita regnum Christi à regno terreno distat, dicit *Ambrosius*, ut mundanum & sæculare esse

Cont 4. q. 1 c. 3. §. 13.

In Luc. lib. 3. c. 3.

esse nequeat: at quũ civili cõformatur, nonne quæso terreno simile, mundano conforme; atque ita quodammodo seculare evadit? *Richardus Bancrofius*, nos hęc verba ad externum Christi regnum accõmodantes, ita ludificatur. *Dicent forte* inquit, *regnum Christi etsi non sit ex hoc mundo, tamen esse in hoc mundo*. & quid ni ita diceremus? Certe ipse tuus *Georgius Carletonus* id ipsum dicit, qui unà nobiscum de externo Christi regno, hæc dicta esse dicit; verba ista sunt. *Regnum Christi quod non est ex hoc mundo ipsius Ecclesia est, quæ in hoc mundo est, sed non ex hoc mundo: & statum civilem assecurat his verbis Christus, ex regimine* Ecclesiæ *suæ, damnum nullum in respublicas exoriturum*. Observandũ etenim est non pro se tantummodò hîc Christum spondere, sed etiam pro Ecclesia sua: non enim dicit, ego non sum de hoc mundo, sed regnum meum: sic ut statum civilem ab omni periculo assecuret, non solùm quòd ad suam personam sed etiam quòd ad Ecclesiam suam quamdiu hic mundus durat. Iurisdict. c. 4. sect. 14.

Octavò, *Reges gentium dominantur eis, vos autem non sic*, Luc. 22. 25. 26. Quibus verbis nonne Monarchiam civilem ab Ecclesiastico regimine suo ita Christus eliminat, ut omnem cum illa conformariam similitudinem evitare debeat? Loquatur vel ipse *Matthæus Sutclivius*. *Quid disertius* (inquit) *dici potuit, adversus monarchiam* (non quod *Whitgiftus* adversariique reliqui tyrannidem solum) *quæ species est regiminis politici, apud Ethnicos, maximè usitata*? Respondent adversarii non omnem dominationem Apostolis prohiberi, sed illam tantùm qua Gentiles utuntur, & quæ ad exemplum est regum Ethnicorum: quasi verò non hujusmodi Monarchiam *Petro* ascribant & in Ecclesiam introducere conentur? Similiter *Iohannes Reynoldus* probat *Mat.* 20. 26. interdici eam similitudinem Monarchiæ terrenæ quæ in Papæ Monarchia reperitur, quid ni & in Monarchia Episcoporum etiam? quòd si etenim omnis similitudo gubernationis terrenæ, in politeiâ Ecclesiasticâ prohibeatur: constabit certè & omnem ejusdem ad terrenam gubernationem conformationem prohiberi itidem: quia nulla conformatio absque similitudine vel cogitari quidem possit. Certè in conformatione Anglicana, ea ipsa Monarchiæ similitudo reperitur, quæ hic interdicitur: pro qua tuendâ quid tandem afferri potest, quod non & Romanæ patriarchæ (seponamus Papæ tyrannidem) Monarchiam unâ tuebitur? Vel ipsa *Petri* Monarchia in Apostolos reliquos pares, *Sutclivio* hic interdici videtur: at Ministros omnes pares esse suo loco docebitur; sic ut Episcopalis Monarchia *Anglicana*, hic etiam, una condemnetur. Sed de hoc suo loco plura. Nonò *Apocalyps.* 13. 14. Reprehendit Spiritus sanctus in politeia *Romana* quod ad imaginem bestiæ conformatur: ergo regiminis Ecclesiastici ad civile conformatio omnis, ubique gentium illicita est. Quid enim? Annon imperium *Romanum* quod hic per bestiam adversariorum judicio intelligitur regimen licitum erat? aut imago civilis regiminis liciti in *Ro-*

De Pontif. Roman. l. 2. c. 1. p. 66.

Collat. cum Hart. c. 6. Divis. 2. p. 207. 208.

De Triplic. Epiſcop p.57

mana tantùm Eccleſia illicita erit, in cæteris nõ item? Reſpondet *Hadrianus Saravia*, imaginem beſtiæ in doctrina ſolùm poſitam eſſe, non item in politeia: reprehendique hoc in loco *Romanam* Eccleſiam dicit, non quòd Politeias imaginem, ſed quòd veteris Idololatriæ in *Româ* Ethnica olim uſurpatæ ſimulachrum retinuerit. Primò, ſi imago doctrinæ Ethnicæ in Eccleſia Romana ſit, & imago Politeias Ethnicæ multo erit major: hanc majorem ſimilitudinem prætermiſiſſe Spiritum ſanctum, ut minorem tantummodò poneret, quomodo veriſimile fiet? Secundò ſi doctrinæ ſolius imitationem reprehendiſſet Spiritus ſanctus, pontifices Ethnicos nominaſſet: nunc Beſtiam id eſt civile imperium nominans, ſimilitudinem politicam quandam & gubernatoriam, eam incluſiſſe in aperto eſt.

In præf. l. de Rom. pont. p.

Tertiò de imagine politeias, hunc locum *Matheus Sutclivius* intelligit, cujus iſta verba ſunt. *Non Petro ſucceſſit in prædicando Papa, ſed Conſtantino in ſede imperiali: reddens vitam beſtiæ quæ mortua videbatur, & Romæ erigens imaginem veteris imperij*, Sed de hoc loco fuſiùs alibi.

Decimo, non deſunt, qui Politeias Eccleſiaſticæ conformationem ad civilem apertis verbis jugulant. Primatum affectabat *Iohannes Conſtantinoplitanus* prætextu imperialis maieſtatis *Conſtantinopoli* degentis: ideoque Epiſcopo *Conſtantinopolitano* primatum deberi arguebat: quòd Eccleſia rempublicam ſequi debeat. Hoc ita cum ſit, eodem fundamento Epiſcopatus *Conſtantinopolitanus* apud *Iohannem* nitebatur, quo hodie apud *Whitgiſtum* Anglicanus. Non igitur adverſus *Iohannem* ſolummodo, verùm etiam *Whitgiſtum* valet illa antiqua *Leonis* & *Gelaſij* refutatio: quorum ille ita. *Alia eſt ratio rerum ſæcularium, alia divinarum*; hic vero ita: *Alia poteſtas eſt regni ſæcularis, alia Eccleſiaſticarum diſtributio dignitatum.* Sic olim ad Epiſcopos *Conſtantinus*. *Vos quidem eorum quæ intus ſunt in Eccleſia agenda, ego vero eorum quæ extra hanc ſunt Epiſcopus a Deo ſum conſtitutus.* Euſebius de vita Conſtantini. Lib.4. c.34. *In his verbis* (inquit Carleton⁹) *Eccleſiaſticã & politicã poteſtatẽ ita diſterminavit* Cõſtãtin⁹, *ut illa de internis tantũ, hæc tantum de externis ſit.* Hoc ſenſu extra Eccleſiã Magiſtratus cum ſit, poteſtatẽ Eccleſiã tranſmutandi nullam habet: nedum internum illius regimen, ad ſuum externum conformandi. Idem *Ambroſij* judicium erat, nullam ſcilicet Magiſtratui poteſtatẽ competere in res ſacras, ut eas immutare poſſit: quod ſi ſit verum nec diſciplinam quidem immutare ei licebit. Verba illius ad Valentinianum iſta ſunt. *Noli te gravare, Imperator, ut putes te in ea quæ divina ſunt, aliquod imperiale ius habere. Politicorum tibi munerum jus commiſſum eſt, non ſacrorum.* Ita de Hierar:hicorum Anglicanorum conformatione *Cornelius Scultingius* ſpeciatim. *Obſervandum Anglo Calviniſtas* (inquit) *contra puritanos fortiter defendere, quod officia Eccl.ſiſtica pro temporum & locorum varietate Eccleſiæ conſtituere poſſet, ſed perquam abſurde. Volunt enim ſingulas provincias eam politiæ formam*

Margin notes beside the paragraph beginning "Decimo":

Epiſt.54. Ad Epiſcop. Dardaniæ.

Iuriſdict. c. 5. ſect. 8.

Epiſt.33.

Hierarchic. Anacryab. l.10. col.69

formam assumere, quæ pio magistratui & ipsius prouinciæ statui magis videbitur convenire. Sed quorsum *Scultingius* producitur in scenam inquies? quasi in scena Hierarchica is ante non fuerit, Hierarchiæ Anglicanæ partes anges: Neque mitior *Hadrianus Sarauia Scultingio* est. Tuetur is certam & immutabilē regiminis Ecclesiastici formam ab ipso Christo mandatam esse: Hinc contra conformationem istam ad regimen civile, quâ de agimus, ita disputat. *Nulli genti Deus unquā ullam certā & perpetuam imperij formam dedit, quam pro varietate loci & temporū mutari non liceret. Sed hujus regiminis de quo disserimus diversa est ratio: quoniam enim a Deo proxime est profecta, eam pro arbitrio suo homines mutare non possunt, nec necesse est. Nam sic eam temperavit divina sapientia, ut nulli civilis regiminis formæ adversetur. Quando autem tota aliqua respublica facta est* Ecclesia, *gubernatio quidem mutationem aliquam recipit, sed quæ ipsius naturam non mutat*. Rursus, *Quanvis Ecclesiastica gubernatio recepto Euangelio nonnibil (quantum per verbum* Dei *licet) ad reipublicæ statum inflectenda sit, cavendum tamen est, ne ipsius mutetur substantia: cælestis quidem doctrina universalis est, & huiusmodi ut ab hominibus suscipi possit: proinde non est tanquam lesbia quædam regula inflectenda ad hominum mores, utpote qui ad illam fixam & immotam reducendi sint*. Hæc ille pro regiminis episcopalis quidem immutabilitate disputans: quod tamen dicit verum est: aliàs regimen episcopale ut concidat necesse est, in rebuspublicis omnibus, quæ aut Aristocraticæ aut Democraticæ sunt. Ita reformationis Anglicanæ in disciplina defectus quartus iste, conformatio nempe politeiæ Ecclesiasticæ ad ciuilem, & apertis scripturis prohibetur, & ab ipsis Hierarchicis refutatur.

Epi. Cardin. lect.

De Triplici Episcop. in prolog.

CAP. 27.

Defectus in Anglia quintus, quòd non adhibuit adhuc malorum fonti remedium.

QVintus sequitur, in eo peccans, quòd ipsi malorum in Ecclesiâ Anglicanâ omnium fonti, remedium adhuc nullum adhibitum sit. Rectè etenim admonet Petrus Martyr, *in Ecclesia reformanda Elizæi exemplum imitandum esse: & fontem ipsum ante omnia sanandum: a quo contagio labesq́, omnis manat*. Conqueritur *Lo-us* pro disciplinâ *Anglicana* scribens, Ecclesiæ starum in deterius semper prolabi, & videre cuivis licere, in deterius omnia ruere: de quo, ipsis videndum est, qui gloriosum Ecclesiæ *Anglicanæ* statum plenis buccis prædicare solent. Nos quidni Deum glorificemus, vaticinio suo fidem facientem, idque ex utraque parte. In illis etenim jactabundis impletum cernimus, quod de *Angliæ Angelo* prędicitur Apocal.3. 17. *dicis, dives sum, & nullius egeo*; in hac verò querimonia justissimâ, quod de eodem Angelo dicitur, *miserabilis es & ærumnosus*:

In 2. Reg. 2.

Querimon Eccles. p. 64

ærumnosius: præsertim cum addat Leo, Ecclesiã quasi ruinis oppressam jacere, & ita iacere, ut nec auxilij spem, nec miserię solatiũ reperire possit. Addit verò non tam ab externis hostib⁹ quam domesticis & intestinis hoc accidisse: in quo ut illi maximè cõsentio, ita hoc nomine reformationem & urgendam vehementiùs & citius inchoandam

Anno 1500 dico. Hoc etenim illud est quod *Iohannes Picus Mirandulanus* ad *Maximilianum* Imperatorem olim scripsit: *Concutitur ab externis hostibus Ecclesia, ab internis laceratur: & Iesu Christi sanguine circumseptum & consecratum ovile, peius multo perpessum est, indiesque patitur a lupis sub ovina quam sub propriis pelle grassantibus. Age igitur jam Cæsar optime, & Christo regum omnium regi, oves suas tam ab hostibus quam a perfidis pastoribus, iam iam liberaturo, te fidum ministrum exhibe.* Quid igitur inquies? Num quosdam de nostris plus damni Ecclesię dedisse dices, quàm ipsas Papistas? Si mihi non credas, *Leo* saltem tuo credas: deinde rationem redde, cur lupi pelle ovina contecti periculosiores non jam sint, quàm qui aperti hostes habentur, sicuti olim Christus admonuit Matth. 7. 15. & *Cypriano* etiam responde!, qui plus nocere simulatum hostem, quàm inimicum apertum docuit. Verba ista sunt: *Plus metuendus & cavendus est inimicus*

De simpli. et. Cleric. *cum latenter obrepit: ea est diaboli astutia, ut sub ipso Christiani nominis titulo fallat incautos.* Rationem reddit in causa simili *Poeta tragicus. Odia (inquit) professa perdunt vindictæ locum: ita & hostes etiam professi perdunt nocendi modum.* Hoc ita cùm sit evigilandum cuique est, & solicitè inquirendum, quinam illi lupi in *Anglia* sint, qui pelle ovinâ tecti, columnę quidem Ecclesię putantur, sed eam subruunt & subvertunt tamen. Non temerè columnas memini: nam pastores, quòd sint, non laici, & ratio ipsa & omnium tẽporum experientia testata convincit. *Hugo* Cardinalis, sœculi sui mala unde orta fuerint ostendere conatur ex Dan. 3. *Egressa est iniquitas a senioribus. Nicolaus*

In Mat. 27 *Orem*, coram *Vrbano* 5. de illius sœculi miseriis disserit: quarum caput repetit ex illo *Ieremiæ* loco Thren. 4. *propter iniquitatem sacerdotum ejus. Franciscus Picus* coram *Leone* decimo, in Concilio Lateranensi, pro reformatione orationem elegantem habuit: ubi malorum omnium fontem perscrutatus, inter alia hęc habet: *Malum omne de templo* Ioannes Chrysostomus *censet*, & Hieronymus *scribit se invenisse neminem, qui seduxerit populos præterquam sacerdotes.* Chrysostomi

In Matth. Homil. 38. verba ista sunt. *Sicut de templo omne bonum progreditur: ita etiam de templo omne malum procedit. Hieronymi* vero hęc: *Veteres historias scrutans invenire non possum, aliquos alios scidisse Ecclesiam, & de domo Domini populos seduxisse, præter eos qui sacerdotes a Deo positi sunt, & Prophetæ, id est speculatores. Isti ergo vertuntur in laqueum tortuosum,*

Decret. *in omnibus locis ponentes scandalum.* A sœculorum igitur omnium experientiâ discedimus, si Ecclesię Anglicanę mala ab alio fonte, quàm ab ipsis sacerdotibus repetamus: qui cùm aut Hierarchici sint aut Reformatores, quos vulgus hominum, Puritanos appellat: inquirendum

Digitized by Google

quirendum deinceps est, in utrum horum sacerdotum genus culpa omnis cudenda sit.

2. Arbitrum se hic ingerit *Georgius Downamus*. *Certissimum est*, inquit, *Episcoporum contemptum si non omnis mali*, (quod *Chrysostomus* tamen in 2. Timoth. Homil. 2. affirmare videtur) *at ultro maximi mali tamen, inter nos causam esse*. Atqui inquam Episcopum Anglicanum *Chrysostomus* nunquam novit, alius tum Episcopatus, atq; nunc est; ut taceam, Episcopos nullos *Chrysostomi* sensu à nobis unquam contemptos fuisse. Fallaciam etenim accidentis committis: quum contemptus Episcoporũ *Chrysostomo* mali causa sit, non quâ illius superioritas in reliquos ministros ex verbo Dei impugnatur; sed quâ illi⁹ authoritas potiùs in gregem Domini, recta docens, unitatem colens, morum puritati invigilans, per homines impios & rebelles in contemptum adducitur. Ita *Sancti Chrysostomi* censura nullam nobis notam inurit, quorum (quem vocas) contemptus hodie Episcoporum, nihil revera aliud est, quam adhibitio medicinæ illius, illius collirij atque auri, id est reformationis in disciplina illius, quam ad curandum Ecclesię Anglicanę & morbum, & cęcitatem, & paupertatem ipse Spiritus sanctus & expeditissimam & efficacissimam esse dicit, Ap. 3. 18, Verè nos de *Anglia*, morbo Babylonico adhuc laborante contestari possumus, quod Ieremias de *Babylone* ipsâ olim. [*Curare voluimus Babilonem, sed ea noluit curari*:] Ier. 51. 9. ut quę ne morbum quidem suum agnoscat, imò ab eo agnoscendo tantum absit, ut de eis etiam conqueratur, quæ illius vulnera quoquomodo tangere prẹsumpserint. Audiat uerò qui aures habet, expeditam nostram ex *Hieronymo* defensionem: *Non indignentur nobis hæc exponentibus, sed Dominum deprecentur, ut studiosè agant, ne de sacerdotibus, qui violant sancta Domini, esse mereantur*. Ecqua etenim ulla nostra unquam culpa alia fuit quàm quòd exposuerimus quęnam illa Ecclesię politeia sit, quę in Verbo prẹscripta est: quamque fœda sanctorum Domini violatio illorũ sacerdotum sit, qui ab eâdem deflexerunt; Nulla quidem nos vulnera inflximus, sed inflicta ab Hierarchicis curare voluimus, sic ut mali totius causa (quod *Downamus* calumniatur) esse nequeamus, nisi fortè sanare, vulnerare sit. Quàm præpostere igitur in *Anglia* factũ, ubi de nulla reformatione aliusmodi cogitatur, nisi ut (loqui sic vulgus solet) ipsi reformatores extirpẽtur; siccine fieri debuit? Vrgẽti quodã reformationẽ *Sigismundo* Imperatori dictũ ab Episcopis fertur: *Incipiendũ esse à Minoritis*. Imò verò, respõdit *Sigism.* nõ à minoritis, sed à majoritis incipiẽdum poti⁹ est. Atqui in *Anglia* reformatores & pauci & minoritę sunt: quid si igitur in his esset, quod reformatione op⁹ haberet; dum Episc. maioritę nõ reformãtur, fõte ipso malorũ nõdũ curato, nunquã manare mala cessabunt. Vidit verò *Sigis.* sicut malum Eccle. nõ tã ab externis hostib⁹ quã internis, & inter hos, non tam á laïcis, quã à sacerdotibus promanare, ita inter sacerdotes, capita malorum eos esse,

In Epist. dedicat.

In Sophon. cap. 3.

qui caput & arcem rerum tenent. Quod tandem sœculum? quæ regio? ubi miserrimâ experientiâ hoc non testatum? Sic Canon: *Totum corpus incipit morbus invadere, si languor non fuerit curatus in capite.* Sic Concilium Toletanum. *Quia nequaquam recte subditos judicat, qui non seipsum prius iustitiæ censura castigat; expedibile nobis visum est ante nostris excessibus imponere modum, & sic errata corrigere subditorum.* *Durandus Miratensis* de Ecclesiæ reformatione scribens eam inchoandam a *Prælatis* Ecclesiæ dicit, *& ab ipsa Romana curia de quibus populus universus inficitur.* *Wenceslaus* miseriam sui sœculi deplorans, eam arcessit à capite: narrat etenim Ecclesiam in visione cuidam dixisse, *Ex his quæ vides in capite perpendere potes corruptelam & dolorem meum in reliquis membris.* Habetur hoc apud Dominum *Morneum*, qui etiam refert, *Roberto Gillo* in visione ostensum, unde miseria Ecclesiæ fluat, nempe ex capite acido & macilento, ac si ligneum esset. Apud eundem Luithpertus Archiepiscopus Moguntinus, *totius mali fontem ex eo petit, quod morbus in capite paulatim per membra deffundatur.* Sic Adrianus papa 6. *Dices nos ingenuè fateri, quod Deus hanc persecutionem Ecclesiæ suæ inferri permittit propter peccata hominũ, maxime sacerdotũ & Ecclesiæ prælatorũ. Clamant Scripturæ peccata populi derivari a peccatis sacerdotum, propteriaq; (aut ait Chrysostomus) Salvator noster curaturus infirmam civitatem Hierosolymam, ingressus est prius templum, ut peccata sacerdotum prius castigaret, instar boni medici, qui morbum à radice curat. Nec mirum si ægritudo à capite in membra, à summis Pontificibus in alios Prælatos inferiores descenderit. Qua in re quod ad nos attinet, polliceberis nos omnem operam adhibituros, ut primum Curia hæc, unde forte omne malum hoc processit, reformetur: ut sicut inde corruptio in omnes inferiores emanavit, ita etiam ab eadem sanitas & reformatio emanet.* *Quid igitur est? Clamant Scripturæ malum omne a summis sacerdotib⁹ esse.* Non audiunt Hierarchici? Dicit ratio, morbũ capitis, totum corpus pessundare, à pedibus ortum malum omne esse volunt Hierarchici. Testatur experientia omnium temporum suos Prælatos fontem totius mali esse, in *Anglia* contra accidisse, Hierarchici protestantur. Ingenuè fatetur vel Papa ipse, curiam suam totius mali causam esse: duriori fronte jam Hierarchici Anglicani sunt. Atne in abusus culpa omnis derivetur, audiatur Christus ipse judex: qui in corruptum *Angliæ* regimen culpam omnem transfert totius illius tepiditatis; quæ nisi citius emendetur, vindicé eum *Angliæ Angelus* expectaturus est, quem hucusq; per Puritanos (ut vocantur) & medicum benignum & benevolum admonitorem habuit, nec immerito: grassarentur etenim in *Anglia* tot mala intimaque Ecclesiæ viscera depascerent, si salutare Iesu Christi regimen, sicut in Ecclesiis reliquis, ibi obtinuisset? Atque hic defectus Anglicanæ reformationis quintus est, quòd ipse fons omnium malorum non reformetur.

Decret. p. 2. caus. 2. q. 7. c. 46.
Concil. 9. in præfat.
Titul. 32.

Histor. Papat. fol. 493
P. 426.
P. 162.
Instruct. ad Cheregat.

CAP.

CAP. 28.

Defectus in Anglia sextus & ultimus, quòd Hierarchici disciplinam reformatarum Ecclesiarum insectentur.

SExtus & ultimus in eo est, quòd Ecclesiarum reformatarum zelum in disciplinâ restituendâ, tantum abest, quòd Hierarchici imitentur, ut eum etiam acriter & amarulenter insectentur. Postquam exemplũ sui tẽporis Ecclesiarũ proposuisset *Tertullianus*, ita infert: *Quid observabimus? quid elegemus? Non possumus respuere consuetudinem quam damnare non possumus, utpote non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus scilicet communicamus jus pacis & nomen fraternitatis.* Sed quod non potuit *Tertullianus*, possunt jam nostri: licet Ecclesiarum reformatarum disciplinã damnare se non posse dicant, eam respuunt tamen, quasi extraneam, quanquam extraneorum non sit: illam interim observantes & eligentes quasi domesticam, quæ verè extraneorum est, quos & condemnant, & quibuscum jus nullum pacis (à disciplina si discesseris) nomenque fraternitatis colunt. Quid schisma ab Ecclesiis facere, si hoc non sit; imo quid hoc aliud quam a fratribus in hostium castra aperta luce transvolare? Absque hoc si fuisset: *quod tota per orbem frequentat Ecclesia*, inquit *Aug. hoc quin ita faciendum sit disputare, insolentissimæ insaniæ est*: id quod non citat solùm, verùm etiam approbat *Thomas Bilsonus*, Quid ni igitur, quod per totam Europam Ecclesiæ reformatæ faciunt, id Hierarchicos non facere, insolentiæ aut stultitiæ fuerit? At fallimini, respondent, aut alios fallitis, dum vel totas reformatas Ecclesias aut earum majorem partem, à vobis stare falsissimè iactitatis. *Richardus Bancroftus* postquam Ecclesias plurimas recensuisset, censuram *Martini* Iunioris nobis omnibus communem facit, quà dicit has Ecclesias mancas & imperfectas esse. Infert post, impugnationes nostras adæq; has Ecclesias impetere, ac ipsam *Angliam*: & ad postremum concludit, *nos nullam in toto Christiano orbe Ecclesiam reformatam, pro legitima Ecclesia agnoscere & amplecti, & cui (ni schismati presbyteriali forte faveat) nos submittere velimus.* At quomodo hæc coherent? nos has Ecclesias imperfectas dicere, & tamen legitimas Ecclesias negare? nam qui Ecclesias imperfectas dicit, eo ipso ecclesias legitimas agnoscit. Imperfectio, numnam *Bancrofto* terminus destruens Ecclesiam est? Non ita sane *Iohanni Whitgifto* visum, qui Anabaptismi *Cartwrightum* condemnat, quòd politeiam Ecclesiæ quoad generalem constitutionem, etiam in hac vita perfectam esse posse dixerat. Atqui utrumque, disciplina peræque ac doctrina ipsa ἐν δόξῃ perfecta esse potest (vt verè à *Cartwrighto* dictum) nunquam tamen à nostris quis perfectionem disciplinæ, vel in δόξῃ vel in πρα-ξα somniavit: ut injuriam eum fecisse putet, Ecclesiæ quamvis perfectissimæ

De virg. veland c. 2.

Epist. 118.

c. 13. p. 324

Exceptio adversariorum.

c. 28. p. 369

fectissimæ, qui eam imperfectam dicit: Nos quidem *Genevam* Ecclesiam omnium perfectissimam existimamus: veniam tamen petimus, ut eam in nonnullis ad disciplinā pertinentib⁹, imperfectā dicere liceat. Verùm ut *Genevam* à nobis stare affirmamus, quanquam in omnibus non satisfaciat: ita & Ecclesias reformatas reliquas etiam, quanquam plura in eis quùm in Ecclesia Genevensi desideremus. Atqui hoc modo & ab *Anglis* etiam illæ stabunt (inquit *Bancroftus*) cùm adæquè Ecclesiis hisce adversamini, ac ipsi *Angliæ*. Dico, nihil hoc potuisse falsiùs dici. Concordant Ecclesiæ istæ cum *Anglia*; aut verò nobis adversantur? Quidni inquit *G. Downamus*. ***Multò maior Ecclesiarum reformatarum pars, ab Episcopis & superintendentibus gubernatur, quàm a disciplina presbyteriali.* Iterum, ‡ *Sicut in numero doctorum hominum inferiores non sumus: ita in Ecclesiarum modernarum multitudine, quæ seniores laicos non admittunt, sumus multo superiores.* Rursus. *Vt de Ecclesiis Europeis tantū loquamur, annon in aperto est, multo earum maiorem partem ab Episcopis gubernari, & qui cum Episcopis iidem sunt, a superintedentibus?* His ut distinctè respondeatur, dico *Downamum* fœdissimè in duobus lapsum fuisse: Primo, quòd superintendentes, Seniores & disciplinam presbyterialem excludere asserat: Secundò, quòd eandem superintendētis authoritatem esse somniet cum ea quæ hodie Episcoporum in *Anglia* est. A superintendentibus Ecclesiæ quæ gubernantur, eæ (inquit) *Downamus*) seniores non admittunt, neque disciplinā presbyteriali regi solent: quanquā istarum Ecclesiarum ocularis inspectio, quam hoc sit falsum ad oculum monstret: nonnulla tamen afferenda sunt ex doctorum hominum scriptis, ut discat lector conscientiæ Dovvnamianæ non temerè fidere.

* lib. I p. 4. respons. ad præfat.
* lib. I c. II p. 238.
p. 148, 149

2 Primò igitur, eo ipso in loco, qui postremus citatur, Comitatum Palatinatus presbyteriali disciplina gubernari concedit: quanquam eam sub minoritate principis introductam ex *Bancrofto* asserat: p. 149. At nulla huic labes disciplinæ magis quàm ipsi doctrinæ accrescit: uno enim eodemque tempore obtentæ utræque sunt, quo tempore regio Palatinensis a fermento Lutheranico purgata fuit. Quæro autem, nunnam ignotum tibi Dovvname, in comitatu Palatinatus, Superintendentem præesse talem, qualis in Ecclesiis reliquis Germanicis jam hodie visitur? Certè qui superintendentes *Germaniæ* reliquos paritati Belgicæ objicit, *Cornelius Scultingius*, ac si veri Episcopi essent, is & Palatinensem non solùm speciatim nominat sed etiam in eo speciatim instat, velut paritatis illius quæ in *Belgiis* est, præcipuò subversore. Neque vero inter istum reliquosque *Germaniæ* Superintendentes, differentia ulla est, idem munus, eadem authoritas, præsidentia in singulis eadem est. Insto speciatim in Comitatu *Hannoviæ*, quem a Comitatu Palatinensi, quod ad disciplinam presbyterialem, qua tandem fide, quo fundamento, aut *Bancroftus* aut *Downamus* separavit; *Comitatus Hanoviæ*, inquiunt,

Anacrys. Hierarch. lib. 2. p. 57. & l. 11. p. 157

Digitized by Google

inquiunt. *a superintendente regitur, non a disciplina presbyteriali*: Quòd a *Balione* quodam dictum fuisse, aliter exciperem: nunc hoc tantùm respondeo, ipsimet oculi mei contrarium edocuerunt. Non est opus Ecclesias reliquas protestantes percurrere: ex hac una quivis discere omnes poterit. At superintendens Lutheranicus forte Seniores excludit. Ne id quidem: id quod ex *Iohanne Bridgesio* patet, *Herbrandum* Lutheranum citante, qui postquam superintendentem Tubingensem descripsit, ita infert de presbyterio. *Hinc alij solerti & electi viri, tam Ecclesiastici, quam politici, additi, supremum Ecclesiæ senatum constituunt.* Accedo ad *Richardum Bancrofium*, qui idem ipsum ex *Zanchio* docet. Postquam etenim *Zanchium* induxisset, p. 137 superintendentes Germanicos approbantem; pagina sequenti. 138. confitetur, quòd utrumque Episcopos & superintendentes *Zanchius* approbet, requirat tamen sub eisdem presbyterium, disciplinamque presbyterialem eousque unà approbat, ut idem cum *Zanchio* se sentire *Beza* dicere non vereatur. Idipsum denique docet *Saravia* in Ecclesia peregrina *Londini* agente, temporibus *Edvardi* Regis sexti. Habuit illa Ecclesia Episcopū inquit, id est Dominum *Alasco*: rectè superintendentem eam habuisse dicit *Zepperus*: quod adnotare diligenter lectorem suum *Scultingius* jubet. Sed quorsum? Id enim & nos etiā adnotari diligenter cupimus: ut perspiciatur non domestico quidē experimento caruisse *Downamum*, cum Germanico superintendenti bene stare posse, ex senioribus conflatum presbyterium. Neq; ego plura addam: nemini vel lippo & tonsori, in his oris ignotum est, superintendentes Germanicos disciplinæ presbyteriali non obesse, sed præesse: tantumque abesse quòd eidem adversentur, ut potius ejusdem maxime soliciti custodes sint. Li. 5. p. 409. De Polit. lib. 2. c. 10. Lib. 2. col. 57.

3 Atq; ex hoc vel solo patefit *Georgij Downami* commentum secundum: nam cum Superintendens Germanicus non alius quam inspector & preses sit, atque ut *Zepperus* docet presbyterio subjiciatur, sequitur omnino non eundem eum cum Anglicano Episcopo esse, neq; parilē authoritatē in ministros exercere. Quā igitur *Downamus* vanus, cum Superintendentem & Episcopum Anglicanum idem esse diceret? quam *Bancroftus* ineptus, cum *Zanchium* Episcopum Anglicanum approbasse assereret, cui Episcopus nullus alius placet, quam qualis Superintendens est, ordinis tantum conservandi causa præsidens? quam denique frivolus *Hadrianus Saravia*; *Nonnulli* inquit *retenta re mutarunt nomina: & pro Episcopis crearunt Superintendentes, & pro Archiepiscopis, generales aut provinciales Superintendentes: quasi de nominibus non autem de ipsa re, iusta sit controversia? vocabulorum cum arbitraria sit significatio, quando de re constat, inanis est de illis digladiatio*. Quo spiritu ista? annon papistico? Eadem etenim *Cornelij Scultingij* verba sunt. *Lutherani* (inquit) *retenta re nomina mutarunt, & pro Episcopis crearunt Superintendentes, & pro Archiepiscopis Generales sive Provinciales Superintendentes, quasi solùm de nominibus* Lib. 2. c. 20 p. 324. In prolog.

Lib. 10. p. 65. *bus non de re ipsa fieret controversia. Inanis est λογομαχία quando de re constat.* Aut igitur in eadem verba uterque incidit, aut hæc ex *Saravia* transcripsit *Scultingius*, quod omnino improbabile non est: nam tela *Scultingio* subministrasse *Hadrianum Saraviam*, vel ex eo liquet, qnod ad librum *Hadriani Saraviæ*, tanquam Hierarchiæ papisticæ egregiè patrocinantem, nos alibi *Cornelius Scultingius* remittit. Advertendum vero est, in ista papistis velificatione suâ, non suis solùm, verumetiam sibimetipsi *Hadrianum Saraviam* contradixisse: cum non nomine tantùm, verum & reipsa etiam, ab Episcopo Anglicano discrepare Superintendentem ipse alibi confiteatur. Sic enim scribit: *De Germanicarum Ecclesiarum superintendentibus nihil dicam: ex eorum libris peti potest quæ sit apud Germanos Ecclesiæ regendæ ratio: Forma autem regiminis Anglicanæ Ecclesiæ in aliquibus ab illa discrepat.* Quid dicis verò? in aliquibus discrepat; Ergo non nomina tantum, re retenta mutata sunt: sed non nomine tantum à superintendente Episcopus Anglicanus differt, sed etiam re, imo rebus: non enim dicis in aliquo, sed *in aliquibus*. At hæ res aliquæ forte leviusculæ sunt: imo ipsi essentiæ authoritatis Episcopalis institæ atque infixæ, id quod vel ex hoc ipso loco colligere promptum est. Contemplare etenim Anglicanum Episcopum prout à *Sarauia* ipso hic describitur, non ordinis gratia, sed ipso gradu, non directionis ergo sed authoritatis imperio in reliquos ministros dominantem: & ausim juraturum te, hujusmodi Episcopus in oris transmarinis sicubi reperiatur, impunè a quoquam eum occidi posse. Atque ad hunc *Germaniæ* superintendentem pertinent quę alibi de inspectore *Saravia* adfert: cum superintendens iste communiter inspector dicitur, ut a *Guilielmo Zeppero* accepimus, & ad ipsum *Germaniæ* superintendentem ipse respexisse videtur: quis etenim alius quæso inspector nominari aut solet aut debet? quod si verò huc non respexerit, eo pro nobis quę adfert omnia fortiùs faciunt: quādoquidem nullū ille aliū ex exemplo *Timothei* & *Titi* Episcopū elicere & effingere potuerit, quam qui inspector sit, qualis jam Germanicus superintendens est, quem ab episcopo Anglicano in tribus rebus essentialibus differre dicimus. Primò, inspector iste ordine & gradu a reliquis Verbi ministris non differt, ut differt Episcopus Anglicanus. Secundò, imperium & authoritatem nullam in collegas habet, ut habet Episcopus Anglicanus. Sextò, Inspector pro tempore synodus congregatæ duntaxat præsidet, extra synodum nullam prærogativam exercet, vt exercet Episcopus Anglicanus. Ad hæc singula respondere *Saravia* nititur: Sed quàm friuole! Quod ad primum hoc tantum dicit: *Gradum nonnihil quiescere sinam.* Siccine tu in Scholis *Saravia*, quiescendo respondere didicisti? sed benè se habet, quamdiu discrimen hoc in gradu positum quiescere sinis, discrimini ipsi acquiescis, ut & acquiescere necesse est. Episcopum etenim à presbytero ordine & gradu ipso differre disertè *Bilsonus* & *Dow-*

Margin notes: Lib. 11. p. 157. — Cont. Bez. c. 24. p. 298 — Cont. Bez. c. 16. p. 166 — Cont. Bez. c. 16 p. 166

Dominus tuentur: quum Inspector Germanicus ordine & gradu reliquis ministris superior non sit, id quod & *Cornelius* ipse *Scultingius* agnoscere uidetur, qui tamen ex inspectore isto Episcopum Hierarchicum efformare ubique conatur. Sic enim habet. *Nono, tametsi* Lib. 5. fol. 14.
Lutherani omnes & Calviniani etiam quidam, ut Zepperus pastor Herbornensis & alii, Superintendentes constituant: tamen isti adeo inter se dissident, ut nemo alteri velit cedere. Decimo, inter Episcopum & sacerdotẽ nihil omnino statuunt discriminis. Quod ad secundũ, authoritatẽ scilicet in reliquos ministros Episcopum Anglicanum habere, Inspectorem Germanicum non item: hoc tantùm Hadrianus Saravia *regerit. At nihil sine concilio & concensu collegarum inspector agit: similiter nec Episcopus nec Archiepiscopus, quicquam sine legum iurisque prescripto possunt. Quasi, inquam, Monarcha quicquam sine legum jurisq́ praescripto agere possit: qui tamen authoritate propria absque consensu subditorum agit; Atque sane Episcopi Anglicani etsi ex legum iurisque præscripto omnia agunt, ista tamen monarcharum more agunt: quod inspector nec agere solet nec debet, qui legum iurisque præscriptum non ulla authoritate sua, sed majori parte suffragiorum, in presbyterio administrat & moderatur. Hoc ex* Guilielmo Zeppero *liquet:*
qui non obstante Superintendentis præsidentia nullum tamen ministrorum Lib. 2. c. 10
altero maiorem authoritate, vel in verbi & Sacramentorum ministerio, p. 322,
inque disciplinæ Ecclesiasticæ usu, obtinere dicit. Addit etiam de ipso Super- p. 324.
intendente, quòd in disciplinæ ipsius ratione aliis subjectus sit: quod illius præsidentiæ hoc tantùm munus sit, quòd Ecclesiæ suæ classi operam suam plus aliis ministris omnibus impendere teneatur: quod causas difficiliores ad Consistorij ligitimam cognitionem & dijudicationem devolvere debeat:
quod deniq́ ministri & seniores earũ Ecclesiarũ quib⁹ præest, de eo statuere, p. 327.
de eo judicare, eum punire, imo etiam quemadmodum eligebant primum, ita p. 329.
etiam deponere & destituere possint. Idipsum de Lutheranis Superintendentibus dicendum est: Seniores enim agnoscit Nicolaus Himingius: *ita Epis-* In Roman.
copo atque Superintendenti suo, nihil aliud relinquit, nisi illam in consisto- 12.
rio, quam nuper descripsimus præsidentiam: id quod etiam ex ipsius verbis liquet, quæ citantur à Bridgesio, *ad authoritatem Episcopalem Anglicanam*
confirmandam. Ita enim inter cætera habet. Qui labore & donis reliquos Lib. 5. p.
antecedit, is ab Ecclesia præfertur: non ut domininum super cæteros exerceat 409.
sed ut alios regat sapientiâ & consilio. In testimonio vero Herbrandi *ab*
eodem citato, apparet istud adhuc luculentius: diserta etenim verba Her- Ibid.
brandi *allegat, in quibus dicit, Superintendentem, nullam in cæteros potestatem habere.*

Accedo ad discrimen tertium, ad quod respondens *Hadrianus Saravia*, ita loquitur: *At inspector redibit postea ad suam particularem Ecclesiam: præstaret in vigilia mansisse, quam semel susceperat,* Hìc discrimen ipsum agnoscis, ut quod te nulla fronte negare potuisse videras: Inspector *Germanicus* particularis alicujus duntaxat Ecclesiæ pastor est, Episcopus vero *Anglicanus* totius diœceseos pastor habetur, particularis verò gregis curam nullam gerit: Hoc tu præfers quidem

dem, quam prudenter suo loco videbitur: nos interim ab Inspectore ad Episcopum, insulsè arguisse te ex tuis ipsius verbis evicimus. Verumenimvero in hoc tertio discrimine residuū adhuc quiddā est, in quo diutius inhærendum: istud nempe, quod quanquam præses Synodorum & classium inspector Germanus perpetuus sit: jus tamē ipsius cesset cessante Synodo, sic ut extra classem atq; synodum nihil omnino à reliquis differat, ut qui ad Ecclesiam suam illorum more redeat: Hoc ita cum sit, quàm exiguum quæso intervallum inter Ecclesias eas *Belgiæ*, quæ superintendentes reliquunt, & superioris *Germaniæ* Ecclesias illas quæ superintendentes habent? Tantosne clamores Scultingianos meretur seperatio tam tenui discreta freto? Nulla etenim major superintendentis, quàm præsidis *Belgici* authoritas est, imò neque perpetuitas authoritatis omnimodo major: cessat etenim jus inspectoris cessante synodo, quemadmodum & in præside *Belgico* sit: in hoc tantùm discrimen est, in Ecclesijs *Belgicis* novus semper eligitur, in superiori verò *Germania*, idem semper ad solitam sibi præsidentiam redit: Tantine hoc est, ut propterea *Scul-*
Lib. 1. p. 14 *tingius* Lutheranos & Calvinianos superintendentales distinguendo à *Belgicis*, hos planè ἀκιφάλους diceret, illos non item: Habent siquidem *Belgici* ejusdem authoritatis Caput, licet de novo electum: quod *Lutherani* & *Calviniani* superintendentes habent.

4. Huc usque ad generalem de Ecclesiis superintendentalib⁹ objectionem responsum est: sequitur jam specialis enumeratio Ecclesiarū quę velut adversæ nobis citari solent. Hic ita se *Bancrof.* & *Downa.*
Surv. p. 382 gerunt, ac si (ut ille Atheniensis) in pyreo starent, navesq; quas vident, si non omnes, saltem plurimas suas esse prædicarent. Catalogum enim bene longum conficiunt, Ecclesiasq; recensent, quasi suas, in *Dania*, in *Suevia*, in *Saxonia*, in ducatu *Brunsvicensi*, *Lunaburgensi Magdaburgensi*, *Wirtenburgensi*: in Marchionatu *Brandeburgensi*, *Badensi*: in Comitatu *Hennebergensi*, *Zwartzenbergensi*, *Lemingensi*, *Atingensi*, *Mansfeildensi*, *Stalbergensi*, *Glichensi*, *Rheinstenensi*, *Leonstinensi*: in Baronatu *Limpurgensi*, *Schemburgensi*, *Weildenfeldensi*: in civitatibus denique liberis 34. vel 35. cum sibi adjunctis teritoriis. Hinc inquis, exhaustam totam mappam credo: noli tamen expavescas. *M. Cicero.* cum aliquandò dixisset *Scaman-*
Orat. pro Cluent. *drum* probaturi esse patrono, responsum sibi memorat: *At patronus ipse cui probatus?* Idem hic mihi respondere promptum: multas Ecclesias recenset *Downamus*, & eas patronos suos esse dicit. Falsum hoc quidem has Ecclesias *Angli o* regimini Hierarchico patrocinari, sicut ante ostensum est: sed detur illud probari hisce patronis, patroni hi quæso ipsi quibusnam tandem probantur? Neque enim hæ Ecclesiæ reformatæ sunt, sed pleræque saltem, deformatæ, *Lutheranæ* scil. non tam re quam nomine viventes: sicut earum judex pronuntiat in earum typo Sardicensi. *Nomen habes quòd vivas, sed mortua es*: Apoca, 3, 1. Hoc ita cum sit, næ ille à mor-

tuis

tuis consilium capturus est, qui ex illis disciplinam mutandam putat: quarum etiam pleræque disciplinam nullam omnino habent. Videre id licet in Ecclesijs *Bremensibus*, qui à fæce *Lutherana* non ita adhuc emerserunt, ut vel excommunicationem, vel morum censuram ullam exercuerint. Scribere quidem de excommunicatione *Lutherani* jam pridem inceperunt: sed hi unà presbyterium vbi deest erigendum etiam censent.

Ita in Ecclesiis *Lutheranis* venditandis peccarunt adversarij: venio jam ad illas *Helveticas*, quæ *Lutheranis* in eo cognatæ sunt, quòd excommunicationis usum omnem repudiarunt. In *Zuricensi* & *Helveticis* aliis disciplinam nostram presbyterialem minimè stabilitam esse jactat *Downamus*. Quid, vestra rogo in eis stabilita est? Non id quidem audent dicere, licet multùm *Bancroftus* suo more ausus sit. Invehitur is in nostrum quendam, quòd Ecclesias *Zuaricenses*, *Bernenses*, *Schaffusianas*, *S. Galli*, *Rhethienses*, *Millianenses*, *Bieunenses*, *Hungaricas*, denique & *Polanicas* Ecclesias disciplinam nostram presbyterialem approbasse dixerat, in suâ ad confessionem Helveticam secundam subscriptione. *Nihil*, inquit *in illa confessione de disciplina Genevensi habetur: quod dicitur de disciplina a viris probis & prudentibus administranda, id de ministris tantum intelligitur: quod ex eo liquet, quod in nullis Helveticis Ecclesiis disciplina Genevensis ad hunc usque diem recipiatur.* Primò nullam excommunicationem morum vel censuram has Ecclesias exercere confiteris: quanquam igitur in doctrina Ecclesiis Lutheranis præstent, in disciplina tamen non magis quàm illæ imitandæ nobis sunt. Secundò Anglicanum hæ Ecclesię regimen jugulant, non enim à viro uno, Episcopo scil. sed à viris probis, & prudentibus, disciplinam administrari volunt. Tertio, quòd hi viris probi & prudentes, ministri tantum sint, id nulla quidem fronte dicitur: nam *Schaffusianam* per senatum politicorum duntaxat regi & gubernari *Iosias Simlerus* docet: & in *Tugurina*, ministros eligi a viris partim Ecclesiasticis, partim politicis. vel tute alibi confiteris. Quarto, quòd Ecclesiam *Helveticam* nullam disciplinam *Genevensem* ad hunc usque diem recepisse dicis, id mihi mirandum potius videtur, quàm confutandum. Certè Ecclesias Helveticas nonnullas, non solum *Genevensibus*, verum & Puritanis in *Anglia* etiam associat *Cornelius Scultingius*: Sic enim habet? *Verum hodie nostrorum hereticorum saltem Calvinistarum Genevensium & Helveticorum quibus tenaciter adhærent puritani in Anglia singularis error est, quod Episcopi vel superintendentis, vel pastoris quem vocat, nullus gradus est permanens seu fixus a presbyteri officio distinctus, sed mutabilis tantum & temporarius.* Ita in ipso controversię totius capite, Hierarchica nempe Episcopi unius jurisdictione, nonnullæ saltem *Helveticæ* Ecclesiæ nobiscum sentiunt.

Lib. 4. c. 7. p. 149.

Survey c. 23. p. 361.

Lib 10. c. 3. p. 76.

5. Quod ad reliqua, memini de *Farello*, & *Vireto*, *Richardum Bancroftum* pronunciasse, *per aliquod tempus eos Genevæ simplici quadam* Lib. 2. p. 17 18.

dam

Digitized by Google

dam Ecclesiastica gubernatione contentos fuisse, quia meliorem, magistratu obnitente, adipisci non potuerunt. Fieri potest iu *Helveticis* Ecclesijs nonnullis idem accidisse, sic ut difficultates similes adhuc superare nequeant: quod si ita sit, non tam voluntati earum defectus, quàm necessitati deputandus est. *Imo vero* (inquit *Bancroftus* & *Downamus*) *hoc de defectu Anglicani regiminis in Ecclesijs reformatis dicendum est: vellent illæ ad regimen nostrum propius accedere, sed iniquitate rerum & temporum impediuntur.* Probat primò ex confessione *Augustana*, cui *Calvinus* ipse interfuit, ubi protestantur Ecclesiæ; se necessitate adactas esse, ut Episcopos (tùm Papistas) removerent: quòd eis in Ecclesia obtinentib⁹, spes nulla reformationis superesset. Atq; hoc eventu declararunt: quamprimùm enim facultas illis concessa est, nominibus alijs superintendentium, Episcopos & Archiepiscopos restituerant. Respondeo, hunc euentum declarare non illos Episcopos Anglicanos voluisse nunquam, sed superintendentes Germanicos tantùm, quos toto cœlo à nostris distare, jam ante demonstravimus. Succedit Ecclesia Genevensis particularis, *ubi status reipublicæ democraticus*, inquit Dovvnamus, *iurisdictionem Episcopalem non permittebat: Calvinus etenim presbyterium ministrorum stabilire in animo habuit, sed Democraticus civitatis status eorum loco seniores laicos requirebat.* Beza *etiam cuidam mihi noto dixit, sibi plurimum placuisse, si in restauratione Evangelii, Episcoporum authoritas intacta remansisset.* Atqui *Beza* in vita *Calvini*, cum de *Calvino*, tum de seipso contrarium prorsus tradit: sic ut hæ fabulæ eodem mihi loco sint, cum illa *Bancrofti*, quâ scribit *Bezam*, in inclinante vitâ, Archiepiscopum se fieri concupivisse: & *Scultingii* illa, quà dicit *Calvinum* Episcopi Primatum ambivisse, quem cum assequi non potuerat, graviter de repulsu apud suum *Farellum* & *Viretum* conquestum fuisse: cum illo denique cujusdam Scoti, qui *Ioannem Knoxum* conciones plurimas eò destinasse dicit, ut in Regem Scotiæ elegeretur. Sequitur Ecclesia Gallica, de qua refert *Downamus* sibi à fide dignis hominibus narratum fuisse, doctissimos in Gallijs, ad Episcopalem jurisdictionem recipiendam pronos & paratos esse, si modò illud *Galliæ* status non præpediret. Atqui de hujùsmodi fama sic Tertullianus. *Nemo sapiens credit incerto* presertim cum certo constet, confessionem Gallicanam, idcirco disciplinam presbyterialem recepisse, quòd eam à Christo mãdatam & institutam esse crederet, sicut suprà demonstravimus, & eorum nupera scripta (ut in *Daniele Tileno* videre est) contestantur. Agmen claudunt Ecclesiæ Belgicæ, quarum necessitate utitur *Downamus*, tum ad nos incusandos, tum ad seipsum excusandum. Nos incusat ita. *In his Ecclesijs ubi orthodoxi Episcopi obtineri non potuerunt, presbyteria prudenter erecta & stabilita sunt: sed inconsiderate a Novatoribus Ecclesiæ nostræ obtruduntur, ubi Episcopi Evangelium sincere profitentes collocati sunt.* Seipsum verò ita excusat. *Quanquam regimen Episcopale Apostolica institutio sit, & forma politeiæ optima, non dubitamus tamen,*

Margin notes: Serv. p. 110 111. Defen. l. 4. c. 7. p. 151. & 164. & 65 — P. 166. — C. 8. p. 139 140. — Lib. 10. c. 20. p. 71. — Lib. 4. c. 7. P. 166. — P. 145.

ubi ea obtineri non potest, quin alia admitti possit, neque negamus quin argentum bonum sit, licet aurum melius: quod eo dico, ut earum Ecclesiarum existimatio sarta tecta conservetur, in quib⁹ disciplina presbyterialis recepta est. Sed vacillat *Downamus* in vtrisque, cum & nobis necessitas immineat eam in *Anglia* disciplinam vrgere, quæ a Christo instituta est: Ecclesiarum vero *Belgicarum* necessitas sit nulla, quin Episcopalem iurisdictionem recipere possunt, si eam à Christo institutam crederent. Verùm à Christo institutam illi non credunt, sed sicut ante ostensum est, presbyterialem quam exercent disciplinam, illam ipsam esse sciunt quæ in verbo mandata est. Scribit ad ministros *Belgicos Hadrianus Saravia*: ille verò voluntarium illis errorem objicit: nec immerito, si modo regimen Episcopale Apostoli ipsi instituissent: Certùm etenim *Saraviæ* est exactam disciplinæ formam in Evangelio & exaratam & mandatã esse: sic ut hæc aurum, contraria argentum esse nequeat (quod satis ineptè à *Downamo* dictum) sed aut *Anglicana* aut *Belgica*, fænum & stipula ut sit necesse est. Iam fænum & stipulam ædificare *Belgicos*, necessitas quæso excusabit? Audiatur *Tertullianus*. *Nulla necessitas excusat quæ potest non esse necessitas: dicam, nos omnes Deus ita voluit esse dispositos, ut ubique sanctiones ejus obeundi sit disciplina.* Atque ut *Belgicos* necessitatem non excusare dicit *Tertullianus*; sic necessitatem disciplinæ obeundæ inter reliquas Dei sanctiones nos excusare dicit alibi: quanquam adversus Dominos Episcopos per leges *Angliæ* stabilitos (quod objicit *Downamus*) eam urgeamus: Respondere etenim cum illo possumus jure optimo, *Cum ad omnia occurrit veritas nostra, postremo legum adstruitur authoritas adversus eam, ut aut nihil dicatur retractandum esse post leges, aut ingratis necessitas obsequij præferatur veritati.* Atque huc usque adversus exceptionem adversariorum primam: Ecclesias nempe reformatas, aut à nobis non stare, aut si à partibus nostris sint, id necessitate fieri.

Exhortat. ad Castitat. c. 3

Apolog. c. 4.

CAP. 29

Exceptio aduersariorum secunda, quòd Anglia non tenetur Ecclesias reformatas imitari.

SEquitur, adversus trãsmarinæ reformationis in disciplina imitationé, exceptio secunda: quâ vinculo *Angliã* teneri nullo dicitur, ut Ecclesias reformatas imitetur: etsi detur politeiam Anglicanã eis minimè probatam esse. Ita Io. Whitgiftus, *Anglia non tenetur ad exemplum vel Galliæ vel Scotiæ: utinam utræque (si ita Deo placeret) quod ad religionem attinet, eo statu & conditione essent, quo Anglia est.* Ita I. Bridgesius: *Legibus vivitur, non exemplis: nos exemplo primitivæ Ecclesiæ non tenemur, nedum earum reformatarum, quæ primitivam sequuntur.* Ne in singulis immorer; ita sententiam Hierarchicorum Thomas Brightmanus succinctè ponit: *Non videmus, cur Ecclesiæ*

P. 704.

In Apoc. & 100.

clesiæ reformatæ nostram potius in regimine formam imitari non debeant, quàm nos illas, cum nulla re illis simus inferiores. Quanquam non ad plenum eorum sententiam his verbis *Brightmanus* complexus est: addendum etenim eos non *Angliam* solummodo præferre reliquis reformatis solere, sed & ita præferre etiam, ut præ ea cæteras omnes tantùm non condemnare præsument, quanquam id dissimulent strenuè & contrarium præ se ferant. Dum etenim *Georgius Downamus* reformationem presbyterialem, labis Aerianæ ream facit, quam hæreticam esse & verbo Dei cõtrariam dicit: nonne Ecclesias reformatas quasi hæreticas eo ipso condemnat, & in verbum Dei rebelles? Habet Gui. Whitakerus, *Quod si ab Episcopo presbyteri, tum nullam jurisdictionem habent presbyteri in Ecclesiis reformatis.* Quid ad hæc *Downamus.* Certè quod respondere solidè possit nihil habet, unde alicubi Ecclesias reformatas, suas res sibi habere jubet, Sic enim loquitur. *Necessitate excusentur reformatæ Ecclesiæ, quod earum ministri ab Episcopo non vocentur & ordinentur: quod si minus arrideat, ego causæ meæ prejudicare nolo, se ipsis Ecclesiæ reformatæ defendant.* Absit autem, ut aut gloriationem *Angliæ* istam bonam ego dicerem: aut reformatarum Ecclesiarum vel condemnationem istam, vel desertionem saltem, non magnopere condemnandam.

Lib. 3. p. 26

397.

L. 3. p. 108 109.

Primo etenim in Laodicea *Angliæ* τύπῳ, hoc diserte condemnatur, quòd se nullis indigentem putet: sicut hic fit, cum nullius Ecclesiæ imitatione se opus habere prædicat.

Secundo, in *Philadelphia* Ecclesiarum reformatarum τύπῳ, reprehenditur nihil, sed commendantur omnia, inter cætera, disciplina, quæ per clavem *Dauidis* insinuatur. Ap. 3, 7. cum in *Anglia* ex adverso qua *Laodiceæ* ἀντίτυπος est propter corruptam disciplinam, reprehendantur omnia nulla laudis mentione facta, nisi quòd in doctrina, Christus se ibi *fidelem testem & veracem* exhibuerit. Tertio, cum ad septimi Angeli clanorem reformatur *Anglia* Apoc. 11. 15. in ea animalium mentio nulla reperitur; præter morem hoc sit: in Ecclesiis etenim bene institutis aliis cap. 4. 9. & 5. 8. & 7. 11, imò in Ecclesiis reformatis ipsis de quibus agimus, cum de earum reformatione agitur, animalia suis nominibus inducuntur velut in cælo c. 14. 3. & 19. 4. Quæro igitur in reformatione Anglicana cur non nominantur, sed viginti quatuor seniores duntaxat, qui sanctum fidelium cœtum repræsentant? An quia gerunt animalia typum ministrorum eorum, qui Deo probantur? nostri autem Anglicani a divino instituto adeò aberrāt, ut cõsultò fugerit spiritus sanctus, animalium nomen eis tribuere? quicquid sit, defectus certè hic aliquis in Ecclesia Anglicanâ insinuari videtur, quæ in Ecclesiis reformatis cæteris non reperitur.

4 Quattrò, observetur progressus reformationis quem Spiritus ipse suggerit. Citharœdorum vox quæ habetur Ap. 14: 2. mulieris est jamjamque quidem egressuræ ex solitudine, sed adhuc tamen non-

dum

dum egressæ: ponens ante oculos restitutionem illam quæ à tempore *Wiclephi*, ad tempora *Lutheri* & paulò ultra decurrebat: quando confessio *Augustana, Argentoratensis, Bohemica, Helvetica, Saxonica*, *Carolo* quinto adhuc vivo suavē concentum & harmoniam instar vocis citharædorum personabat, Citharædorum vero vox illa quæ habetur, Apoc. 15.12. & cytharas habet Dei id est præstantissimas, & in bestiam victoriam apertam celebrat, idque ad instar Israelitarum ad mare rubrum, postquam *Carolus* quintus mortuus, Papaque jam ex bona parte velut alter *Pharaoh* debelatus erat. Significat autem citharædorum vox hæc confessiones illas, quæ post annum. 1558. editæ sunt: confirmationesque illas quæ in *Anglia*, *Scotia*, *Gallia*, aliisque regionibus circa id tempus contigerunt. Quandoquidem autem mare doctrinam significat c. 4, 6. ignis vero contentiones Luc. 12. 49. mare vero vitreum ad quod hæ Ecclesiæ reformatæ stant, mistum sit igni Ap. 15. 2. significatur apertè earum Doctrinam respectu gratiæ à Christo partæ pellucidam, partim hæresi Lutheranorum partim disciplina Hierarchicorum, velut igne incendiario, & decoloratam & dedecoratam fore. Neq; mireris Hierarchicum in *Anglia* regimen hic ignem esse: cum Hierarchiæ erectio in Ecclesia prima mons ardens igne appelletur c. 8, 8. videat ergo *Anglia* de suo regimine Episcopali, cessetque erynnis illa, quæ tanquam elephantes efferatos Episcopos, ad suos conterendos extimulat: idque ad ipsum quasi mare rubrum: *Pharaone* Papa nondum penitus, aut submerso aut extincto. Extinguatur hic ignis, mare nostrum purum reddatur: cogitetur denique schismati ab Episcopis excitato, ascribi hic a Spiritu sancto, igneam contentionem illam, quæ per media *Angliæ* viscera jam debachatur.

2 Quinto, Angelus Ecclesiarum reformatarum stat in sole Ap. 19, 17. utpote filius genuinus primitivæ Ecclesiæ, mulieris scilicet amictę sole Apoc. 12, 1. cum incolæ Ecclesiarum minime ad plenum reformatarũ, *Lutheranarũ* puta, & *Anglicarũ* non nisi in medio cælo volent, ut qui duntaxat ex parte media reformentur, Ap. 19. 17.

Sexto, Ecclesiæ reformatæ sicut mons decoris, mons deliciarum Christi. Apoc. 16: 16. collisque pretiosorum fructuum, de quo *Brightmanus* consulendus. P. 638.

Septimo, Ecclesiarum typus Ecclesia *Philadelphiensis* est: ea vero coronam suam tenere jubetur: Apoc, 3. 11. quod igitur *Ieremiæ* olim dictum, hic locum habet. c. 15, 19. *Revertantur* aliæ Ecclesiæ *adte, tu autem ad eas ne revertaris.*

Octavo, Ecclesiæ reformatæ, Genevensis inprimis, in Christo ante *Angliam* fuerunt, qui honor apud *Paulum* exiguus non est. A *vobis verbum Domini venit*, 1. Thes. 1, 8, *Num a vobis verbum Dei processit?* 1. Cor. 14. 36. Matrices Ecclesias quasi Metropolitanas, reliquas regere *Dominum* vult: certè matrices ecclesias honore prosequendas esse omnes consentiunt: quidni igitur quasi matres imitandas

tandas censeret *Anglia*, quibus Evangelium Christi, verbumque Dei acceptum refert: Num pudebit matris suæ dives *Laodicea*, quòd paupercula sit? At cogitet secum haud minùs à turrita *Pergamo* (Roma scilicet) quòd ad externa, superari sese: quàm ab illa *Philadelphia* superatur. Quòd si auté regerant, *Galliam* & *Belgiam*, post Ecclesiam Anglicanã ad fidé accessisse: cogitét *Corinthijs* à Paulo imitandas non solùm Ecclesias eas proponi, a quibus verbum Dei primo profluxit, verùm & eas etiam ad quas pervenit: 1. Cor. 14. 29. sicuti doctissimus *Reynoldus* noster observavit. Quid quòd de hic verè dici illud Christi possit, *multi primi, erunt qui erant ultimi*, Matth. 20. 16. non eâ obstãte quam *Bridgesius* objicit, externa afflictione, quam in quæstionibus veritatis in quæstionem vocandam non esse, monet *Salomon*: Cantic. 1. 5. *Nolite me aspicere, quòd nigra sim*.

Cens. Apocryph. Tom. 2. Prælect. 34.

Nono, Ecclesias in eo quod bonum est imitandas esse concedit *Whitgiftus*: jam verò in causa disciplinæ, contestari illæ possunt adversùs corruptum in *Anglia* regimen, quòd *Abijah* olim adversùs illud Ieroboanicum 2 Chron. 13. 9. *Annon sacerdotes Domini pepulistis, & sacerdotes constituistis; similes sacerdotibus nationum aliarum? Sed nos ad Dominum pertinemus, Dominique Dei nostri vigiliam observamus: Apud nos sacerdotes filij Aaronis Domino Deo nostro ministrant, & Levitæ iuxta vices suas*. Objicit *Bellarminus* nullam apud nos finiendarum controuersiarum regulam esse, sed privatum spiritum suum sequi omnes, eamq; inter nos superbiam regnare, ut nulla Ecclesia alteri cedere obstringatur. Quas vires calumniæ huic jam *Anglia* ministret majori parti Ecclesiarum cedere renuens, judicet æquus: hoc certum est, ab *Anglia* funditus labefectari quæ *Fyldus* ad respondendum adfert, Quid enim? *Communione inquit privatur ille apud nos, qui confessioni eius fidei cedere nolit, ab Ecclesiis illis publicatis, quæ nostræ communionis sunt*. Est in hac responsione quod Episcopos obligat, ut Ecclesiis eis cedant, earumq; maiori numero quæ nostræ communionis sunt: si modò regulam sequi illam velint, quæ sola, controversiam disciplinariam dirimere potest, ipsorum iudicio.

ubi supra.

De Eccles. l. 3. c. 42.

Decimò, multa in Ecclesiâ Anglicana tam a Verbo manifestè aberrant, ut eam ab Ecclesiis reformatis condemnari necesse sit, nisi citiùs emendentur. *Nihil aliud expectandum inquit* Bridgesius, *quàm tumultus a papistis, inter nos incendia intestina, si hæc disciplina reciperetur: Doctorum ministrorum in singulis parochiis procuratio impossibilis est: Ad ministros doctos in singulis parochijs alendos sustentatio deest, neq; illa ulla possibilitate obtineri in Anglia potest*: Atqui inquam si in Ecclesias reformatas circumferantur oculi, disciplinam absque sonitu stabilitam cernent, doctos ministros & procuratos & sustentatos videbunt ubique, ut hac ex parte haud minùs *Angliam* in die judicij illæ condemnaturæ sint, atque olim *Noah sua obedientia veterem mundum condemnavit*, Hebr. 11. 7. Atque hæc adversus exception-

Lib. 1. p. 43

L. 6. p. 486 489.

P. 499. 512

Digitized by Google

nem secundam, reformatarum nempe Ecclesiarum exemplum nihil pensi habendum, si secus atque *Anglia* sentiant.

CAP. 30.

Exceptio tertia, quòd perverso modo disciplina introducta sit in Ecclesias reformatas.

TErtia, a modo disputat quo disciplina in Genevensem Ecclesiam primò, deinde ab illa in alias Ecclesias introducta est: quem vaferrimæ seductionis, perversissimæque æmulationis plenum esse, ipsi omninum hominum perversissimi vociferantur. Exagitat *Bezam Richardus Bancroftus*, quòd Evangelium Genevæ mirabiliter restitutum dixerat, atque hujus miraculi memoriam diutius novem dierum spatio duraturam comminatur. C. 2. p. 16 Intelligit perpetuam ignominiæ notam *Genevæ* inustam hac ratione fuisse, quam sibi displicere affirmat, perinde ac cæterorum Helveticorum tyrannorum ejectionem, utpote in qua *non solum* (quod Melanchton) *excessit medicina modum*, sed etiam excessit medicina malũ. Negat tamen de civilibus iudicium suum se velle interponere: hoc tantũ se non posse non damnare dicit, quòd mutatio reipublicę Genevensis (*Bodino* teste, & *Calvino* in epistola ad *Sadoletum*) ex domini *Farelli* aliorumque ministrorum prædicatione initium sumpserit, quâ docebant, civilem in Episcopis juridictionẽ Verbo divino interdictã esse. p. 91 De rep. p. 153. Respondeo primò, culpã mutatæ in *Geneva* reipublicę siqua sit, in doctrinam, non disciplnam cudendam omnem esse: prę sertim cùm disciplina Genevensis non ante sancita fuerit, quàm post Episcopi ejectionem & status ciuilis mutationem, sicut & res ipsa clamat, & *Bancroftus* confitetur, Neque verum est ex *Farelli* prędicatione disciplinaria contra ciuilem in Episcopis jurisdictonem, sed prędicatione Evanglicâ protinus adversus papismum, ansam mutandę reipublicę oblatam fuisse: hęc enim diserta *Iohannis Bodini* verba sunt: *ex studio mutandæ religionis, commutandæ reipublicæ oblatam occasionem arripuerunt.* P. 124 Idem docet *Iohannes Caluinus* (vel citante *Bancrofto*) in Epistola ad *Sadoletum*, ubi dicit, Genevenses paratos fuisse Episcopi authoritati civili perpetuò obedire, si modo illis libertatem Evangelij permittere voluisset. Quid opus est multis; *Peleus* ipse qui inflixit hoc vulnus, sanat, sic enim *Bancrof.* *Contentio* inquit *inter Episcopũ & populũ hinc orta est, quod ex prædicatione* Farelli, *papismi tædere cæperunt, & ad religionis reformationem inclinarunt, ad vicinarum exemplar civitatum, quibuscum fœdere conjuncti erant.* P. 124

Secundò, non ausus est ipse *Bancroftus* dicere, stabilitam ullam authoritatem civilem Episcopum Genevensem in illam urbem unquam habuisse; inde est, quòd judicium Zanchianum de obedientiâ Episcopo in civilibus præstandâ postquam in aciem perduxisset, ante

te pugnam dimiserit tamen: meminit siquidem quæ in hanc partem à se ante allegata fuerunt, Genevam scilicet inter civitates illas fuisse, de quarum permissione se contra Imperatorem disputare noluisse dixerat. *Franciscus Bonivardus*, ut ex *Munstero* constat, dicit ad annum 1224. ab Imperatore *Friderico* primo, Episcopum Genevensem impetrasse ut *Genevæ* principatum solus ipse obtineret, quo *Haymo* tum dejectus erat, qui cum eo de imperio civitatis contendebat: non acquievisse tamē Subaudiæ Duces, vel usque ad nostra tempora. Imò nec ipse populus Genevensis huic Episcopi sui regimini acquievit: dicit enim *Iosias Simlerus*, quanquam largis privilegiis Episcopatus Genevensis potiretur, populum tamen studiose semper conservasse, cùm illas perpetuas cum Episcopo conditiones, tum libertates suas, quas à patribus accepissent. *Atque ad harum conservationem* inquit *Bodinus*, cui & *Bancroftus* ipse assentitur, *fœdus cum Bernatibus & Friburgensibus inierunt, tandemq; eo devenerunt, ut vel Ducis Subaudiei, vel Episcopi sui legibus se nolle astringi attestarentur.* Atque hæc omnia sub Papismo facta sunt, sic ut nullâ fronte eum esse oporteat, qui Evangelicam Genevensem reformationem, aut quòd ad doctrinam, aut quòd ad disciplinam, perduellionis condemnare voluerit.

P. 10.

De repub. Helvet.

P. 11.

Bodin. de repub p. 353

Tertiò adnotandum, *Bancrofti* calumnias supra commemoratas, vel suis displicere: *Iohannes* siquidem *Bridgesius* Deum laudandum esse dicit, quòd Episcopus papismo addictus & reformationem impediens ex *Geneva* expulsus sit, quod ipsius tyrannidem metuisse, contestatur. Qui & addit insuper, *quanquam Episcopi Ecclesiarum regimen retinere Geneuenses debuissent: si tamen nunc (quod ad disciplinam) agnoverit se in ordine & consuetudine aliqua Apostolica quiescere posse, bene id fit*, inquit, *Deusque hoc nomine benedicatur: non invidemus illis, neque eorum in hac Apostolica consuetudine quietem interturbamus, neq; uice versâ præscribere illi nobis possunt, aut vero etiam præscribunt.* Similiter *Hadrianus Saravia*: *Episcopus Geneuensis cum suo clero vano timore perteriti stationem suam deseruerunt. Mala conscientia sæpe facit vt fugiat impius nemine persequente. Vnde accidit vt in eorum vacua loca fideles Christi servi succederent. Quod si Episcopus Geneuensis suscipere Filij Dei Evangelium voluisset, nunquam sua sede ejectus fuisset, &c.* Ita nulla culpa disciplinæ fuit in civilis Genevensis status immutatione.

Lib. 5. 459 460.

De Tripl. Episcop. in prolog.

CAP. 31.

Reformatio Geuevensis a Calumnijs vindicatur.

Accedendum jam est ad status Ecclesiastici alterationem, qua Episcopali regimine spreto, Aristocratica politeia, juxta verbi divini regulam, consensu totius civitatis tandem stabilita fuit: contra quam tria præcipuè à *Bancrofto* objecta video.

Primo

Primò, Senatus resistentiam inculcat, quæ quorsum inculcanda sit, p. 16.
ego sanè non video, cùm doctrina Euangelij ipsa, non sine ingenti malorum hominum resistentia, vbique terrarum introducta sit, vt malos eos fuisse, qui disciplinæ restiterunt, vel præcipuorum Syndicorum horrendus exitus manifestè declarat, qui à *Beza* in vita *Calvini* memoratur.

Secundò, vafritiem *Calvino* objicit, cui etiam insignem calliditatem *Richardus Hookerus* impingit, ac si in disciplina procuranda, nihil propemodum ab impostore *Calvinus* distaret: Epistolis verò quas *Beza* edidit uterque nititur, ac quasi verisimile esset, *Calvinum* adeò dementem fuisse, ut se stultum proclamaret: Eccles. 10. 3. perlegantur Epistolæ, quid in eis tandem æquus lector reperiet, quod non serpentinam prudentiam quidem sed cum simplicitate columbina conjunctam spirat? Vtinam, ò Vtinam innotescerent mundo artes illæ quibus Episcopi Anglicani Hierarchiæ suæ tyrannidem ad hæc vsque tempora perduxerunt. Quod etenim *Firmilianus* in causa mala *pro Cypriano*, tanquam impostore à *Stephano* Romano accusato respondeat olim, id jam nos in causa vera, pro *Calvino* veriùs respondere possumus: *prævenit ut alteri ea per mendacia objiceret, quæ ipse ex merito, audire deberet.* Cyprian. Epistol. 75.

Tertiò, *Calvinum* dicit *Bancrof.* incautos Genevenses circumvenisse, cum illis nihil minùs suspicàntibus authoritatem Episcopali æquivalentem superinduxerit, quam etiam sibi ipsi attraxit, etsi strenuè interim prorsus contrarium præ se ferret. Hujus calumniæ *Hadrianus* Pag. 22.26
etiam *Saravia* reus est. *Verum est illud*, inquit, *Naturam expellas furca licet, vsque recurret. Constat enim Bezam collegis suis esse longe superiorem, & Iohannes Calvinus dum vixit plus authoritatis in suos collegas habuit, quam hodie Angliæ primas in suos coepiscopos exercet: nota loquor, ut impudentis fuerit negare, quod & res ipsa clamat, & eorum scripta testantur.* Falsum quidem quod notum dicit, ac ut impudentiæ fuerit dicere; contra quod & res ipsa clamat, & eorum scripta testantur: sed fac ita fuisse, maiorem tamen authoritatem in reliquos ministros Episcopum in *Anglia* jam exercere confiteberis spero, atque *Calvinus* & *Beza* in suos collegas exercuerunt. *Imo inquit alibi, Scire* c. 24. p. 276.
vultis qui concordiam Genevæ hactenus tantum inter pastores aluerit & alit? Habent quem negant, & quem nolunt, vnum tantum Episcopum. Nam quicquid scribat dominus Beza aut sentiat, nunquam mundo persuadebit, cum in collegio & in deliberationibus, & in tota Ecclesiæ gubernatione, authoritate & pondere sententiæ suæ alijs collegis suis cedere, sicuti loco præsidentiæ. Eadem habetur de piæ recordationis Io. Calvino *opinio. Quod nec Zanchius dissimulauit, quando suam sententiam de Archiepiscopis & Episcopis exposuit. Sed vbi etiam* (inquit) *neq; vetera illa bona Græca, neque hæc nova malè Latina verba obtinent, ibi tamen solent esse aliquot primarij, penes quos ferè tota est authoritas, &c. Videtis quomodo sæcos nos naturæ vis reducit, unde fugimus?* Scribat *dominus Beza* quicquid

Cont. Bez. c. 3. p. 12.

quid vult, Geneva, nec alius quivis locus, duos Bezas, aut duos Calvinos in una Ecclesia dissentientes unquam ferre poterit. Respondendum primò de *Zanchio* est: qui Episcopum Anglicanum nunquam approbavit, quem ille à patribus antiquitùs constitutum Episcopum credidit, non alium quàm Superintendens Germanicus erat, sicut ipsa orationis series demonstrat. Dixit sibi rationem habendam esse earum Ecclesiarum quæ Episcopos haberent, inter quas *Angliam* eum non intellexisse ex eo liquet, quòd verbis proximis eas Ecclesias describens quas intellectas esse vellet, præterita *Angliæ* mentione in Ecclesiis tantummodò Germanicis instat, quæ Superintendentes habent. Quid quòd licet eos agnosceret antiquos illos Episcopos esse: quiddam tamen in eis videbat quod adeo vel desideravit, vel improbavit: ut Præsidentiam Superintendentalem sæpe à fratribus sibi oblatam constanter repudiarit, quò factum est, ut ordinarius tantùm Doctor, & vixerit, & consenuerit, & expirarit. Probaret ille Episcopum Anglicanum, qui ne Germanicum Superintendentem per omnia probavit? quòd verò *Genevæ* authoritatem fere penes unum dixerat: de authoritate presidentiæ intelligitur: præsidebat etenim per totam vitam Iohannes *Calvinus*, præsidebat etiam *Beza* diu, nempe donec *Daneus Genevam* appulerat, ut ipse *Geo. Downamus* narrat. Sic igitur est. In eo tantùm Germanicus Superintendens à Genevensi præside distabat, quòd hic mutabilis, ille immutabilis statuebatur: cum verò non mutetur, tamen inquit Zanchius apud Genevenses quis alius in effectu quam Germanicus Superintendens *Genevæ* præsidet?

Cont. Bez. c.3.p.63 lib 8.pag.124. Secundò, quam authoritatem *Calvinus Bezave* habuit, ea tantùm meriti erat, non potestatis; hanc nos Episcopis Anglicanis non invidemus, potestatis jugo quo premimur, sublato, *Calvini* & *Bezæ* evadere si possunt, *Calvini* & *Bezæ* existimatione perfruantur. *Atqui ego* inquit Saravia, *mallem Bezam legitimum habere Episcopum, quam collegam tyranum.* Cujus calumniæ iniquitatem, vobis à simili patefaciam. *Nicolai Sanderi* De visibili monarchia libri quinti capitis quarti hic apud *Scultingium* titulus est. *Ne dæmoniorum quidem conspirantem factionem, multoque minus Lutheranorum & Calvinianorum Synagogam, absque unius pastoris alteriusque generis visibili primatu stare ac florere posse.* In capite verò ipso, *Lutherum* regem planè Saxonicum & quasi Papam egisse affirmat: quod & de Superintendentibus, & Episcopis Anglicanis dicit. *Calvinus* & Beza Episcopos egerunt dicit *Saravia*, adeò Episcopatus necessarius est ad unitatem conservandam. *Lutherus* & Episcopi *Anglicani* primatus Papalis imaginem gerunt, dicit Sanderus: adeò hic primatus necessarius est ad unitatem conservandam. Quanta hîc obsecro differentia est? Pudeat igitur *Calvino* & *Bezæ* id objicere, quod vobis objectum in summam injuriam deputatis; ausim enim dicere, tam prope ad tyrannidem accedere Episcopos *Anglicanos*, quàm longe Beza & Cal-

vinus

Digitized by Google

vinus ab eadem abfuerunt: sic ut hac Saravinâ insimulatione nihil iniquius esse possit. Verùm ut hic locus concludatur: ab omni ea doli mali suspicione, quam *Bancroftus* objectavit, *Caluinum* & *Bezam* *Hadrianus* ipse liberat alibi, quam sibi constanter, lector judicet. Verba ista sunt: *Divinæ providentiæ permissione factum arbitror, ut gravissimi alioqui viri, omnem Episcoporum ordinem sublatum cuperent, & tollendum censerent. Præstaret enim nullos in Ecclesia esse Episcopos, quàm pro Episcopis habere lupos, & illa monstra pati quæ nobis peperit Romana Ecclesia. Hic error ab omni ambitionis suspitione doctores liberat per quos Deus doctrinæ veritatem restituit: eos nemo accusare potest rerum novandarum studio permotos fuisse, ut in dignitates & opes Episcoporum ipsi succederent. Sed postquam innocentia & sincerus eorum candor, qui sibi nullas opes, nullos honores, nihil denique præter veræ pietatis restitutionem proposuerunt, luce clarius, omnibus videre volentibus apparuit, &c.* De Triplic. Episcop. in prolog. Ita reformatio in Geneuensi sua innocentia salva tecta conservatur.

CAP. XXXII.

Ecclesiæ reliquæ reformatæ a calumnia vafritiei & κακοζηλίας vindicantur.

SVperest ut damna resarciamus, quæ detractorum virulentia, Ecclesiarum reliquarum reformationibus intulit. His omnibus præpostera κακοζηλία Genevensium imputatur: absque quâ si fuisset, presbyterialem disciplinam, *Gallia*, *Scotia*, *Belgia*, Ecclesiæque reformatæ reliquæ non recepissent. Hinc *Saravia* ita: *Turpe eis videtur a magistris dissentire. Tanta est authoritas, tanta reverentia magistri* Ibid. *ut plus simplex unius affectio persuadeat, quàm omnium sæculorum scriptores. Hoc præjudicium viam præcludit ad veritatem. Non temerè fuit, quòd verus magister nos vetuit mortalem hîc in terris deligere magistrum: vnus est enim magister in cælis, ab eo nos edoceri oportet.* Primò criminationem retorqueamus: non ita nos *Calvinum* & *Bezam* ut Hierarchici *Whitgiftum* & *Bilsonum* venerantur, sic ut cum *Tertuliano* respondere liceat: *magistrum neminem habemus nos nisi Deum solum: Cæterum quos tu putas tibi magistros, homines sunt.* Ad Scapul. c. 5.

Secundò, nosti hoc ipsum à Papistis in doctrinæ ipsius reformationem intorqueri, ut quam Ecclesias nostras amplexatas fuisse dicant, præcipiti Lutheri admiratione abreptas, quem nos ut etiam nostrum Apostolum celebrare affirmant, vel ipsi *Paulo* præferendum. Revocant hæc ultima mihi in memoriam *Bancrofti* illa, qui probaturus præ nimia *Calvini* admiratione disciplinam Genevensem in Ecclesias reliquas inundasse, instat in quodam Genevensi, qui, etsi *Paulus Genevæ* pulpitum ascensurus esset, se tamen ad *Calvinum* auscultatum abiturum dixit. Atqui hæc in doctrinam ipsam recidunt, ac non in disciplinam solùm: id quod vel *Hadriani* solius *Saraviæ* exemple

Cont. Gretzer. emplo demonstrari potest. Cur non etenim *Gretzerus* illum quod ad
doctrinam *Calvinistam* appellaret, perinde ac *Saravia* nos quod ad
disciplinam *Calvinistas* appellat?

Tertiò, quod *Gretzero Saravia*, id nos *Saraviæ*. Quibus tandem ar-
gumentis colligis nos *Calvinistas* esse, aut disciplinam illius gratia
deamasse? quod pro argumento affert *Bancroftus*, literas undiquaque
De Triplic. ad Dominum *Bezam* missas fuisse id ab ipso *Saravia* refutatur. *Non*
Episc. cap. in *displicet*, inquit, *consultum fuisse Dominũ Bezam in re gravissima*: Non
prolog. displicet verò? quo igitur loco *Bancroftus* habendus, qui huius rei
gratia *Calvinum & Bezam duos Patriarchas* fuisse dicit: imò *duos pro-*
c. 3. p. 42. *testantium patres, tales, qualem se Papa vendit et suis Papistis*. Annon pu-
c. 3. p. 49. det calumniæ? In promptu etenim nobis est *Saraviæ* verbis ad *Gret-*
p. 250. *zerum* respondere. *Nobis nec Calvinus nec*, Lutherus, *nec* Beza *Pa-*
triarcha est. Scito Ignatiane Anglicanam *Ecclesiam*, *neminem habere*
magistrum nisi Christum solum. Quod ad Calvinum & Bezam ipsum:
C. 4. p. 63. Nonne *Calvinum* virum excellentem fuisse fateris ipse? & quis pro-
hiberet in re gravissima virum consulere excellentem? At de *Calvi-*
no hæc dixit inquies, doctrinæ intuitu, non disciplinæ. Fortè: Sed si
excellens in doctrina, cur non & in disciplina etiam? liceat igitur
Tertulliani illud argumentum retorquere. *O Apollinem inconsidera-*
Apolog. c. 46. *tum, testimonium sapientiæ reddidit viro, qui negabat Deos esse*. Loqui-
tur de *Socrate*: quidni idem nos de *Calvino*? Atque hæc ad diluendam
calumniam eam generalem, qua Ecclesiæ reformatæ omnes ita lu-
cuntur.

2 Sequuntur speciales quædam. De *Gallis* nihil particulare obji-
citur nec de *Belgis*: de *Anglis* *Bancroftus* ita. *Consuluerunt Bezam per*
C. 3. p. 57. *literas Puritani, cuius instinctu, particulares cœtus mediis & secretæ factio-*
sæque rationes plurimæ secutæ sunt. Respondemus cum *Tertulliano*:
Apolog. c. 39 *Hæc coitio Christianorum meritò sanè illicita, si illicitis par, meritò dam-*
nanda si quis de ea queratur eo titulo, quo de factionibus querela est. In cu-
ius perniciem aliquando convenimus? Hoc sumus congregati quod & dispersi;
hoc universi, quod singuli, neminē lædentes, neminē contristantes: quum probi,
cum boni coeunt, cum pij, non est factio dicenda, sed curia. Quod ad calum-
P. 10. nias *Bancrofti* reliquas, quibus nos *Hypocritas* dicit. Cuiusmod *ille* H.
Præfat. N. *serpentes*, *locustas*, *Edomitas*, *Ashdoditas*, & *Sanballatas*, *car-*
P. 30. *nales denique sectarios illos, qui apud* Iudam *gubernationes contemnunt,*
P. 7. *& maledicunt eis qui in authoritate positi sunt*, nihil aliud respon-
P. 6. dio, quàm regerendum in illum ipsum esse, quod nobis impin-
P. 124. git alibi. *Linguæ eorum suæ sunt, linguas grandia loquentes dominus ex-*
P. 6. *scindet. Psal. 12*. Transmigrandum deinceps in *Scotiam* est: ubi à *Io-*
C. 3. p. 49. *hanne Knoxo* populari tumultu stabilitam primò disciplinam fuisse
Bancroftus objicit. At nonne eadem quæso in doctrinam ipsam re-
cidunt? Doctrina quidem olim erat quæ Papistis accusantibus *Sco-*
ticorum tumultuum crimen sustinebat: nunc disciplinæ onus omne
imponitur ab ipsis Protestantibus: liberatur autem defensione ea

[illegible] (neque

(neque enim alia opus) quam pro doctrina adornat *Iuellus* contra *Hardingum*, & *Thomas Bilsonus* contra *Alanum Cardinalem*: *Iuellus* ita: *De regno Scotiæ nihil dicam. Regna mundi varios, pactiones & compositiones habent: Nobiles & populus ibi, neq; gladios evaginarunt, neque violentiam adversus principem attentarunt: Continuationem tantum indubitatæ veritatis divinæ quæsiverunt: & adversus barbaras crudelesq; vestras invasiones, vitarum propriarum defensionem. Præter alia movendi signa, Vassiacæ vestræ immanitatis meminerunt, ubi fratrum suorum ingentes multitudines, inter precandum, in ipso templo palmas innocentes ad cælum tendentes, & nomen Dei invocantes, ex inopinato trucidatæ sunt. Nobiles isti à Petro didicerunt:* Melius est *Deo obtemperare quàm hominibus, &c.* De enc. Apolog p. I. c. 2. Divis. 7

Bilsonus verò tumultus omnes Scoticos Papistis imputat, tam doctrinæ quàm disciplinæ obnitentibus, ipsisque, & regis necem, & *Iacobi* in vtero materno tollendi conatum, totum ipsis ascribit. Disciplinam verò æquè ac doctrinam, omnes papistarum tumultuantium conatus tandem superasse, vel ipse *Bancroftus* diffiteri nequit, tantùm nescio quid doli insinuare videtur, quum videre in Scoticis Chronicis cuivis licere dicit, quomodo Actu Parlamentario sancita disciplina fuerit. Quid hoc, quomodo, aut quid accusationi tam generali respondeas? Nobis quidem satis est, quod modo satis licito, non solùm actu Parliamentario, sed & omnium ordinum juramento etiam, disciplina stabilita sit: verba mandati hæc sunt. Cont. Apol. p. I. pag. 118 & 119.

Secundo Martij anno 1581. *in ædibus sanctæ crucis mandatum Regiæ Majestatis est editum, quo omnibus mandatariis & nominatim verbi ministri injunctum fuit. Quum Rex ipse omnesque ipsius domestici, prædictæ confessioni subscripsissent, ut omnes pastores hanc confessionem ab omnibus suis paræciis exigerent, & recusantes ministris domus Regiæ deferrent, idque sub mulcta* 40. *florenorum, ab ipsorum stipendiis detrahendorum.* & ratio additur in illo mandato cur tales recusantes erant deferendi: nimirum (inquit) *ut nos ex Senatus nostri consilio ejusmodi Dei, & legum nostrarum contemptores in ordinem cogamus* Hoc mandatum chyrographo & sigillo Regio est subsignatum, loco & tempore quæ antea sunt nominata: Verba etiam juramenti hæc sunt:

Promittentes & solenniter jurantes per magnum illud Nomen Domini Dei nostri; nos perseveraturos in doctrina & disciplinâ hujus Ecclesiæ: quodq; pro vocatione et facultate nostra eadem defendemus omnibus diebus vitæ nostræ sub pœna omnium malidictionum in lege contentarum, & periculo corporis & animæ, in die tremendi illius Iudicij Dei. Syntag. confess. p. 150.

At *Iacobus* Rex, inquit *Becanus*, plus fidei in Papistis, imò in efferis latronibus reperisse se dicit, quàm in puritanis. At non omnes qui vel in Scotia vel in Anglia pro disciplina reformata stabant se intellexisse, in præfatione editionis posterioris idem apertè protestatur. At in præfatione monitoria inquis, qui pro reformatione in Dissid. de primat. p. 451

Anglia

Angſia ſtat, Puritanos appellat. Quid omnes? qui in *Scotia* factioſos quoſdam duntaxat intellexit: cur non & in *Anglia* fanaticos tantùm
Cens. 4. 8. c. 5. quos putat, quoſdam intellexiſſe cenſendus eſt? Certè qui omnes hac cenſura involvit, audire neceſſe habet, quod in jus canonicum ex *Hieronymo* relatum eſt. [Priuſquam audias ne judicaveris quempiam, quia non ſtatim qui accuſatur reus eſt, ſed qui convincitur criminoſus.] Inſto in ſancto *Chryſoſtomo*: qui ab *Arcadio* imperatore piiſſimè multa iniqua, indigna multa innocenter paſſus eſt. Atſi nos omnes criminoſi, non tamen ipſa pro qua ſtamus diſciplina criminoſa eſt: quam ante nos *Calvinus* & *Beza*, reliquæq; Eccleſiæ reformatæ amplexæ ſunt, quas ex catalogo Puritanorum, monitorio particulari ad id inſtituto, eadem majeſtas Regia expungit. Nec igitur illius velamento tegi immodeſtia in *Anglia* eorum poteſt, qui in *Calvinum*, *Bezam* Eccleſiarumq; reformatarum nutritios reliquos è ſuggeſtis & Cathedris tanquam in Puritanos impuriſſimè debacchantur. Atque hæc ad exceptionem tertiam quæ adverſus Eccleſiarum reformatarum imitationem adferri ſolet: earum ſcilicet, aut vafritiem aut κακοζηλίαν qua preſbyterialem diſciplinam ſuperinduxiſſe perhibentur.

CAP. 33.

Quarta Calumnia adverſariorum, diſciplinam eſſe malorum fontem, diluitur.

Querimo. Eccleſ. p. 264. QVartò, adverſus reformationem ipſam introductam excipit Lous, quam tanquam *malorum omnium in Eccleſia fontem, venuſtatis labem, ordinis perniciem, deteſtandam* eſſe clamat. Atqui Hierarchiam Anglicanam potius, tanquam totius tepiditatis fontem fugiendam eſſe Spiritus ſanctus innuere videtur, cùm ex adverſo ad *Angliam* clamat, *Qui habet aures ad audiendum audiat*, quid Spiritus ſanctus ad *Laodiceam*, ipſius *Anglicanæ* Eccleſiæ τύπον dicit. Ap. 3, 22. Hoc ut fiat, obthurandæ aures ſunt, adverſus clamores Hierarchicos quoſque, qui adverſus unicum *Angliæ* remedium diſciplinæ nempe reformationem horrenda multa ejaculantur. *Quid Caluinus? Calvinus in cauſa diſciplinæ tanquam Ixion alter cum errorum nube ingreſſus eſt*, inquit *Lous: & cum Synedrium tribunal Chriſti vocat, Papatum & plus erigit.* Quid *Beza*? *Beza in cauſa diſciplinæ quaſi Circæo populo mutatus eſt*, habet idem: quem etiam *Saravi* inter eos ponere videtur, qui ad turbandam Eccleſiam Anglicanam nati ſunt.

(Margin: Querimo. Eccleſ. p. 230. 231 Cont. Bezam. c. 16. P. 104.)

Querimon eccleſ p. 49. P 159. P. 144. Quid reliqui? qui diſciplinæ in Anglia reformationem expetunt? *Reformatio veſtra ab orco. Pergit Puritana lues. Puritanus furor, latrant Aerij catuli.* Ex nemine verò alio apertiùs quam ex *Cornelio Scultingio* apparet, quam indignis modis, Politeiæ Eccleſiaſticæ reformatio excepta ſit. *Conſiſtorij ſeniorum* inquit, *ex cerebro Calvini, Genevæ nata*

ſunt

sunt anno Domini 1541. *tam ex Laicis, quam ex ministris coagmentata, monstrum, absurdum, infame, ingens, seditionum Gallicarum flabellum & fomentum, non solum a Catholica Ecclesia ut prophana novitas, rejectum, damnatum, anathamatizatum, sed etiam ab aliis Novatoribus & sectarijs egregiè exagitatum, a* Zanchio *contra* Calvinum, *ab* Erasto *contra* Bezam, *á* Petro Ramo *contra utrumq́, qui illud* Thalmum *Sabaudicum nominans, acerrime contra invebitur, ab Ecclesiis omnibus Germanicis & Helveticis procacissime repudiatum, lacerantibus illud, scriptisque publicis condemnantibus in Loc. Com. Musculo, cap. de Magistratu, in Comment.* 1. *Cor.* 5. *Gualtero, in defensione contra Puritanos,* Iohanne Whitgifto *Cantuariensi Pseudo-archiepiscopo.* Qui & alios politeiæ reformatæ hostes addit alibi. *Ipsorum conventus & consistoria* inquit, *placidi & pacifici Calvinistæ, ut* Carpentarius *To.* 4. *præfat. Confessionis* Hieronymi, *& alij execrantur, quod in eis consilia capiantur, ad evertendos omnes Catholicos principes, etiam & reges: unde Dominus* F. Costerus *in Sica Tragica c.* 8. *ostendit Calvinistas esse sanguinarios, sanguinẽ Catholicorũ sitire, & talia consilia in eorum consistorijs agitari quotidie: hinc eorum consistoria extiterunt flabella tot seditionum & bellorum tot annis in Gallia,* Cap. 11. *docet ex historia* Caroli *Noni regis Galliarum, & ex insidijs eidem per Calvinistas structis, ipsos esse regum in suis consistorijs interfectores. Brochtomus in epistola ad doctissimum virũ* Nicolam Serrarium *asserit, rabiem Genevensem prorumpere in Cyclopicam immanitatem, nullam fovere lenitatem, neque placide differere, unde accidit ut pacifici cum seditiosis in unam mentem coalescere non possint. Idem ait Calvinistas, sine fine bella accendere, ut sic omnia vastescant, censet eos Turcæ fenestram aperire ad occupandum Germaniam & Christianitatem.* Sed nec adhuc hostes politeias reformatæ omnes habemus, addit enim alibi & alium sed omnibus turpitudinis notis injustum insignemque Apostatam, qui postquam ministros reformatos quosdam in Americam adduxisset, disciplinam immutavit primò, deinde doctrinã ipsam, ac papismum repente coloniæ imponens persecutionẽ crudelissimã excitavit, ut videre est, in commentarijs regni Gallici: in *Carolo Nono*. De hoc verò *Scultingius* ita.

Lib. 11. p. 115.

Nicolaus Villagnon inquit, *Eques auratus, lib.* 1. *c.* 8. *contra articulos Richeri,* ita habet: *Non defuit nobis in rebus plurimis discordiæ occasio, cum funditus* Ecclesiasticam *disciplinam, ei tui ministri evertere abolereque contenderent. Tradunt in* Ecclesia *neminem authoritate reliquis antecellere, quod omnes Christiani regale sint sacerdotium, sibi omnes persuadent, se esse religionis scientiã præditos antequam literas didicerint, quod eam dominus parvulis revelaverit, nõ sapientibus. Suntq́ omnes perfecti Theologi absque literis & doctrina. Richardus Bancroftus* ut Ramum & Carpentarium sibi patronos asciscit: ita eis adjungit *Balduinum* & *Hessusinum*, quos viros doctos apellat: mirum, quòd non *Staphylum* etiam & *Bolsecum* adiecerit. Vides jam disciplinæ reformatæ hostes præcipuos quosdam falsò, quosdam verè nominatos

Lib. 11. p. 137. 138.

C 3. p. 40. 43.

minatos, de quorum plerisque nihil nos aliud responsuri sumus,
De Orator. lib. 2. quàm Siculus ille apud *Ciceronem*. Cum *Scipio* prætor patronum sibi dedisset hospitem suum, virum nobilem sed admodum stultum: *quæso* inquit *prætor, adversario meo da istum patronum, interim mihi dederis neminem*. Ita nos patronos hujusmodi adversarijs libenter largituri sumus, ut ipsi interim habeamus neminem: Ejusmodi etenim
Lib. 6. c. 12 plerique sunt, ut causæ nostræ nihil plus officiant, quam famæ *Origenis* illi, de quibus *Socrates*. *Detractiones illorum, famam Origenis, meo quidem iudicio, existimationemque adauxerunt*: Nitescet etenim disciplina magis, quũ horũ hominũ criminationes, quã sint vanæ intelligatur, quod vt fiat, ad particulares illas maculas descendendum jam nobis est, quas eidem in genere nonnulli asperserunt.

C. 2. p. 7. 2 Prima Koranismi est: sic enim Bancroftus. *Mundus ad libertatem totus aspirat: singulos fere reperias eorum spiritu præditos, quibus quemquam supra congregationem præponi, ægre est*. Num. 16, Hadrianus Saravia ita. *Quod quidam omnis imperij impatientes sicut Chore & Dathan, qui cõtra Mosem & Aaronẽ insurrexerunt, nescio cujus tyrannidis Episcopos insimulant, sunt meræ calumniæ: nisi parere bonis legibus, & fungi officia suo tyranidem vocent*. Respondeo primò cõmune Evangelio ipsi improperium istud esse: Sic enim apud *Iuellum* Papistæ. *Sicut Dathan & Abiram adversus Mosem & Aaronem olim conspirarunt: Ita & vos Episcopo Romano nuncium misistis, & communem Ecclesiæ pacem perturbastis*. Non est igitur quod calumniâ istâ commoveamur: cujus disciplina non magis rea, quam ipsa doctrina est.

Cont. Bez. c. 24. p. 297

Defens. Apol p. 1. c. 2. Divis. 7.

Respondeo secundò, quod in hac conspiratione ἀντιθετικὸν erat, nos
De eccles. li. 3, c. 5. minimè attingit: voluerunt enim illi ministerium nullum, ideoque populum omnem adæque sanctum proclamarunt: id quod *Fyldus* observavit. Quod verò in eadem θετικὸν est, id hostes attingit, quorum peccatum, nescio an quibusdam gradibus, hoc Korahano gravius sit. Sine vocatione se ingessit Chorah: ita sine vocatione Episcopalem in Ecclesias authoritatem Hierarchici arripuerunt: Disturbavit Chorah disciplinam, hi sustulerunt: latravit ille, hi mordent: parem superioribus se facit ille, hi semetipsos superiores suis paribus faciũt nullam ille injuriam spirauit, hi carcere mulctant, bonis exuunt, laribus exterminant: parem ille locum veris Dei ministris non invidebat, hi eisdem planè nullum, nec in ministerio, nedum in Dei Ecclesia concedunt. Atque si peccatum sub Evangelio, peccato sub lege gravius sit, uti Apostolus docere videtur, Heb. 10. gravius certè peccare Hierarchicos necesse est, qui adversus Evangelicam à Christo Domino, quam *Corahanos* qui adversus legalem à Mose servo institutam disciplinam insurgunt, pari certè peccato obstringi eos par est, qui adversus disciplinæ antistites insurgunt, pari authoritate præditos: jam verò ministris Evangelicis datum est: Apocalyps. 11. 5. ut ignis ex eorum ore prodeat ad inimicos devorandos, quemadmodum *Mosis* denuntiatione factum

olim

olim, ut ignis egressus sit à facie Iehovæ ad *Corah* consumendum. Quidni? Ignem minimè sanctificatum *Corah* minimè sanctificatus altari admovit: annon Hierarchici pariliter faciunt? Montem enim igne ardentem, id est Episcopatum minimè à Deo sanctificatum, ipsi etiam non vocati aut ad hoc munus sanctificati in Ecclesiam prosecerunt. Apoc. 3.

3 Secunda macula quam disciplinæ reformatæ aspergunt aduersarij *Novatianismi, Donatismi, & Puritanismi* denique est. Cartvvrightum etenim velut hujus sæculi *Novatum* depingit *Lous*: & disciplinæ reformationẽ nostram *Novatum* sapere affirmat *Bridgesius*, qui *sub prætextu simili purioris reformationis, puritanismi doctor evasit*: Denique *Iohannes Whitgiftus puritanos nos & καθαρους meritò apellari* longis logis probare nititur. Atqui his alibi à nobis responsum abundè est: Iam igitur hoc tantùm urgeo, iniquè eos qui Episcopatum aboleri volunt, homini eo æquiparari, qui præ amore Episcopatus, Ecclesiam Dei scidit. Nullo igitur colore hæredes Nouati reformatores dicuntur, qui illud diruunt quod *Novatus* ædificabat, illud tollunt quod *Novatus* deperibat: annon Hierachici potius, qui scisma in Ecclesia majus, in causa eadem excitarunt: cum ob retinendum Episcopatum insaniant hodie, ut ille olim ob adipiscendum insaniebat. Similis nobis à *Barloo* Episcopo Lincolniensi injuria fit: qui nos *Theobatis* successores esse vult, qui propter repulsam Episcopatus (quem nos è medio sublatum cupimus) Ecclesiam Hierosolymitanam primus corrupit, non (quod ille) Episcopalem authoritatem, ut post *Aerius*, impugnando, sed *sermone adulterato*, inquit *Eusebius*, id est doctrinâ falsâ.

Lib. 11. p. 886. 887. 888. p. 73. 74. lib. De cruce. c. 9.

Con: Hamptonicus.

4 Tertia macula quam disciplinæ reformatæ aspergunt adversarij, Aerianismi est: ubi breviores jam esse volumus, quia de *Aerio* alius nobis dicendi locus futurus est. Accusatio hîc ipsa ita à *Loo* instituitur. *Sed quod potissimum reformationis genus in Anglia stabilire contendit Dæmon? non aliud quam quod inchoavit olim per* Aerium *& hac ætate in multis Europæ partibus, ad incredibilem pietatis jacturam collocavit*,

Lib: 4. c. 20. art.

Querimon eccles. p. 47

Primò, si disciplina in multis Europæ partibus hæretica & dæmoniaca sit, & Aeriana: quomodo eam legitimam agnoscit *Downamus*? quomodo eam argento comparat? aut quo ore *Whitgiftus* adversarijque reliqui reformatas Ecclesias se non condemnare dicunt?

Secundò, disciplinam in multis Europæ partibus stabilitam Aerianam esse negat ipse *Scultingius*, cujus ista verba sunt; *Aerij hæresis à præsenti hæresi differt: Ille enim per omnia Episcopum & presbyterum parem esse voluit, tum honore, & gradu, & ordine*, adeoque presbyterum posse manus imponere, tum ordinare dixit: nostri hodie aliter: Superintendens enim Germaniæ manus solus imponit, & pastor apud Genevenses, quem Decannm clasis vocant, imponit manu

lib. 10. p. 76.

nus etiam solus. Quòd si autem preses ordinis cõservandi causâ presidens & manus reliquorũ nomine imponens solus, ab hæresi Aeriana salvat: absterfa penitus hæc macula est, cùm nemo reformatorum sit cui hoc displiceat. Hâc etenim ratione initâ, negavit Aerius, ipsam unius præsidentiam, quæ est ad ordinem conservandum, quam Ecclesiæ reformatæ precisè retinendam putant.

Tertiò, hoc in Aerio reprehendere tantùm videtur *Fyldus, Willetus*, & alij quòd Episcopi superioritatem ex jure humano tum introductam, non utilem Ecclesiæ existimaret, sed ausu temerario, præsenti Ecclesiæ consuetudini se opponere non dubitaret: nam alioquin manus imponendi authoritatem jure divino presbytero competere, libenter largiuntur. Atque certè hanc viam inire eos necesse est, qui Episcopalem authoritatem jure tantùm humano, aut non divino immutabili pendere putant, & tamen reformatores Aerianos esse volunt. Quid enim? non hi Aerium accusare possunt, quòd jure divino Episcopum & presbyterum eundem censeret: cùm idem ipsi sentiant: in quo igitur ab Aerio differunt? aut in quo tandem cum Aerio peccamus nos? Nempe different illi ab Aerio, quòd Episcopatum jure humano utilem censeant, quod ille negavit: peccabimus verò nos, quòd Ecclesiæ consuetudini Episcopatum tanquam utilem approbanti, sicut ille, obnitamur. Atqui inquam, qui in Ecclesijs reformatis vivunt, consuetudini Ecclesiæ parent: Episcopatum enim Anglicanum Ecclesiæ omnes reformatæ abjecerunt: quòd verò ad nos qui in Anglia vivimus, etsi consuetudini Anglicanæ obnitamur, non tamen cum Aerio consuetudini Ecclesiarum universæ: Imo cum majorem partem Ecclesiarum sequamur, ne quidem velut refractarij in Ecclesiæ consuetudinem omnino dici possumus.

Lib. 3. c. 29 & 39.

Quartò, quòd jure divino nullum inter Episcopum & presbyterum discrimen esse Aerius dixit: in eo, vel Medina teste, antiquos patres adstipulatores habuit. Hinc *Gulielmus Whitakerus* noster ita. *Michael Medina non dubitat affirmare hac in re hæreticum esse Hieronymum, & idem plane cum Aerianis sensisse. Sensit sanè cum Aerio Hyeronimus, quò minus curandum est, toties nobis objici Aerium ab insulsis hominibus. Si fuit hac in re hæreticus Aerius, socium hereseos Hieronymum habuit, nec illum modò, sed alios etiam veteres patres, Græcos pariter & latinos, quemadmodum Medina confitetur.* Videsne te insulsum hominem esse *Whitakeri* judicio, nisi Aerium in Ecclesias reformatas objectare desistas? Simile etiam *Iohannis Reynoldi* judicium est: Cum enim *Richardus Bancroftus* pro concione ad crucem *Paulinam*, *Puritanos* hæreticos pronunciasset, quòd idem cum *Aerio* sentirent: rogavit per literas *Iohannem Reynoldum* vir illustrissimus, & reginæ Consiliarius *Franciscu Knollus*, ut judicium suum ea de re sibi exponeret: Responsum verò *Iohannis Reynoldi* jam extat impressum: Aerium defendit: *Puritanos* hæreseos crimine purgat

Cont. 4. q. 1 c. 3. s. 30 p. 505.

gat: jure denique divino Episcopum & presbyterum eundem esse docet. Imo quid si *Hadrianus Saravia* ipse hâc in parte nos tueatur? Certè diserta hæc illius verba sunt. *Quod obyci solet ex Hieronymo in 1. cap. epist ad Titum, Episcopos magis consuetudine, quàm dispositionis Dominicæ veritate presbyteris esse majores &c. dico privatam fuisse* Hieronymi *opinionem consentaneam cum Aerio, & verbo Dei contrariam.* Rursus. *Error Hieronymi & Aerij nascitur ex vocabulorum presbyteri & Episcopi, generali & promiscuo usu, qui tunc temporis fuit.* Quid igitur est? Non Aerij pudere nos decet, hac quidem in causa, nisi & ipsius Hieronymi etiam pudere lubet. Atque hæc ad abstergendam maculam tertiam. Cont. Bez. c. 23 p. 217 Pag. 220.

5 Quarta macula quam disciplinæ reformatæ aspergunt adversarij Acephalismi est: sic enim Georgius Dovvnamus. *In quaque Diœcesi Clerici omnes, Episcopo suo diœcesano subjecti erant: Cui sic addo; A prima institutione Episcoporum, quæ Apostolorum temporibus fuit, ad nostram usque ætatem aliter nunquam fuit: sed clerici quicunque si se a subjectione Orthodoxi Episcopi sui separabant schismatici habebantur, vel si sub Episcopo nullo vivebant, vocabantur Acephali, sicut patet ex Burchardo lib. Decret. c. 126. qui Concilium Parisiense citat.* *Hoc illud est quod apud Gratianum hodie legitur. Nulla ratione Clerici aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius Episcopi disciplinâ & providentiâ gubernantur: Tales enim acephalos, id est, sine capite, prisca Ecclesiæ consuetudo nominavit,* lib. 3. c. 5. p. 141. Dist. 91. c. 8.

Primò, nomen ipsũ *Clericorum* insertũ, hanc (de qua Cõcilium Parisiense loquitur) consuetudinem priscam ultra non ascendere docet, quàm ad tempus, quo primò Clerus instituebatur: quod longè post tẽpora Apostolorũ contigisse Historię omnes clamãt: quid igitur? qui ante Clerum institutũ vixerunt ἀκέφαλοι erãt? liceat nobis ita ἀκέφαλοι esse: neque enim quicquam optatius, quam ut fælicia tempora prima renoventur. Atque nonne vel hinc cernis *Dovname*, Episcopi caput quando emersit? non *Anglicanũ* Episcopũ dico, qui multa post sæcula exortus est, sed priscũ illũ Clericorũ, id est iuvenũ ad sacrum ecclesię ministerium destinatorum educatorẽ? Ne hic quidem Episcopus tempora Apostolorum vidit quando sumptibus Ecclesię caruit, quibus scholæ alerentur: tantum abest vt Episcopus *Anglicanus* ea viderit, qui scholarum longa post tempora reditus ad sese attraxisse dicitur.

Secundò, educationem clericalem, tum eandem fuisse quę nunc Academica est. aduersariorum nonnulli confitentur. Priscę hujus consuetudinis quam meminit Concilium Parisiense hic tantum sensus est: qui in aliquo Clero sub ejusdẽ rectore non educatur, Clericus is habendus non est, sic ut nec hodie Academicus, qui in nulla Academia educatus est. Quid hoc ad Episco. Diœcesanũ? Episcopũ *Zanchius* talẽ esse oportere docet, qualis rector in universitate ant in collegio præsidens; certe ejusmodi Epis. & non alios antiqua illa tẽ-

pora tulerunt, non extensivè Diœcesanos, non intensivè *Anglicanos*: ad morem etenim rectoris in universitate, præsidentis in Collegio, majori parti suffragiorum subjecti erant.

Tertiò, quod in Clericis sub Episcopo non viventibus reprehendit Concilium Parisiense, ἀναρχίας tantummodo amor est: sic ut illius iudicio, illa tantùm ἀκεφαλία illicita sit, quæ anarchica est. Hoc
lib. 11. p. 157. perspexisse *Cornelius Scultingius* visus est: qui satis non habuit paritatem ministrorum *Belgicam* ἀκεφάλιαν dicere, nisi etiam addidisset eam ἀναρχίαν esse. Hoc sensu Episcopi hodie *Anglicani* ἀκέφαλοι sunt: quia gubernationem presbyterialem excusserunt, & illos Ecclesiæ superiores rejecerunt, quibus ipsos parere ex Christi mandato decuit. Nonne illi ἀκέφαλοι qui Christum pro capite minimè habent? quiq; capita Ecclesiarũ sustulerunt, quib⁹ eos subesse Christus jussit.

Quartò, ita jus canonicum. *Acephalos* dicit, id est sine capite: nullus enim eorum reperitur author à quo exorti sunt. Desumptum ab
Caus. 24. q. 3. c. 39. *Isiodoro* hoc, qui eos *Eutychianorum* hæreticorum genus quoddam fuisse dicit: adversus quos Concilium secundum *Hispalense* coactum
Orig. lib. 4. cap. 5. fuisse historiæ tradunt, anno vigesimo quarto *Heraclij*, sub *Schisbuto*
Tom. 2. concil. p. 187. rege. Hic ègo ad Episcopos *Anglicanos* verbis *Tertulliani* clamo: *Edant originem suam: nam si nullus justus saltem eorum author reperiatur, quidni ἀκέφαλοι dicendi sunt?* Num à Christi capite sunt? Nugæ. Num ab Apostolis? ad populum Phaleras. Num à prisca Ecclesia? Ne id quidem, nisi eam priscam Ecclesiam dixeris, quâ primùm bestia exoriri cœpit: nam in illius utero Episcopatus *Anglicanus* primùm omnium formatus est velut Embryo quidam papatus illius quem postea peperit, sicuti ex Apocalypsi *Iohannis* suo loco demonstrabitur.

Quintò, non est quòd tua calumnia ista magis nos *Downame* commoveat, quàm tete commovet *Nicolai Sanderi* similis illa, qui & te
De claue David. præfat. ἄκληρον & ἀκέφαλον vocat, quòd non sub Papa, suo (ut putat) Ecclesiæ capite vivas. Narrat *Carolus Sigonius Ravennam* olim ἀκέφαλον dictam, quòd imperium Romanum & Papale excutere anixa sit: Hujusmo-
In reg. Ital. di ἀκεφαλίας te pudebit *Downame*? Nostra autem alia non est: cum illicitum illud Episcopale regimen sit, quod à nostris cervicibus propulsare, omni modo legitimo nitimur. At hoc ἀκεφαλίας dum tu accusas, in Papistarum castra apertè tranfugis: sic etinim *Scultingius Calvinianos* omnes qui Superintendentes minimè habent, ἀκεφάλους
lib. 5. 14. vocat. Quâ ratione verò? *Quia*, inquit, *in Synodis pares omnes ministros & equales faciunt.* At præsidentẽ in Synodis habent, eâdem cum Superintendente prærogativa fruentem. Cur igitur ἀκέφαλοι *Calviniani*; qui Superintendentes agnoscunt non item? cum in sola temporis perpetuitate differentia sit? Ita dilutum est quod de reformatæ disciplinæ Acephalismo dicitur.

6 Quinta macula, quam disciplinæ reformatæ aspergunt adversarij Anabaptismi est: Sic enim *Iohannes Whitgiftus*, Anabaptismus in

Digitized by Google

Ecclesia *Anglicana* magnopere formidandus est, imò Anabaptismum Admonitores fere apertè profitentur. At primò (quàm hic sibilus Pag. 49. serpentinus sit, vel ex eo conjicere promptum, quòd teste *Calvino* doctrina ipsa reformata in *Gallia* olim eâdem contumeliâ impetebatur, ubi & Evangelium Anabaptismus, & ejusdem Martyres & confessores Anabaptistæ appellabantur. Quòd si verò *Calvini* fides apud adversarios vacillet: *Thomæ* tamen *Bilsono* suo credendum illis est. Is citat *Bezam*, non eis credendum esse affirmantem, qui doctores Evangelicos cum Anabaptistis consociant: in quo & Anabaptismum doctrinæ ipsi à Papistis objectum fatetur: & *Bezam* approbando, nos etiam approbat, sive in doctrina, sive in disciplina, quid enim nos aliud quàm *Beza* sapimus, quem etiam tanquam magistrum sequi, accusamur.

In Psalm. præfat.

Cont. Apol. p. 3.

Secundò, nemo magis contra Anabaptistas depugnavit, quam ipse *Calvinus*: id quod *Bancroftus* ipse agnoscit: supra omnem fidem igitur est, eum in disciplina constituenda Anabaptistam reperiri. C. 34. p. 443.

Tertiò, adeo colore omni hîc adversarij destituuntur, ut tanquam falsi illi testes qui Christum Dominũ accusarunt, sibi mutuò cõtradicant. *Eisdem cum Anabaptistis vestigijs insistimus* (inquit Whitgiftus) *eundem malleum terimus, eundem cursum tenemus*: Atqui contra *Iohan. Bridgesius*. *Non hoc eo dico, quasi reformatores Anabaptismum redolerent, aut Anabaptismo consulto faverent. Absit, Æqualitas inter ministros* Cartwrighti, *Anabaptisticum somnium est*: Sic *Richardus Bancroftus*. At contra *Whitgiftus*: *Non eos accuso de doctrina Anabaptistarum*.

P. 33. art. Lib. 1. p. 134.

D. 9. p. 144.

P. 32. 36.

Quartò, Postquam *Whitgiftus* nos cum Donatistis comparasset, ita ad postremum se excusat. *Non loquor de omnibus eorum opinionibus, sed de eis in quibus hi nostri eis similes esse videntur. Similia, uti nostris, non conveniunt in omnibus, satis est si in eis conveniant in quibus comparantur.* At hâc nos excusatione freti & Episcopos ipsos Anabaptismi accusare meritò possumus: nam & seniores impugnant eisdem argumentis Anabaptistæ, quibus Hierarchici: ut ex *Iohanne Smitho* liquet: & quoddam genus Anabaptistarum, Episcopos habere quosdam, harum regionum lippis & tonsoribus notissimum est. P. 1.

Quintò, æqualitas Anabaptistarum Anarchica est: nullum etenim illi regimen admittunt, neque vel pastores apud illos authoritatem ullum exercent: æqualitas autem ministrorum quam nos tuemur, Aristocratica est, & optimam regiminis formam, Aristocraticam agnoscunt omnes: nos etiam eam esse ipsam dicimus, quam ipse Christus pro regenda Ecclesiâ suâ & mandavit & commendavit. Imò nec *Dovvnamo* assentiri possim, qui Democraticam illam quam exercent Separatores Democratici, Anabaptisticam esse dicit. Quantum etenim inter Democraticam & Anarchiam intervallum? Cum Anabaptista primi pili homine mihi aliquando colloqui contigit: à quo didici tam exosum sectæ suæ Seniorum in Ecclesia nomen esse, atque in republica magistratus. At Seniorum officium agnoscunt.

Separato-

Seperatores Democratici: qui cum Anabaptistæ dici nequeant, quantò minùs nos, quos per contemptum, consistoriales appellare consuescunt? Atque ita macula ista quinta eluitur, nullo negotio.

7 Sexta & ultima papismi est. Ain vero inquis, Anabaptismi & Papismi simul disciplinam reformatam Hierarchicos insimulare? Certè: sic enim *Ioh. Whitgiftus. Isti homines cum Papistis planè se coniungunt.* O nos ergo miseros qui in Scyllam & Charybdin simul idque uno naufragio incidimus. O miseras etiam reformatas Ecclesias quæ horrendum monstrum ex tam contrarijs religionibus consarcinatum, velut illam simplicem à Christo Iesu institutam disciplinam exosculantur. Certè vel ab illa anabaptismi, vel ab hac papismi accusatione abstinuisse se *Whitgiftum*, consultissimum fuerat: jam disciplinæ reformatæ utrumque simul impingendo, occasionem lectori præbet, illa *Salomonis* in memoriam revocare: Eccles. 10. 13. prioremque cum anabaptistis similitudinem stultitiæ, hanc posteriorem cum papistis, insaniæ deputare. Atque sanè non intelligere, nos nulla alia in Hierarchicis quàm Papistica impugnare, nescire est, & cæcutire: qui verò Papistica duntaxat impugnant, eos pro Papistis habere, annon hoc est prorsus insanire? Ex adverso, colore nullo à Papismi affinitate Hierarchicos se purgare posse, vel ipse *Georgius Downamus* monstrat: qui ad objectionem de Papismo, hoc tantum respondet alibi, *honestius se Episcopos defendentem cum Bellarmino, quàm nos eosdem impugnantes, cum* Aerio *conspirare.* At alibi tamen inquies, differentiam allegat, nempe quòd Papistæ Episcopum jure divino immutabilem tueantur, cum Hierarchici *Anglicani* ita jure divino Episcopum stabiliant, ut tamen mutabilem confiteantur. At parum sibi constans in jure Episcopi mutabili *Georgius Downamus* est: & juris divini ullã mutabilitatem somniare delirare est, ut suo loco demonstrabitur: & *Thomas Bilsonus, Hadrianus Saravia*, pluresq; alij Episcopatum jure divino imutabilem esse opinantur. Differimus tamen à Papistis, dicit *Saravia*, cujus ista verba sunt: *Romanæ jactantiæ est, quod se Petri & Pauli successorem, unus Romanus Episcopus gloriatur. Hunc Romanæ Ecclesiæ errorem frustra D. Beza adlegare videtur, contra nos, qui cum veteribus credimus, omnes Catholicos Episcopos successores Petri aut Pauli esse, æque atque Romanus ullus unquam fuit, aut cogitari potuit* Episcopus. Atqui inquam defensione ista, parte tantum corporis non toto corpore è cœno Papistico emersistis, ut nos emersimus, qui non omnes Episcopos solum, sed & omnes ministros, Apostolorum parili modo successores esse dicimus. Ipsum jugulum Antichristi hoc dogmate *Beza* dissecat: vestro autem parum læditur: ita enim disputabitur. Episcopos solos præ cæteris ministris, Apostolis successisse dicitis: bene se habet: hinc etenim sequetur, sicut Petrus inter *Apostolos*, ita & unum quendam inter Episcopos præsidere oportere: qui nonne per omnem antiquitatem Romanus quæso fuit? Atque ut argumentis vestris Papa, ita & nullis *Anglicanus* Episcopus

[Marginal notes: P. 51. — Lib. 3. p. 46. — Lib. 1. p. 7. — De Triplic. episco. p. 41.]

Episcopus quàm Papisticis stabilitur: quod objectum *Georgio Downamo* cum esset, non tam ille loco supra commemorato refutavit, quàm id honestè fieri posse disputavit. Confugies scio ad *Augustini* illud: *Non debet ovis pellem suam deponere, quod ea se lupus aliquando contegat.* Quasi pellis ovina sit, non lupina, quam à Papistis mutuati estis? Christus ipse judex esto. Certè tepidam illam in *Anglia* pellem, quam à Papistis *Angelus Angliæ* est mutuatus, adeò ille in *Angliæ* [illegible] *Laodicea* abominatur, ut optet · *Vtinā esses frigidus potius*: id est, utinam Hierarchici *Anglicani* Papistas potius sese apertè profiterentur. Non igitur vestra, sed nostra, illa *Augustini* defensio est: qui si papistas aliquando, ut *Paulus* poetas & ethnicos, allegemus, non tamē papisticis principiis innitimur, prout Hierarchici calumniātur. *Papisticis fundamentis innituntur puritani. Sic Bancroftus*: *& a papistis argumenta mutuantur*: *papisticis argumentis utuntur*: inquit Bridgesl. *reformatores sic ut Esaui vocē in eius sub habitu Iaco i agnoscere liceat*. Ita deniq; Iohannes Whitgiftus: *Admonitorum & Cartvvrighti argumenta papistica sunt.* Quod de principiis papisticis dicitur calumnia est? Num Sathanæ regnum in papatu adeò divisum, ut nobis nihil aliud molientibus, quàm ejusdem demolitionem, principia subministret? Quòd vero argumenta contra sese nonnunquam ministret, id veritatis quam tuemur inclusam firmitatē potius, quàm cum papistis affinitatem aliquam prodit. Quidni à Philistæis arca repetatur? Quidni in capite de resurrectione cum Pharisæis conspiret *Paulus*? Quidni denique (quod *Augustinus*) ovis suam pellem à lupo repostulet? Mutuatur *Iohanes Reynoldus* noster argumenta, nunc à Bellarmino contra Medinam, nunc à Medina contra *Bellarminum*, cujus facti sui rationem ita reddit: *Vt Hannibal apud Ennium citante Cicerone, cohortans suos pronuntiat: Hostem qui feriet mihi Carthaginensis erit, quisquis erit: ita quisquis erit qui veritatem defendit, errorem refutarit, mihi ex numero Protestantium erit.*

Tros Tyriusve mihi nullo discrimine agetur.

Omninò rectè hoc: quòd etenim ad veritatem, inter papistas & protestantes discrimen nullum est: nulla hæresis unquam fuit, quæ principia quædam vera non retinuerit. verùm ea hæreseos minimè sunt, sed veritatis. Ita quando cum Papistis in principijs quibusdam veris convenimus, principia tamen à papistis non mutuamur, quia ea papistica non sunt. *At ludos facitis papistis saltem* (disputat Whitgiftus) *dum contentiones in Ecclesia excitantes quibus illi lætantur, quasque in rem suam vertunt:* Quasi contentione intra castra oborta, lætentur hostes de earum fortitudine, qui in vallo fortiter dimicant, ac non de illis fœderatis potiùs, qui intra vallum delitescentes, ipsorum partes promovent. Ij verò in nostris castris Anglicanis Hierarchici sunt: qui & contentionē excitarunt, & pro regimine papistico excitarunt, in qua non leviter gaudent papistæ & lætantur: catholicā causam *Io. Whitgifi.* in libro adversus *Cartwri.* suo tutans est, ait *Guilielmus*

Ser. in mont. lib. 2.

Serm. ad crucis. Paul. Survey. p. 118. Lib 16. p. 33, 6. 1307. Tract. t. 8. c. 6. Divis. 16 p 467.

Censur. Apocryph. Tom 1 prælect 109.

P. 13. 14.

delmus Reynoldus Iesuita, *Ioannis Reynoldi* uterinus frater: Colloquium *Hamptoniense* à *Barloo* Episcopo *Lincolniensi* editum in sermonem *Gallicum Parisienses* converterunt: librum.q; nuper *Thomæ Bilsoni* excuderunt denuo, ut pro se maximè facientem. In *Hadriano Saravia* & *Matheo Sutclivio* Episcoporum in ciuilibus authoritatem defendentibus, exultat & triumphat *Gretzerus Iesuita*: *Cornelij Scultingij* ista sunt. *Defensio disciplinæ Ecclesiasticæ in* Anglia, *nostræ etiam Catholicæ disciplinæ propugnationem continet: cum Anglocalvinistæ nobiscũ ferè in causa disciplinæ conveniant: quem librum optarẽ Latinè extare, sicut in* Anglia Anglicè *prostat.* Rursus: *Puritani in plenis comitijs, admonitiones suas porrexerunt, reformationẽ & correctionem variam, Ecclesiarum* Anglicanarum *postulantes. Admonitionibus istis respondit* Ioannes Whitgiftus: *& adversus* Whitgiftum *replicat* Cartvvrightus, *alteramque* Whitgifti *defensionem secunda replica convellit. Unde prodierunt in* Anglia *duo egregij & utiles libri pro politeia & disciplinâ nostrâ, editi a primarijs viris, hujus nostræ disciplinæ suis patronis. Primus liber inscribitur, Defensio disciplinæ Ecclesiasticæ per* Ioannem Whitgiftum; *alter vocatur Examen prætensæ disciplinæ* (intelligit Survegium Ricardi Bancrofti) *Londini, anno* 1593, *ut adnotat Stapletonus in Antidotis in Act. 1 fol.* 409. *Si Latine ista extarent profecto ad confutationem Puritanorum & harum Synodorum, vix quicquam amplius desideraremus. Postremo, Anglo-calvinistæ de Consistoriali disciplinâ & politeia unà nobiscum judicant: ipsa pro nostrâ veteri disciplinâ condensant patrum testimonia.* Ita de quibus lætantur papistæ, quique papistis ludos faciunt quæ denique causa papistas uicinos habet, jam liquidè constat. Proclamari fecit *Themistocles*, ædes suas commodas esse, quia bonum vicinum habuerant: nos ex adverso Hierarchiam Anglicanam suspicari debemus, quòd Hierarchiæ papisticæ pessimæ, non solùm vicina, sed etiam contigua sit. Atque ita tandem abstersis maculis universis, splendore proprio, disciplina reformata nitescit.

Lib. 1. p. 2.

Lib. 10. p. 63.

Lib. 10. p. 86.

CAP. 34.

Ex præmissis infert, primò Magistratuum esse disciplinam restituere.

QVòd si verò disciplina reformata adeò splendida sit, adeò pia, adeo necessaria: quis non videt in officio magistratibus esse, ut ex veterno excitati, de eâdem restituendâ seriò cogitẽt? Huius officij *Edwardum sextum Martinus Bucerus* ita admonuit, ut *Scultingius* dixerit, *Eum Anglo-calvinistas exagitasse, qui Puritanis meliores sunt.* Quod si verò Episcopale regimen sub *Edwardo* sexto magistratui reformandum erat, quantò nunc magis? quando minimè omnium audiendus *Hosius* est, qui Ecclesiæ reformationẽ ad magistratum minimè pertinere dicit, sed ad Episcopos? Deploranda etenim experientia

Lib. 1. p. 90.

rientiâ jam satis didicimus, Episcopos eos ipsos esse, quos maximè reformari oportet: cujus intuitu, in medijs papismi tenebris, qui oculatiores extiterunt, magistratus semper opem implorabant. Nam & *Theodoricus* à *Nyem* ad status Ecclesiastici reformationẽ Imperatorẽ advocavit: ut *Franciscus Zabarellus* Imperatoris esse descripsit concilium contra Papam cogere, ne Ecclesia periclitaretur: & *Iohannes Picus* denique *Maximilianum* Imperatorem cohortatus est, ut pro imposito sibi munere, curam Ecclesiæ reformandæ in se susciperet. Atque hæc ultima, errorem etiam illum perstringunt, qui illo errore põtificio jam diu exploso, vel per supinam negligentiam, vel per rerum divinarum contemptum, apud Evangelicos ipsos succrevit, haud minùs, quàm ille, Ecclesiæ Dei perniciosus. Quanquã etenim reformandi jus suum jam principes probè sciant: officio tamẽ probè se defunctos putant, si in Episcopos quos pios putant à se delectos, totam Ecclesiæ reformandæ curam ablegent. Non ita olim *Ioas* Rex, qui cunctantes sacerdotes non solùm increpat dicens: *Quare non restauratis domum Dei?* 2. Reg. 12. 7. verùm & ejusdem restaurandæ curam in seipsum recipit. Ita *Leo* Episcopus ad *Leonem* imperatorem; *Debes imperator incunctanter advertere, regiam potestatem non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium tibi collatam*. Ex quibus apparet, haud magis Ecclesiæ curam ad alios demandandam esse, quàm reipublicæ. Similiter Isidorus: *Cognoscent principes seculi, Deo debere se rationem reddere, propter Ecclesiam quam à Deo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax & disciplina Ecclesiæ, sive solvatur: ille rationem ab eis exiget, qui eorum potestati Ecclesiam suam credidit*. Ita Augustinus: *Mirantur quia commoventur potestates Christianæ contra dissipatores Ecclesiæ detestandos: Sed si non commoverentur, quomodo rationem redderent de imperio suo Deo? Intendat charitas vestra quid dicam, quia hoc ad reges seculi pertinet, scilicet Christianos, ut temporibus suis semper velint pacatam Ecclesiam matrem suam habere, unde spiritualiter nati sunt*. Ostendunt hæc rationem principi de rebus Ecclesiasticis perinde ac civilibus Deo reddendam: per se igitur, ac non per Episcopos earum reformatio correctioque curanda est. Sed nihil hinc inquies reformationi quam postulamus nostræ accrescit; quam ut *arceant principes, Lous*; *ut supprimant, extirpentque, Iohannes Whitgiftus* cohortatur: Sed nullis illi rationibus nituntur, quàm quibus ante responsum est: *Synedrium Papatu deterius est*, inquit *Lous* & quæ *Zuinglius* contra Anabaptistas, ea omnia condensat *Whitgiftus*, ut animos magistratuum concitet adversùs disciplinam illam, quæ tantopere à Papali tyrannide distat, & ab Anabaptistica confusione, quantopere Christus ab Antichristo, & apum alvearia (ut cum *Tertulliano* loquar) à *vesparum favis* differunt. Atque qui hisce auscultant principes, vereor ne in totius Ecclesiæ jacturam, in *Theodosij* errorem incidant: qui Imperator cæteroquin piissimus erat. Admonent Episcopi, ut tyrannidem *Flaviani* compesceret: iniquum enim esse, ut spirituales tyrannos

Catalog. Testi. m. p. 1857.

P. 1864.

Epist. 75.

De summo bono lib. 3. c. 53.

In Ion. Tract. 11.

Querimo. Eccle. p 234 235.

P. 12 47

P. 232.

Theodoret, lib 5. c. 23.

nos ferret in Ecclesia grassantes ille, qui civiles à cervicibus reipublicæ propulsaverat. Sed cùm respondisset ille, se *Flaviani* patrocinium suscepisse, *Flaviani* causam, suam causam esse, quæ objiciebantur *Flaviano*, sibi etiam objecta esse: *contristatus est eos quos lætificare, lætificavit autem eos, quos contristare debuit.* Horreo dictum: sed quid quibusdam in Ecclesiis jam hodie geritur, notius est, quàm ut dici sit necesse. Dolenda interim hæc humana infirmitas est; quòd qui tyrannos in republica facilè internoscunt, ij tyrannos in Ecclesia spirituales nonnisi seriùs dignoscant: sed *Theodosij* ad instar, hanc tyrannidem probari sibi & demonstrari petunt, probatam verò & demonstratam credere non possunt. Atque ut ad tyrannidem Episcopalem dignoscendam tardi, ita ad luxum, pompam, superbiamque coercendam ita ferè negligentes sunt, ut locum hodie ferè ea habeant, quæ de sœculi sui temporibus *Froissardus* conquestus est. *Scio quidem demirraturos*, inquit, *super hisce rebus posteros, & Ecclesiam in talem turbationem delabi, aut dilapsam durare tamdiu posse. Sed hæc plaga fuit a Deo missa, qua Ecclesiastico ordini ob oculos considerandum exhiberet pomposum statum & luxum quem usurpabant, sed plures nullam ejus rei habebant curam aut rationem. Sed principes sæculares à quibus bona primum venere ad Ecclesiam, nihil aliud quam ridebant & ludebant, eo tempore quo condebam hæc Chronica, anno salutis* 1390. Siccine hac tempestate fieri decet? Audiant Principes *Christum Regem* regum: Apoc. 1.5. non ob nihilum se indigitasse, sed ut notum Regibus faceret, non illos, sed illum in Ecclesia Regem supremum esse, reges verò nonnisi illius servos esse sic ut ejus dicto audientes esse debeant, in politeia Ecclesiæ illâ, quam fovendam, non arcendam; propugnandam, non extirpandam; eorum curæ fideique commisit. Nam hæc verò Laodiceæ ἀντίτυπος *Anglicana* est; Imò cùm per eam stet, ut *Christus* ex parte, ostio quasi semiocclusо foris stet Ap. 3.20. in *Anglia* certè quòd ad disciplinam, iam locum illa *Davidis* habent: *Attollite portas principes ut Rex gloriæ ingrediatur:* Psal. 24. 7. Non erat igitur quòd D. *Bezam Richardus Bancroftus* ita flagellaret, quòd ad *Sarnicium* epist. 14. scriberet: quandoquidem doctrinæ atque disciplinæ idem author sit; ideò absq: fructu doctrinam recipi, quandiu disciplina deest: erat potius quòd *Petrus Martyr* idipsum urgeret verbis istis gravissimis. *Consulo præterea ut disciplinam quantò ocius fieri poterit, in vestras Ecclesias omnino invehatis, nam si ab initio non recipiatur, cum homines Evangelij cupiditate fervent, non facile cum postea (ut fit) aliquod frigus obrespserit, admittetur. Vt vero absque illa frustra laboretur, Ecclesiæ quam plurimæ vobis possunt esse exemplo, quæ a suæ instaurationis fundamentis, cum hoc tam salutare jugum subire noluerint, nunquam deinde quoad mores & vitam, justâ ulla regula potuerunt in ordinem redigi, qui fit (quod magno cum dolore dico) ut omnia propemodum parum firma sint, & undique ruinam minentur. Est igitur grave damnum & certa Ecclesiarum pernicies; si nervus discipinæ illi defuerit: neque*

Sub finem. 2

c. 34. p. 441

Epist. ad Polonos.

Digitized by Google

que vere solideque habere, ac profiteri Evangelium illæ dicendæ sunt, quæ disciplina vel carent, vel illam contemnunt, nullove studio ejus tenentur. Certe in Evangeliis & Apostolicis Epistolis, cum tanta diligentia tradatur, illam oportet fateri non minimam Christianæ religionis partem. Quo fit, ut Evangelium ab eis videatur negligi, qui tam præclaram ejus portionem a seipsis ablegarunt.

Atque hoc resultat ex disciplinæ reformatæ cum pietate tum necessitate ad magistratus porisma primum.

CAP 35.

Porisma secundum, Episcopis non sola possessione certandum esse, ne pertinaces, impatientes, superbos, perniciosos & persequutores se probent.

SEcundum Episcopos ipsos affatur, eorumque fautores, qui disciplinæ reformandæ adversi maximè infensique sunt. Hos jubet primò ut possessione certare desinant: quod malorum semper hominum & mos & morbus fuit: Displicuit siquidem *Tito Livio*, quòd *Dyonisius* senior de tyrannio dixit: eum non equo insedentem, sed pedibus tantummodò tractum de Regno solere cedere. Displicuit *Roberto Capitoni* Episcopo Lincolniensi, quòd Ecclesia sui temporis ab Ægyptiaca servitute Papæ & prelatorum, nisi in ore gladij cruentandi, liberari nequiret. Displicet jam hodie *Florentino* nobili cuidam, quod in præfatione sua ante *Guicciardini* Paralipomena de *Paulo* tertio refert: *Simpliciter magis inquit & ingenue quam caute Paulus tertius, quum de sua illius potestate aliquando inter familiares sermo incideret, videre illos solitus erat, ut scholasticos & rerum rudes, qui a Christo eam tam anxie repeterent, cuius se possessionem vel solam optimum & firmissimum titulum habere dicebat.* Leo decimus eiusdem cum *Paulo* tertio sententiæ fuit, simplicitatis verò minus: ut qui possessione sola certare maluerit, quam eam solam apertè profiteri: Sic etenim *Whitakerus* noster: *Uno anno*, inquit, *ante* Lutherum *a* Leone 10. *in Concilio Lateranensi, Sess.* 11. *cavetur ne prædicatores de adventu Antichristi prædicent: sed si Dominus quibusdam revelaverit quædam, quod per Amos se promittit facturum, non debere hos antea eadem divulgare, quam Apostolica sedes examinavit, aut, si id commode fieri non potest, Episcopus cum alijs; qui contra fecerit excommunicandum esse.*

Lib. 24.

Histor papat.

Moditor politic. p. 36.

De conciL. 2. c. 2.

Quid hæc ad Episcopos Anglicanos, inquies? Vel maximè. Sunt qui cum *Paulo* tertio simpliciores & ingenui sunt, non enim illi à Christo Episcopatum repetunt, sed jure humano & præscriptione solâ certant: Sunt qui licet Episcopatum ab ordinatione Apostolicâ repetant, quia tamen mutabilem statuunt, possessionem præcipuè urgere solent, ut in *Downamo* cernere est, qui ex eo audaciam nostram intolerablem esse arguit, quòd Episcopos eo in regno mutari

 velimus

velimus, ubi in possessione Episcopi sunt, per regni legis stabilita. In *Leonis* vero X articulis conspirant ferè omnes: neq; enim vel quid à Domino ejusq; verbo revelatum cuiquam à quoquam in vulgus vel verbo vel scripto proferri sinunt: quod non dico Antichristianismi suspitionē in eorum regimen, sed vel peccati reprehensionē in eorum abusus redolere possit: sic ut ipsam non resi lentiam pro concione taxare, tacitam papistarum tolerationem deplorare, novitatem falsitatis a quoquam alio prædicatam refutare, nisi priùs Episcopo hæc delata, & ab eodem aprobata sint, censura dignū sit. Quid quòd disputationem æquissimis conditionibus a ministris oblatam superbè recusarunt? Quid quòd ad curias suas citatis, non eos ad scholas ut disputent, sed ad tribunal ut judicentur accitos esse, dicere soleant? Quid quòd locis moveant, bonis exuant, carceribus mulctent, excommunicationibus feriant, quotquot eorum voluntati non obsecundantur?

Annon hoc dotius possessione certare est, quam ratione? Sed video nimis verum esse quod in jus Canonicum relatum est ex Augu-

Caus. 22. q. 2. c. 9. stino, *Quomodo potest esse humilitas ubi regnat falsitas? præsertim cum ita comparatū sit, ut fraude cōparatus superbus titulus, non nisi superbo supercilio, imo & bracchio defendi possit.* Verùm enim verò cùm *nemo periculosius peccet, quàm qui vel verbo peccata defendit*, ut habet *Primasius*: & non verbo modo, sed & elata manu pariter peccatum suum sanè

In Rom, c. 2 periculosissimè isti defendere moliantur, *Hironymi* verbis admoneri sese putent, *Ac ite severitatem Christianam, ad opus istud corrigendum, & παλινῳδίαν quod dicitur, canite.* Hoc quo commodiùs fiat, considerent velim cum animis suis, quàm indigna res sit, ut Ecclesiæ columnæ haberi qui volunt, mereantur cum *Anaxagora Ciceronis* audi-

Epist 9. Sept. 62.

Eth. l. c. 6. re illud: *Nescio quomodo plerique errare malunt quam sententiam quam semel amplexi sunt, derelinquere.* Dixit olim Aristoteles: *Aequum est veritatis retinendæ causa, vel nostra etiam ipsorum dogmata evertere, præsertim cum sumus Philosophi. Nam cum utraq; chara sint, tamen præclarum est, pluris æstimare veritatem.* Veniat hîc in mentem illud Tertulliani: *Si tantæ considerationis paganus vir fuit, quanto magis nos qui sacerdotes dicimur;* Movebatur siquidem ille quòd philosophus esset, nos quòd Christiani simus, imo Christianorum sacerdotes, non

Epist. ad Theodos. & Valen. commovebimur? *Apage pertinaciam: nullus pudor est ad meliora transire*, dicit *Ambrosius*: imo *Augustinus* rectè: *Magnæ sapientiæ est revocare hominem, quæ ante malè locutus est.*

Secundo, sicuti certandi ratio ea quæ supra commemorata est, perti-

Caus. 2. q. 4. c. 10. naciam in Episcopis spirat: ita & impatientiam illam quam Ecclesiæ rectoribus indignissimam esse *Barnardus* olim testatus est: *Dissimula-*

Serm. de conv. ad Paris. *mus inquit de prælatis & Magistris Ecclesiæ. Sic nimirum, si placet & ipsis, ut evadant nunc humana judicia, veniatque grave judicium his qui præsunt, & potentes patiantur tormenta potenter.* An Episcopis Anglicanis hæc meritò accommodantur? Fertur *Scapulam* tantùm aufuisse

quòd

quòd scripto *Tertulliani* leniretur, ut eodem potiùs exacerbatus atrociùs in Christianos desæviret. Hoc ipsum jam in *Anglia* fit, adeo molles Episcoporum aures sunt, ut irritatiores semper evadãt, quandocunq; eas vel verbo quis, vel scripto vellicaverit. His rectè olim Leodienses ad *Paschalum* remoto Romanæ ambitionis typho: *Cur de gravibus & manifestis non reprehendantur Romani Episcopi? Qui reprehendi & corrigi non vult, Pseudo est, sive Episcopus siue clericus.* Mutent igitur se Episcopi Anglicani oportet, ad *Petri* exemplum illud, de quo *Cyprianus* pulchrè. *Non est de consuetudine præscribendum, sed ratione vincendum. Nam nec Petrus, quem primùm Dominus elegit, & super quem Ecclesiam ædificavit suam, quum secum Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, vindicauit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit, ut diceret se primatum tenere & obtemperari a novellis & posteris sibi oportere?* Con. Tom. 2 Epist. 71.

Tertio, certatio Episcoporum Anglicanorum supra commemorata, superbiam non in collegas presbyteros modò, sed in Christum ipsum pariter, eamque haud levem spirat. Caput *Iovis Caligulam* sustulisse ferunt, & suum illius loco posuisse: pari modo, disciplinam a Christo institutam hi sustuletunt, suam supposuerunt, & presbyterorum capitalem authoritatem aboleverunt, quos Christus Ecclesiæ capita constituit, ut ipsi soli pro summis & præcipuis Ecclesiæ capitibus haberentur. Nota sunt illa tritaque. *Quid in meo facitis non mei? Quis posuit idolum hoc in domo mea?* Leviusculum vobis videtur, in Christi Ecclesia locum gradumque, invito Christo, usurpare? Rectè Chrysostomus. *Qui non utitur sacra Scriptura, sed ascendit aliâ via, hic non pastor est, sed fur.* Atque in Christum ipsum recidit, quod sibi presbyteros subjugarunt, nisi fortè Hieronymum aberrasse sentiamus. Sic enim ille. *Qui non vult presbyteros facere quæ iubentur a Deo, dicat quis major est Christo: Iubentibus vobis, ô immitissimi sacerdotes, solum presbyteri nomen habet presbyter, plenitudidem & perfectionem, quæ consecratione eius competit non retentat. Ipsi presbyteri ut legimus, Episcopi nuncupantur, secundum quod scriptum est, qui vos posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, --sed oderunt hoc sacerdotes superbi in presbyteris nomen, qui nolunt esse hoc quod Christus, qui discipulorum pedes lavit.* Similia habet ex ἀναλογία, *Gregorius Magnus*, quum adversus Episcopatum illicitum Constantinopolitanum differit. *Quid tu Christo* (inquis) *universali Ecclesiæ capiti, in extremi iudicij responsurus es examine, qui cuncta eius membra tibimet conaris universalis appellatione subijcere?* Nihil aliud affectabat *Iohannes* (vt rectè *Fyldus*) quàm vt omnes a se pendere & ordinationes suas a se dimanare ministri & Episcopi crederent. Hoc dum in ministros Anglicanos Episcopi Anglici affectent: annon membra Christi sibi subjiciunt præter Christi voluntatem? nihil ergo habebunt *Gregorij* judicio, quod in die judicij Christo respondere possint. In Ioan. Hom. 58. Decret. p. 1. dist. 69. c. 6 l. 4. Epist. 38

Quarto. Certatio Episcoporum Anglicanorum supra commemorata

rata, ingentem malorum messem, & nunquam satis deplorandam cladem, Ecclesiæ nostræ intulit. Quæ Episcopalis authoritatis commoditas maximè prætendi solet, ea pacis & unitatis conservatio est. Quid igitur pacē & unitatē in ecclesia Anglicanâ ὑπεροχὴ ista conservavit; Imo Eccl. sīī nominato illā, ubi plures rixæ, plures cōtentiones plura Schismata, plura cuiusq; generis dissidia jam hodie glisc ūt: quę etiam ex hac ipsa usurpata authoritate, tanquam ex Pandoræ pixide, quasi ad cœlos, terras, maria turbāda, vndiquaq; provolitarūt. Sed fac in Anglia unitatē, hanc ὑπεροχὴν præservasse: quid hæc ad mala alia, quæ invexit innumera? quorū intuitu regerere ex Canone possumus. Abjicenda sunt falsa remedia quæ veris & manifestis periculis sunt graviora. Nec non ex Augustino illud: *Non vult Deus tale lucrum compensari tali damno.* Quid enim ego de *Angliæ* tepiditate dicerem? nam hæc ab *Angliæ Angelo* Laodiceno, vel ipso judice Christo potissimùm introducta est? Quid de canum mutorum & cæcorum speculatorum & multitudine & inscitia dicerem? nam hæc quasi exercitus locustarum Apocalypticarum quidā ex ordinatione solis Episcopis scilicet, reservata, tanquam ex equo Troiano prorupit? Quid de morum turpitudine dicerem, nullo disciplinæ fræno coercita? nam hæc Episcopis haud minùs hodie, quam illa similis *Leonis* temporibus deputanda est. Is ad Episcopos *Bavariæ* apud *Aventinum* ita scribit, ut nostros unà Anglicanos luculenter depinxerit. *Christiani,* inquit, *in vestris provinciis, authoribus Episcopis invicem imponunt.* Vltrà modum sumptu & magnificentiâ ne circam luxu, ædificando egregij sanè Pastores Christiani gregis prodeunt. Gravissimus solet esse morbus qui à capite diffunditur.

Extrauag. de celeb. Miss.

Annal. Bojor lib. 4.

Quintò, decertatio Episcoporum Anglicanorum suprà commemorata, persecutionem excitavit eam, quæ satis verbis cōmemorari non potest. Exclamavit olim *Bernardus*: *Heu heu Domine Deus, quia ipsi sunt in persecutione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum.* Quid ita? *Impedimentum* (inquit) *salutem est per-sequi salvatorem: & quid amplius est? Dantur* (inquit) *sacri gradus in occasionem turpis lucri, ut quæstum æstiment pietatem: Copiosissimæ si quidem pietates inveniuntur, in suscipienda, imo accipienda magis animarum curâ: sed hæc abud eos cura minor, & de animarum salute novissima cogitatio est.* Atqui hanc omnem Christi persecutionem eos qui principatum in *Anglia* gerunt excitasse, cæcus est qui non videt, durus qui non deplorat. Quod ibi quæstus aucupium? quæ ad sacros ordines promotio indignorum? quæ salutis animarum injuria? qui officij adimplendi neglectus? quæ pseudo-regimen Episcopale non solùm tolerat, verumetiam fovet: nec tolerantibus interim nedum faventibus Ecclesijs reformatis eis, quæ recta Christi disciplinâ gubernantur. Sed hæc persecutio præ illa ignotior, quæ nec in sensus omnium incurrit, & cujusque loci omnes infestat, nempe sacrorum Verbi ministrorum degradatio, & laicorum, vestimenta sua ab Ecclesiæ Angli-canæ

De conuers. ad Schol. Serm. 1.

glicanæ corruptelis pura servantium, divexatio. Episcoporum ambitiones, contentiones, tyrannides, simultates, persecutionem Dioclesianam attraxisse dicit Eusebius. Quis pius judicium simile præ foribus stare non veretur, idque ob Episcoporum in Anglia ambitiones, superbias, crudelitates, impiasq; in piissimos Christi servos conspirationes. Hæc Hieronimus si vidisset nonne excandesceret, qui Ecclesiam suo tempore episcopos grauissimè afflixisse cõqueritur, in eo vel solo, quòd presbyterum in præsentia Episcopi prædicare prohiberent? Audiantur ipsius verba ut Episcopale in Anglia regimen quàm sit tyrannicum intelligatur. *Quis inquit hic rogo ô sacerdotes honor vester est, ut dominium gibbi inferatis, quoniam cum pastoribus per potentiam vestram aufertur Deo digna diligentia, contagium quoddam & calamitas crescit in gregibus, ac dominici parimonij damna conquiritis, dum soli vultis in Ecclesia potentari——propterea hæc scribo ut si præteriti temporis error non potest jam revocari, vel ad præsens in Ecclesiis servetur humilitas.* Presbyteri Hieronymi tempore pastores Ecclesiarum erant; jam Episcopus in Anglia, Diœceseos totius pastor est, presbyteri tantùm illius delegati, & coadjutoros sunt. Episcopos in Ecclesia solos potentari Hieronymi sœculo monstrum erat: potentantur jam soli in Anglia Episcopi, non solùm in eô, quòd presbytero absque illorum licentiâ prædicare non liceat, (quod tamen *solos potentari Hieronymo* est:) sed quod excluso presbytero (quod tempore Hironymi nondum factum) gubernant ipsi soli. Calamitatem in gregibus per Episcopos crescere, dominicumq; patrimonũ damnum pati censuit Hieronymus, quòd presbytero diligentia prædicandi ablata esset in præsentia Episcopi: & damnosi multo magis Episcopi in Anglia jam hodie non sunt qui ducentis, & amplius Ecclesiis pastoribus suis nuper spoliatis, homines maximam partem aut indoctos, aut leves, aut vitæ minus probatæ, aut nonresidentes, negligẽtes certè & stertentes, substituerunt? Atque hic disciplinæ reformatæ ad Episcopos Anglicanos sermo primus est, ut pro possessione suâ modo supra commemorato, certare desinant.

Lib. 8. c. 1.

Decret. p. 1. distinct. c. 6.

CAP 36.

Porisma tertium; Episcopis de possessione cedendum esse.

SVperest secundus sermo, qui de possessione sua cedere eos argumentis gravissimis cohortatur, Quid enim? Annon schisma jam excitant ob Episcopatum retinendum, quemadmodum Novatus ob adipiscendum? Novati Episcopatum condemnavit Cornelius, quòd à Deo illi concessum non esset: at multò magis condemnandus Episcopatus Anglicanus, quòd is nemini quidem supernè à Deo concessus sit, ut suò loco demonstrabitur. Quibus igitur rationibus No-

Euseb. l. 6. c. 42.

Digitized by Google

[illegible] *vatum* persuasit *Dionysius Alexandrinus:* eisdem jam nos uti licet, ut
C. 44. Episcopatui Hierarchico suo, *Anglicani* abrenuncient. Quidvis potiùs pati vos decet, quàm ut Ecclesia discindatur: vos Episcopatus illiciti damnum pati non vultis? Martyrio æquivalebit damnum hoc licet pusillum, quia in cõmodum totius Ecclesiæ cedet: compensabit insuper pristinum peccatum vestrum, & famam vestri nominis illustrabit: illud non imputabitur, hoc verò commendabitur: Animas postremò vestras perire non sinetis. *Gregorij* verò *Nazianzeni* resignatio illustre admodum exemplar est, atque imitatione dignum: de qua *Gregorius* presbyter, in vita ipsius ita narrat: Quum contentioneminter Episcopos propter suam electionem coortam vidisset, fortiter sapienterque in concilium prodijt, atque ita locutus est: *Viri collegæ & compastores sacrosancti gregis* Christi, *turpe fuerit prorsus & a vobis alienum, si qui pacis documenta aliis præbetis, intestinum ipsi bellum inter vos excitetis. Quonam enim modo alios ad concordiam adduxeritis, ipsi circa sententias vestras & decreta discrepantes? Ac vos per Trinitatem etiam obsecro ut mutua vestra negotia, præclarè & pacifice constituatis. Quod si vobis ullo modo dissidij causa sum,* Ionam *Prophetam vitæ integritate non supero, proijcite me in mare, ut cesset a vobis hæc turbulenta tempestas: Quicquid vobis visum fuerit, tametsi a culpa immunis, libenter perpetiar, siquidem hac ratione concordia vestra repræsentari & resarciri possit. Throno exturbate, urbe eijcite, tantùm veritatem & pacem amate:* Hæc *Tho. Bilsonus* postquam posuisset, ita subjungit: *Vt Christiano viro dignum erat, Ecclesiæ unitatem propria salute chariorem habuit, vitamque privatam in quiete & solitudine, honori dignitatique tam tumultuosæ prætulit.* Atqui inquam si *Ionam* Prophetam sibi imitandum duxit *Nazianzenus*, quum à culpa immunis erat, ut ita schisma excitatum ab allјs extingueretur, atque in eo ut viro Christiano dignum erat, sese gesserit: quomodo viris Christianis dignè se hodie Hierarchici gerent, si tam culpæ ipsius rei, atque ipse *Ionas* erat, vitam non privatam, sed pastoralem, sanctam, honori suo usurpato non prætulerint, ut ita schisma non ab alijs sed a seipsis excitatum sopiatur? Regimen Episcopale rem indifferentē & legitimè mutabilem plurimi fatentur, regimen Ecclesiæ refomatum legitimum esse largiuntur: his ritè perpensis, Ecclesiæ unitatem *Nazianzeni* ad instar charam habere nunquam possunt, qui indifferentem honorem suum, tantarum tempestatum flabellum, adversus regimen Ecclesiarum reformatarum, ut illi, legitimum, ùt nos, necessarium, opstinatè tuentur. Sed ut istud Hierarchicos *Nazianzeni* exemplum quàm proximè attingit, ita *Hieracis* illud ab *Isidoro Pelusiota* & comprobatum & collaudatum, Hierarchiam ipsam iugulat. Ad Episcopatum electus Hierax; detrectabat: cum vero calumniis variis impeteretur, ita illius patronum agit *Isidorus: Illud fortasse ignorare vi-*
Epist. 223. *demini, lenitatis & mansuetudinis dignitatem, in tyrannidem transijsse: Nam si hoc ostēdere potestis, veterem pascendi gregis rationem nunc quoq; vigere,*

maxime

L.16.p.475

maximè quidem eum qui se huic negotio imparem esse arbitratus est, ac propterea in fugam se dedit, a vobis laudari æquum fuerit. Sin verè res in contrarium cessit, ab eo pœnæ minimè expetantur: Tunc enim salutis omnium causa mortem oppetebant, nunc autem pastores ovibus mortem inferunt, non corpora jugulantes (levius enim hoc malum esset) verùm animis offensiones afferentes. Tum ieiuniis corpus castigabant, nunc autem ut luxu ac deliciis exultent, efficiunt. Tum bona sua egentibus distribuebant: nunc autem pauperum bona in rem suam vertunt. Tum virtutem colebant, nunc virtutum cultores proscribunt & eliminant. Verum cum ostendam quantum inter vetus ministerium, & presentem tyranidem intersit; quæ tandem causa est. quamobrem æqualitatis amantes, coronis non redimitis ac prædicatis? quòd eo nomine *Hierarcem Isidorus* celebret, quòd præ æqualitatis amore Episcopatum recusarit, id ad alium locum pertinet, ac Sect. 65.
proinde jam non vrgeo: illud tantùm pro præsenti adnoto, nulla conscientiâ Episcopatum in *Anglia Isidori* judicio retineri posse, ubi lenis & mansueta Pastoris dignitas in fastuosam ut ille loquitur, tyrannidem abiit, vetus pascendi gregis in Episcopis ratio cessavit, ubi luxu & deliciis Episcopatus exultat, ubi salus animarum offensionibus Episcopatus impeditur, ubi servi Dei ab Episcopis depauperantur & bonis exuuntur, ubi denique virtutum cultores ab Episcopis proscribuntur & eliminantur. Quod contra *Downamus* affert, substantiam Episcopi se duntaxat defendere, personales abusus huic substantiæ præjudicare non debere: id nihil est: quum *Isidoro* aliter visum sit, idquè rectè, & subtilis ista distinctio tum locum non habeat, cum Episcopatus ipse ita degeneravit, ut abusus suprà commemoratos insitos sibi & infixos, intimeque adhærentes habeat, Iam verò ne *Hierax* sanctissimus quis, vitiis supra positis vacare poterit, qui strictissimè juxta Canones *Anglicanos*, absque ullo personali abusu, Episcopatum exercere voluerit. Quid enim; Annon luxus & deliciæ episcopatui *Anglicano* adeò tenaciter jam hodie adhærent, ut causentur Episcopi pompam & splendorem suum ad tuendam loci sui dignitatem necessarium esse? Annon *Iohannes Whitgiftus* juramento episcopali suo se obstringi dicit, ut ministri non conformantes, quanquam docti, sancti, in Evangelio prædicando diligentes, exauthorentur? Annon ex officio suo esse Officiales protestantur, ut excommunicent, bonis exhauriant, censuris exagitent, sive ministros sive laicos, quos curiæ suæ iniquissimis decretis minùs obsequentes repererint? Absque his si fuisset, ipsa tamen experientia iam diu clamavit, de sede Episcopali *Anglicanâ* verum id esse quod de aulâ dixit quidam, *eam bonos sæpe recipere, nunquam facere*: ni etiam addendum, eam cùm ante bonos receperit. eos deinceps facere malos. Quotusquisq; etenim est, quanquam doctus, pius, in prædicando diligens, qui accepta infula Episcopali, cum *Ænea Sylvio* iam Papa facto non adeò de repente mutatus sit, ut opus habeat prioris zeli palinodiam, ut ille canere? *Respu-*

ite Æneam, suscipite Pium? Hæc certè graviora sunt eis, propter quæ tamen *Iohannes* olim *Beverlaius*, Archiepiscopatui Eboracensi renunciauit. *Bedæ* is præceptor erat, Evangelium prædicare ad animarum salutem dulcissimum duxit: sed certamina & jurgia de ceremonijs exteris exorta inter Ecclesiasticos detestatus,& affectus tandem tædio tumultuum ab eisdem in Ecclesiâ excitatorum,cessit officio, *Beverlaium* se conferens, ubi in magnâ spiritus constantiâ vitam finivit, anno 721. Prędicare Evangelium è suggestu dulcissimum *Beverlaio* fuit: vos Euangelij Prędicatores suggestu pellere non cessabitis? Detestatus ille est certamina inter Ecclesiasticos excitata de ceremoniis externis: vos certamina de ceremoniis excitare, ad certissimam Ecclesię perniciem non desistetis? Cessit ille officio, quando certamina se non potuisse componere viderat: vos illo officio cedere non vultis, per quod stat', ut dissidia *Anglicana* componi non posint?quo verò sublato,apertissimus ad concordiam aditus patefactus erit? Hoc ex *Gregorio Magno* liquet, qui eandem quod ad genus nobiscum causam egit: quandoquidem Episcopatus Constantinopolitanus gradu tantùm ab *Anglicano* differebat, ut alibi demonstratum. Locum igitur hîc illa habent. *Ille coercendus est qui Ecclesiæ injuriam facit, qui corde tumet, qui gaudere de nomine singularitatis appetit, qui honori quoq; imperij vestri se super ponit. Ecce omnes hac de re scandalum patimur. Ad viam ergo rectam revertatur auctor scandali, & omnia sacerdotum jurgia cessabunt.* Videsnum viam ad pacem compendiariam esse, ut Episcopi *Anglicani* de suo primatu decertari desinant: spem verò pacis nullam esse dum injuriam Ecclesiæ faciunt, ministris cæteris scandalum inferunt, honori eorum sese superponunt, & nomen singularitatis (id enim pro Episcopo speciatim *Bilsonus* urget) appetunt? Facessat igitur superbia Episcopalis, & lites omnes cessabunt: servetur humilitas, & redibit pax: *Christus* ipse audiatur, qui ad pacem suos cohortans, contentiones de primatu suas, eos missas facere jubet. Marc .9.34. 35. 50. Quum jam patefactum esset, *Aristocraticum* Israelis regimen in Monarchicum commutatum à Deo esse, magistratum libenter abdicavit *Samuel*, & ad privatam vitam transijt: 2. *Sam.* 12. 1. Quidni hujus ad instar Episcopatu jam se exueret *Anglicanus* Episcopus,quum Monarchicum Ecclesiæ per Episcopos regimen, lux veritatis ubique jam exorta damnet, & Aristocraticum in ministris singulis pari potestate præditis, amare Christum constet? Atque hoc ad Episcopos porisma secundum est, quod à disciplinæ reformatæ, cùm pietate tum necessitate oritur, ut Episcopi scilicet eandem persequentes, & de possessione sua certare desinant, & de eadem cedant.

Catal, Test.

Lib. 4. Epi. 32.

CAP.

CAP 37

Porisma quartum; Episcopis non Puritanis dissidium Anglicanum imputandum esse.

Tertium defensionem porrigit sanctorum in *Anglia* servorum Dei, qui in causa reformatæ disciplinæ patiuntur: Hos pro hæreticis habet *Bancroftus*, pro schismaticis Hierarchici omnes, usque adeo ut schismatis seperatistarum etiam, authores eos patresque decantent. Huic calumniæ ut respondeatur, sciendum primò non unius generis omnes esse, qui Episcopale in *Anglia* regimen impugnarunt: sed alios Ecclesiæ comunionem sanctè colere, alios eandem publicè deserere, qui vulgari nomine separatistæ appellantur. His ego idem accidisse dicerem, quod *Tertulliano*, si *Hieronymo* crederem: sic enim ille. Hic cum usque ad mediam ætatem in Ecclesia presbyter remansisset, invidiâ postea & cōtumelijs Romanæ Ecclesiæ ad Montani dogma dilapsus est. Refragatur hâc in re *Hieronimo* *Cæsar Baronius*: quòd si vero in re historica adeò labilis *Baronij* judicio *Hieronymus* sit, cur illius authoritatem quasi necessariam credendam urget, si modo alicubi dixerit Episcopatum à *Marci* tempore *Alexandriæ* institutum fuisse? Sed ad rem. Contumeliis Cleri Romani, si modò *Hieronimus* verus, divexatus *Tertullianus*, in schisma incidit: sic isti schismatici hodie, persecutione Episcopali in schisma suum prolapsi sunt. Idem & *Audio* accidit, apud *Epiphanium*: Multa ille ab Episcopis passus est, propteria quòd in eorum luxum atque superbiam inveheretur, adeo hæc natio & fastu turgida, & reformationis impatiens, & monitoribus aspera, & ad superbiam luxumque denique, vel ab ipso ortu prona fuit. Sed præstat *Epiphanij* verba ipsa subtexere. *Audius clarus in patria sua propter sinceritatem vitæ & zeli, conspicatus ea que in Ecclesiis fiebant, in faciem Episcoporum & presbyterorum se oponebat, & redarguebat, velut vir veritatis studiosus & exactam vitam vivens. Si quem ex Clero videbat Episcopum vel prsbyterum pecuniæ studiosum, aut in voluptatibus & deliciis viventem, non ferebat: Et erat hoc grave admodum eis qui vitam approbatam non vivebant. Atque hac de causa contumeliis afficiebatur, contradictiones sustenebat, odio habebatur, agitarique ac protrudi & ignominia affi-i tolerabat, ad multū tempus in Ecclesia simul degens, donec quidā potenter in ipsum irruentes, virū expellunt propter talem casā: ipse vero non sustinebat se expelli, sed magis nitebatur ut veritatē diceret, & à vinculo Ecclesiæ non discedebat. Cum vero verberaretur sæpe tum ipse tum sodales ejus, & gravia pateretur valde, ingemiscens consiliarius sibi sumit in furiarum necessitatem. Nam seipsum ab Ecclesia separat, & multi cum eo discedunt, & sic divisionem fecit, etsi nihil haberet in fide diversum.* Habes hic lector quasi in scena hujus sœculi mores, omni ex parte, quasi ad vivum repræsentatos. Quando ea legis quæ hic

Serm. ad crus. Paul.

In Catalog. Illust.

Tom. 2. ann. 281.

Tom. 1. l. 3 Hæres. 70.

hic *Epiphanius* de Episcopis, cogita te videre Episcopos Anglicanos, miseros Puritanos odio habentes contumeliis afficientes, contradictionibus lacerantes, agitantes, protrudentes, injuriis divexantes, & ad postremum potenter irruendo, eos laribus, functionibus, Ecclesiâ ipsâ expellentes. Quando quæ de *Audio* refert cernis, cogita te videre Puritanos in *Angliâ*, propter vitæ sinceritatem zelumque claros, quæ in Ecclesia Anglicana vitiosa fieri vident redarguentes, prout viros studiosos & exactam vitam viventes decet, & quanquā omnia ea dira, quorum mentio jam facta est, ab Episcopis patiantur, a vinculo Ecclesiæ non discedentes, neque se expelli sustinentes, sed eo magis adnitentes, ut quàm susceperunt veritatis causam, relinquant salvam posteris. Quæ vero reliqua apud *Epiphanium* sunt, ea separatistas attingunt, eo magis inexcusabiles, quòd patientiam Puritanorum non imitentur, qui eadem omnia patiuntur, & Ecclesię gremio tamen semet minimè excusserunt: Neq; verò, vereor, quin quisq; æquus eos hoc nomine collaudaturus sit, quòd tanta passi, fraternam tamen charitatem, pacisque vinculum non violarint. Et quòd ad viperinam accusationem attinet, meminisse Episcop[illegible] & uiperas etiam audire eos apud Christum, qui intestin[illegible]us Ecclesiam lacerant, etsi ab illius communione non discе[illegible] Math. 23, 33, Hoc ab *Hugone* de sancto Charo explica-

In 2. Tim. 3 tum ita. *Multi Clerici sunt progenies viperarum: Fætus enim interficit matrem quando nascitur, quia mater crepat: & multi ex quo nati sunt in Ecclesia, persequuntur contrà Ecclesiam, & Christum Patrem, & quantum in ipsis est, interficiunt.* Qui igitur sanctos in Ecclesia servos Dei Episcopi & Clerici persequuntur: ne illud quidem *Menonij Agrippæ* in *Aventina* discessione contra schismaticos causari possunt, sicut nec

Policrat. lib. 6, c. 24. *Hadrianus* Papa quartus potuit, de quo ita legimus apud *Iohannem Sarisburiensem: Reprehensus ille, ob luxum, avaritiam, inertiā, & Ecclesiæ delapidationē, confessus est Prælatos Ecclesiæ ventres videri posse, qui multa devorarent, sed non penitus ignavos tamen, nihilq; agentes, ut qui necessariā corpori irrigationē, vegetationemq; tribuerēt,* At non ventri pastores cōparare Scriptura solet, sed capiti potiùs, oculis, naribus, 1. Cor. 12. & Episcopus qua Episcopus necessariam corpori irrigationem nullam tribuit, & Episcopus sanctos Dei servos persequens, vipera in ventre potiùs, quàm ipse venter dicendus est, ut qui ventrem crepare faciat.

Vtcunq; sit, ministri in Anglia pro disciplina reformata patientes, tantum abest ut viperæ sint, ut communem eos causam sustinere meritò dixerim, cùm sanctis quibusque servis Dei, qui adversus sui temporis corruptelas, quoquo tempore strenuè & fortiter decertarunt. Displicuit *Basilio* Episcoporum occidentalium superbia, perinde ac his Anglicanorum, neque hj duris denuntiare solent, quam

Epist. 10. denunciauit ille, non decere premere eos qui per tentationes humiliati sunt, & afflicti, neque [illegible] cùm id peccati vel solum ad constituendam adversus Deum inimicitiam sufficiat.

In

In eadem etiam causa patiuntur in qua *Hironymus* passus est, in quem quòd liberius & locutus esset & scripsisset, Clerum Romanum coniurasse *Baronius* ipse non diffitetur: vnde in Palæstinā se recipere cōgebatur: Hæc autem libertas ea fuit, quæ jam Anglicana est, Ecclesiæ suæ Hierarchicam impetere visus est, inquit Dominus *Mornæus*, verba verò illius ea citat, quæ & ministrorū sunt, & in Episcopos Anglicanos recidunt. *Est ibi* (inquit) *sancta Ecclesia*, id ipsum de *Anglia* jam ministri confitentur. *At sane ambitio* (inquit) *& potentia, luxuria etiam ventris & gutturis, quæ subvertere nititur fortitudinē crucis cujus vexillum austeritas sustulerat prædicationis.* At nunquā *Hironymo* videre contigit divexationas prædicantium crucē eas, quas jam in *Anglia* videre est: ubi austera prædicatio crucis omnis videtur, quæ adversus vitia fortis est: ita ambitio, potentia, luxuriaque prævaluerunt. Concilium Ephesinum Canonem edidit contra Episcopos alienam provinciam invadentes: primò ne sub prætextu sacerdotij potestatis fastus in Ecclesiam irreperet: secundo, ne libertas amittatur, quam nobis Christus dedit. Quas rationes citat & approbat Whitakerus: Duplici igitur nomine ministri in Anglia excusandi jam sunt: primo qui sciunt Episcoporum Anglicanorum in reliquos collegas usurpationem, potestatis fastum redolere: secundo, quia standum pro libertate putant, quam pastori unicuique Christus dedit, quæ multo magis ab usurpatione Episcopali Anglicana jam periclitatur, quam ab invasione ea, quam concilium *Ephesinum* condemnavit. Quum *Iohanes* Constantinopolitanus Episcopus Vniversalis fieri voluit: non solum *Gregorius* ipsi restitit, sed ad alios scripsit etiam, ut communem sacerdotum dignitatem tuerentur. Rationes vero easdem fere quas Concilium ante Ephesinum affert.

Histor. papat. p. 5.

Ad Marcel.

Conc. I. c. 8

Cont. 4. q. 4. c. 3.

l. 4. epist. 32 34. 38. & 61

Primò, quòd Luciferi superbiam suboleat, supra Episcopos, qui nubes & stellæ sunt, se exaltare.

Secundo, quia dum privatum aliquid datur uni, honore debito sacerdotes spoliantur universi. Duplici igitur nomine ministri in *Anglia* rursus excusandi sunt. Primo, quòd sciant ministros omnes Episcopos esse, & nubes Dei, & stellas Christi, quas ille in manu sua tenet: sic ut Luciferiana superbia turgeant Anglicani Episcopi sit necesse, qui supra eos se exaltant. Secundò quòd videant, si privatum illud & singulare quod jam Episcopi sibi vendicant, illis tribuerent, honore debito ministros verbi Dei reliquos spoliarent. Iam uero hujus *Gregorij* tēpore appulit in *Angliā Augustinus* monachus qui mille ducentos Bangorenses neci tradi procuravit, quòd illum pro suo Archiepiscopo recipere noluerant. Quidni igitur horum imitatores ministros dicerem, etsi usq; ad sanguinem, sicuti illi, adversus Episcopos Archiepiscoposque, adhuc non restiterunt; Imò verò, inquies, refert *Galfridus* Monumetensis, septem eo Episcopatus, & Archiepiscopatum unum habuisse. Sed quando, quales? Quum ad Synodum anno. 602, inquit *Baleus*, authoritate regia vocarentur: consuluerunt

Lib. 8. c. 4. Centur. 1. c. 70.

fuerunt virum gravem quendam & prudentem, qui *Augustinum* pro Archiepiscopo recipiendum non fuisse suasit, nisi ipsis assurgeret, præsertim numero pluribus, & signa sodalitatis præberet. Quid fit? Accedunt Bangorenses & *Augustinum* ambitosè in sella sedentem vident, & neque eis assurgentem, neque signa aliqua familiaritatis præbentem. Quid illi? Mori potiùs maluerunt, quam hujusmodi Archiepiscopo patriamque Ecclesiamque subiugatam videre. Quam illi virtutem ne admitteretur Episcopatus Hierarchicus ostenderunt, annon jam ut profligaretur ostendere eorum posteros? Vide *Anglia* quinā tui prisci Archiepiscopi fuerint, & ob amissam libertatē ingemisce. In sella sedere olim Archiepiscopū, ambitiosū putabatur: non collegis assurgere, non signa omnia familiaritatis, socijs prębere, numero pluribus eorumq; maiori parti subiectum non esse: tyrannicū, impudens, superbū habebatur. Atq; hanc societatē quam *Bangorenses* in *Augustino* expectabant, non in Episcopos solùm, verū & ipsis patriarchis requisivit *Bernard.* de qua amissa, ita jam ministri in *Anglia* illius verbis conqueruntur. *Vides omnem Ecclesiasticum zelum fervere pro sola dignitate tuenda: Honori tantum datur; sanctitati nihil, aut parum: Si causa requirente paulo summissius agere, aut socialius te habere tentaveris, absit inquiunt, non decet, tempori non congruit, majestati non convenit, quam geras personam attendito: De placito Dei ultima mentio est, pro jactura salutis nulla cunctatio, quod sublime est hoc salutare putamus, & quod gloriam redolet, id justum .... Hic, hic, non parco tibi, ut parcat Deus.* Vides non nunc primo inter omnes verbi ministros socialitatem desiderari: non nunc primò in *Angliâ*, hic graphicè depictum Episcopalem fastum coargui, zelumque illum qui in Episcopis Anglicanis fervere jam solet, pro sola dignitate tuenda, reprehendi.

De consider. lib. 4.

13 Operæpretium verò est ea interere, quæ de hoc *Bernardo Otho Frisingensis* refert. Præfuit ille Sinodo in *Iulliis*, *Pictaviæ habitæ*, in qua *Gilbertus Porretanus* ejus loci Episcopus, de Trinitate male sentiens, damnatus est, composito symbolo, in quo quid erat eâ de re sentiendum probatur. Hinc Cardinales vociferantur. *Quid fecit Abbas ille tuus, & cum eo Gallicana Ecclesia? Qua fronte, quo ausu, cervicem contra Romanæ sedis primatum & apicem erexit? Hæc est enim sola quæ claudit & nemo aperit, aperit, & nemo claudit. Ipsa sola de fide Catholicâ discutere habeas, à nullo etiam absens, in hoc singulari honore præjudicium pati non potest.* His *Eugenius* irritatus, novitatem tantam seriò vindicandum putat: unde, *Romam* accitus *Bernardus*, se humiliter purgat, & symbolum Gallicum, quanquam bonum rescissum est. Vrebat verò & illud, quòd *Bernardus* inter disputandum, quædam verba liberiora protulisset: ad quæ cùm *Gilbertus* Porretanus dixisset, scribatur, & hoc, respondit *Bernardus*: *Ita quidem & stylo ferreo & ungue admantino.* Revocetur hic Iurisperitorum placitum illud. *De similibus simile est judicium*: & in Ecclesia Gallicana, Ecclesias reformatas, in *Bernardo* ministros Anglicanos, in cardinalibus

De Gestis Frederic. 1. lib. 1. c. 57.

libus Anglicanos Episcopos repræsentari affirmo. In Ecclesiis reformatis Synodus celebrant, de rebus fidei in Synodis judicant, & Synodis præsident, authoritate communi & in singulis pari. Pro quâ libertate Ecclesiasticâ revocanda, ministri Anglicani contendunt: Exclamant Episcopi, cervicem hoc modo erigi in primatum & apicem dignitatis Episcopalis, eamque in suo *singulari* honore præjudicium non ferendum pati; Episcoporum etenim proprium esse judices sedere, excommunicationemq; ad eos soles pertinere, ut nemo præterea, aut claudere, aut aperire nisi eorum licentiâ possit: factiosum deniq; cœtum unumquemq; in *Anglia* Puritanicum esse, ubi ipsis insciis formæ disciplinæ exarantur, aut res aliæ Ecclesiasticæ agitantur. Nihil igitur novi in *Anglia* fit, libertas ministrorum, libertas Bernardiana fuit: singularis Episcoporum honor, honor ille erat, pro quo Romani Cardinales contra *Bernardum* dimicabant: At sicuti quæ *Bernardus* pro libertate ecclesiastica à Cardinalibus patiebatur, pro ministris in *Anglia* patientibus sunt: ita etiam & illa, quæ à *Bernardo Albingenses*. Quum enim ille externam eorum conversationem damnari non posse intellexit, ut nec ministrorũ damnare jam hodie Episcopi possunt; hypocrisin scilicet illis objecit, sed verbis eis, quæ ex pulpitis jam detonare in ministros Hierarchici solent: *Hi oves sunt habitu, astu vulpes, crudelitate lupi, hi sunt qui boni videre, non esse mali non videri & esse volunt.* Quinetiam Episcopum Anglicanum egit? quum multitudinem ad eos confluentem ægrè tulit: quemadmodũ multitudines ad ministros confluentes ferre jam nequeunt Hierarchici Anglicani: Atq; sanè has ut cohibeant, similia ferè cum *Bernardo* vociferantur: *Basilicæ sine plebibus, plebes sine sacerdotibus, sacerdotes sine reverentia, & sine Christo deinde Christiani. Ecclesiæ hac ratione Synagogæ reputantur*: Atque hos quidem Albingenses, *Bernardus* in Cantica, per contemptum Apostolicos vocat, quem ad morem, & ministri Anglicâni jam à nonnullis traducuntur, quod nullum illis regimen Ecclesiæ, nisi Apostolicum placeat. Serm. in Cantic. 66. Epist. 240.

Horum verò successores *Waldenses*, *Cathari* audiebant, sicut nunc ministri in Anglia, Puritani: idque eandem ferè ob causam, uti ex eis liquet, quæ *Reinerius Pisenus* objicit: Quid enim ille? Malè nempe cum habet, quòd affirment Ecclesiam à *Sylvestri* tempore degenerasse, quòd sentiant Episcoporum dotationes per *Constantinum*, venenum in Ecclesiam effundisset quod denique cruce-signationes & ceremonias Ecclesiæ reliquas aboleant, quæ primævam simplicitatem redolere non videbantur. Quòd si porro hæc sequentia *Reinerij* verba tecum recolas, Episcopum Anglicanum in Puritanos detonantem te audire putabis. *Inter omnes sectas* (inquit) *non est perniciosior quam Leonistarum* (puritanorum:) *quia omnes aliæ* (papisticæ præsertim) *immensitate blasphemiarum horrorem inducunt: hæc vero magnam habent speciem pietatis, eo quod coram hominibus juste vivant, & bene omnia de Deo credant, & omnes articulos qui in Symbolo conti-* Histor Papal p 329. P. 328.

tinentur: solam Romanam (Anglicanam) *Ecclesiam blasphemant & oderunt, cui multitudo facilis est ad credendum* (adeò scilicet populares Puritani sunt) Ad hæc verò *Waldensium* tempora *Iohannes Sarisburiensis* prope accedit, circa annum 1160: qui adeò graphicè reformatorum in *Anglia* conditionem describit, ut nihil suprà. *Qui pro veritate fidei inquit aut pro sinceritate morum aliquid loquitur, aut superstitiosus est, aut invidus, aut quod capitale est, principis inimicus. Si quid dixeris contra dominatores fidei, benè tecum agetur, si non mutulatus retundaris in carcerem, aut in exilium propellaris: undique conclamaberis: & tam ambitiosi quam fautores eorum, extremæ damnationis in te non verebuntur ferre sententiam: unum autem remedium tibi Dominus procurabit, quod cuiusq; sapientis & timentis Deum conscientia consonat verbis tuis. Inde est quod sententia eorum de te, non semper obtinet: Si enim ipsis creditum fuerit, quasi læsæ maiestatis reus, hostis publicus iudicaberis. Diceris quippe publica evacuare iudicia, & dum professionis propriæ zelator, Ecclesiasticam erigis libertatem, sapientum subvertis principum, eosque quasi stultos & contemptibiles reddere machineris.*

Polícrat. lib. 7. c. 20.

Macte igitur virtute ô fratres fortissimi, non vos patribus vestris meliores estis: qui eadem ut hic videtis, passi sunt, facem vobis præferentes: ex invidiâ Hierarchiam reprehendere dicimini, ita & de illis dictum. Professionis quasi propriæ zelatores stulti quidem si non insani habimini: haud minùs illis singularitatis amantes, & zelo plùs nimiùm fervido sententiarum propriarum sectatores habebantur. Libertatem Ecclesiasticam quærere vobis jam probri loco est: ita & illis etiam eandem exercere: presbyterialem disciplinam erigendo, regiam majestatem lædere, & publica judicia evacuare conclamamini: ita & de illis conclamatum erat: principis sapientiam in quæstioné vocare vos, ut eiusdem potestatem contemptibilé reddere objicitur hodie: ita illis obiectum olim. Cogitate porrò criminationes quas ad horum instar sustinetis, carceres quibus mancipamini, exilia in quæ pellimini: ab eisdem ambitiosis, eisdem dominatoribus fidei, eisdem adulatoribus iam provenire, à quibus olim similia intentata sunt, testimonium interim vobis perhibente, cuiusq; Deum timentis viri conscientiâ, imò Christo ipso quasi agonotheta, vos inspectante, coronamq; vobis immarcessibilem in cœlo præparante.

9 Pergamus ad alios: *Adelbertus, Clemens, Sampson, Sidonius, Virgilius* sive *Vergilus*, cur quæso à Papa *Zachariâ* excommunicati, quidam etiam incarcerati sunt? Non ut hæretici sed ut schismatici, revera ut Puritani *Anglicani*: *Bonifacio* etenim Romani Episcopi authoritaté iactitanti restiterunt, principio isto puritanico, *Omnes veros doctores Apostolorum successores esse.* Quæso te quisquis es, si omnes doctores Apostolorum successores sint adæq; ac ipse Papa; cur non adæq; ac ipse Dominus Archiepiscopus Episcopusque? Neq; lepidum illud de *Virgilio* apud *Aventinum*, extra hanc causam nostram est: prædicasse scilicet *Virgilium* esse Antipodas, ob eamque causam de gradu dejectum

Balæus cent. 14. c. 30. 31. 32.

jectum, quòd alium mundum, alium œcumenicum pontificem, alium solem docere videretur: Nam ut qnælibet monstra fabricatus tum *Bonifacius* est, cum primatui papali quid detractum videbatur: ita ex nostra pro reformatâ disciplinâ defensione haud minùs verâ, mirabilia quædam somniant Episcopi, mundi scilicet totius innovationem, imò mundi cujusdam novi fabricationem, novos Papas, novos Pontifices, novas regulas, novum certè regimen, solemque etiam Ecclesiæ novum, quia spirituali radio tantùm, non autem externo hoc Hierarchico collucentem: Atque ut hisce succedunt jam ministri in Angliâ, ita & alijs viris haud minori sanctitate claris. Quid ego de *Arnulpho* dicerem? Non etenim ob hæresim aliquam *Honorij* tempore, aut odio habitus ille, aut clanculùm à Romano Clero interfectus: sed illius temporis Puritanus cum esset, quòd Episcoporum inertiam, luxum, superbiam, delicatiorisq; vitæ amorem liberiùs reprehenderet. Non multùm ab hujus tempore *Arnoldus Brixiensis* distabat, ab *Hadriano* 4. hæreseos damnatus, quòd civilem administrationem in clero damnaret, quô nomine in Anglia & hodie ministri patiuntur. Puritanus etiam ad annum 1250. *Robertus Capito* Episcopus Lincolniensis erat, ob assertiones tum Puritanicas, & vexatus multis modis, & excommunicatus, & excomunicatione tandem mortuus. In epitaphio, *Prælatorum correptor, & Presbyterorum director* celebratur: nimirum à luxu, pompa, superbiaque ea abfuit, quibus jam prælati Anglicani laborant: prout illa tempora ferebant, ad puritanicam duntaxat presbyterorum directionem accedebat, Quàm verò puritanicè in concione ea quam commemorat *Io. Hus*, coram Papa; contra Episcopos, indoctos pastores & negligentes, jam in Anglia non tolerantes modò, sed pariter approbantes detonabat? *Lugendæ inquit coarctationis ac imminutionis, ac per hoc dilationis complementi regni Christi causa in promptu est, bonoru scil. pastorũ defectio, & malorum multiplicatio. Vnius enim una est causa, & oppositorum causæ oppositæ: unde cùm boni pastores, & potestatis pastoralis libertas causa fuerunt dilatationis fidei & religionis Christianæ: necessariò e contra coarctationis & immutationis ejusdem fidei & religionis causæ, sunt pastores mali, & eorum multiplicatio, & potestatis pastoralis repressio. Et quia boni corruptio est oppositi mali generatio, necessario mali pastores sunt causa infidelitatis, schismatis, hæreticæ pravitatis, & vitiosæ conversationis per omnem orbem. Ipsi enim sunt secundum vocem Prophetarum, portionis dominicæ desiderabilis in desertum solitudinis datores, omnis terræ desolatores, gregis Domini dispersores, dilaceratores & dissipatores vineæ Domini, depastores & demolitores, & pollutionis super omnem terram effusores. Sed quæ est hujus mali tanti prior & originalis causa, fons & origo? Causa, fons, & origo hujus est hæc Curia. non solum ex eo quod hæc non dissipat: & has abominationes non purgat, cùm ea sola hæc maxime possit & ad hoc summe teneatur, sed eo amplius, quod ipsa per suas provisiones, dispensationes, & collationes, curæ pastoralis tales, quales*

Thrithem. Chronic. Hirsaug.

Balam.

Math. Paris. in Henric. 3.

Digitized by Google

-lis prælatii sunt pastores, imo mundi proditores, in oculis solis hujus constituit. Hæc ille, in quibus causam nostram agit multis modis.

Primò, pastoralis potestatis repressionem, totius in Ecclesia mali originalem causam ponit: mali igitur in Episcopos culpa jam omnis conferenda, quia & libertatem pastoralem, dum prædicant, diminuunt miserè, & pastores permultos qui diligentissimè prædicabant, à prædicando depellunt.

Secundò, malorum omnium origo in Ecclesia, *Lincolniensis* judicio, malorum pastorum multiplicatio est; non igitur papistarum hæretica pravitas nobis deputanda est, sed Episcopis: per quos hæc mala multiplicatio & toleratur, & approbatur.

Tertiò, *Curiam* illam *Facultatem*, canonesque illos damnat *Lincolniensis*, a quibus per Episcopos pluralitates aliarumq; abominationum & dispensationes & approbationes prodeunt ad totam terram desolandam.

Sequitur *Petrus de Corbaria* & *Michael Sisenas*, qui ob Puritanismum Anglicanum, propria bulla in extravagantib⁹ *Iohannis* 22. quæ
Antonius in Summa. p. 4 incipit, *Dudum ab audientia* &c. & damnati & excommunicati sunt. Hęc enim illa capita sunt, propter quæ patiebantur. Primò, *Petrum* non fuisse magis caput Ecclesiæ, quam quilibet Apostolorū. Secundò, sacerdotes omnes cujuscunq; gradus existunt, esse æqualis authoritatis, potestatis, & iurisdictionis ex institutione Christi.

Sequitur *Iohannes de Poliaco*, qui anno 1322. floruisse fertur ob id damnatus in extravagantibus canonibus, quod dixerit pastores & Episcopos habere suam potestatem immediatè à Christo ejusque Apostolis, & discipulis, & non à Papa, eoque Papam eorum jus & potestatem nec posse nec debere minuere. Hoc planè puritanicum erat: utpote ex quo sequetur, à nullo Episcopo jus & potestatem presbyterorum, quòd ad iuridictionem & exercitium, minui posse, quod eam habeat presbyteri non mediatè ab Episcopis, sed ab ipso Iesu Christo immediatè. Quanta *Zisca* nobilis ille Bo-
Catal. test. p. 1794. hemus pertulerit, notum est; in cuius Epitaphio inter cætera legitur *Visus sum mihi esurientium justissimā causam, adversus delicatos, pingues, & bene saginatos sacerdotes egregie egisse, & ob hoc Dei auxilium sensisse.* Atqui inquam Puritanorū in *Anglia*, jam hodie justissima hæc causa est, sic ut Dei auxilium in eadem defendēda meritò expectare possint.

Sequitur testimonium Civitatensis, de piorum suo sæculo viventium vexatione, quæ eadem quæ mimistrorum erat.

Lib. 8. p. 1839. [O error cæcus, inquit: *Nam si subditi intelligentes prælatorum ac rectorum leviter saltem negligentias & vitia tetigerent, ac sacrorum canonum ac divinorum eloquiorum testimonia adduxerint, tot indirectis increpationibus, depressionibus, humilitatibus, injustis gravaminibus, & contumeliis afficiuntur: imo tanquam fantastici, & cauteriatas erroneasque conscientias habentes, contemni, & non audiri dicuntur: quod etiam ex hoc præ humana infirmitate interdum commoventur se defendendo, à quo con-*

trà Prælati sibi occasionem suscipiunt, eosdem quasi juste deprimendi & humiliandi. O nimis stupenda & vere culpanda vesania. Quid perniciosius? quid rea salute remotius, quam illos detestari qui eos satagunt ad salutem adducere, & se lethaliter vulneratos sanos æstimare? Tales sunt prælati & rectores, qui stricte aliorum vitia reprehendunt, sed cum ipsis vel leviter resistitur, mox ad hæreticorum ructum, qui (*secundum* Origenem) *reprehensores suos persequuntur, se convertunt, & tanquam carnales, dissensiones fructificant.*

Non est igitur quod ministrorum perpessiones quis condemnet, etsi nonunquã lapsi fuerint præ humana infirmitate in seipsis defendendis: agnoscenda potius in Episcopis ars vetus est, qui inde prætextum quærunt, ac si iustè affligerentur. Non est credendum eos fantasticos esse, & conscientias erroneos habere, ut calumniantur: vetus hæc prælatorum criminatio semper fuit adversus eos, qui eorum uitia vel leviter tetigerunt. Non est fidendum jactationi Anglicanæ, quæ gloriosam Ecclesiam nostram prædicare solet: sic olim factum, prælatis sanos se æstimantibus etiam quando læthaliter vulnerabantur. Non est denique dissensionum in *Anglia* culpa in ministros conferenda, sanare hi (ut olim pij) & ad salutem reducere conantur: reverendum potius in Episcopis diuinum iudicium est, quod hanc erroris Hierarchici mercedem eiusdem patronis retribuerit, ut fructus in eis hominum errantium apertè appareat, persequutio nempè, & in suos reprehensores dissensionum fructificatio. Apponẽdum verò adhuc de sæculo suo *Francisci Petrarchæ*, testimonium est. *Simplicitas* (inquit) *amentiæ, malitia sapientiæ nomen habet, virique boni usque adeo irridentur ut fere nullus qui irrideri possit appareat.* Quis oculatior in hac tabulâ non ipsam iam *Angliam* descriptã videt? evanescit etenim morũ simplicitas, quia quæ residua in piis & puritanis erat, pro fatuitate habetur: languescit zelus, quod qui reliquus in piis & puritanis erat, irrisioni habetur: increbrescit è contra morum malitia quod ij soli sapientes habeantur, qui se tempori ita accommodant, ut à contempto illo piorum & puritanorum grege se quam longissimè segregent. Atque jam videre est, quam magni & quam multi viri, ministris in *Anglia* patientibus præiverunt. *Epist. 11.*

CAP. 38.

Maculæ generales diluuntur.

Diluendæ jam maculæ generales quædam sunt: brevissimè tamẽ, quia de plerisque separatus dicendi locus est.

Prima est, quod ministros tribunalia Anglicana cum forensia tum Ecclesiastica condemnarint: cui nihil aliud respondendum, quam illud Gelasij: *Neminem gravare debet iniqua sententia*: Neq; est, quod sparsa hinc in vulgus communi infamia quis commoveatur, sed in memoriam revocandum quod de *Paulo Gregorius Doctor Gentium*

se in prædicatione currere testatur, per infamiam, & bonam famam, qui etiam dicit ut seductores & tamen veraces. Secunda, de causæ levitate est, quæ nova non est: sic enim à *Mauritio* Imperatore *Gregorio* objectum olim, *cum de re frivola contentionem in Ecclesia excitare, quum de nomine tantum Episcopi universalis controversaretur.* At quod ille Episcopatum Constantinopolitanum impugnans, id nos contra Anglicanum perinde illicitum contendentes, respondere jam possumus: *Quædam frivola sunt & innoxia, quædam frivola & noxia:* etsi frivolum quis esse dixerit quod Dei est: quodque totam Ecclesiam turbat? Rursus igitur cum Gregorio. *Non mea causa sed Dei est, pompatici cujusdam sermonis inuectione tota turbatur Ecclesia.* Rursus: *Vos eandem causam nullam esse dicere non debetis, quia si hanc æquanimitatem portamus, universæ Ecclesiæ fidem corrumpimus.* Sic & unitatem etiam; de hac etenim ita Cyprianus: *Hanc unitatem firmiter tenere & vendicare debemus, maximè Episcopi qui in Ecclesiâ præsidemus, ut Episcopatum quoque ipsum unum & indivisum probemus.* Hæc adfert *Iuellus* noster, contra Papæ primatum, sed valent etiam adversus primatum Episcopalem Anglicanum, cum Episcopi nomen hic generaliter à *Cypriano* usurpatum esse pro quovis Ecclesiæ præside (sicut ipsemet interpretatur) & res ipsa clamat, & suo loco demonstrabitur. Idipsum demonstrat locus ille *Cypriani* alter, unà à *Iuello* citatus: *Ecclesia invicem sibi cohærentum sacerdotum glutino copulatur.* Quid igitur est? Non per unius Episcopi præsidentiam Anglicanæ Ecclesiæ unitas; sed pastorum omnium concordiâ potius, quasi glutino quodam conservatur, quæ cum inter pares maximè vigeat, ita a ministris jam Anglicanis colenda est, ut ministerium omnium unum & indivisum (juxta consilium *Cypriani*) contra Anglicanam Episcoporum usurpationem una ab ipsis defendatur.

Lib. 4. epist. 32.
Lib. 6. epist. 24.
De Simplic. prælat. Artic. 4.
Lib. 4. epist. 9.

Superest macula tertia: in quâ ministris hoc non parum præjudicare quibusdam videtur, quòd non contra exteros, sed fratres suos, hæc lis eorum intendatur. Atqui polliciationem illam Ap. 14:13. Beati qui postremis temporibus adversus Bestiam, adæque ac illi qui contra Ethnicos Imperatores in primâ Ecclesiâ, patiuntur, ad ipsos pertinere dico: Bonitas etenim causæ est, secundùm quam servorum suorum patientiam metiri Deus solet: hostium inæqualitas inæqualitatem si inferret non adeò beati martyres qui à Papa Christianum nomen profitente, quàm qui ab Ethnicis Imperatoribus, ab eodem alienis, occisi sunt. Quid quòd ministri Anglicani pro nullo alio jam à fratribus patiuntur quàm quod papale est? Addam etiam & amplius, prout certamen majus illud est, quod contra fratres servi Dei sustinere adiguntur: ita & uberiorem gloriæ segetem continere semper solet: id quod vox illa Spiritus sancti insinuare videtur. *Hic est tolerantia sanctorum*: Ap. 14. 12. ac si dixisset: Hic experimentum fortitudinis Christianæ eo luculentius, quòd non jam adversus Ethnicos, sed professos Christianos, certamen subeundum sit. Intueamur

mur Christum authorem & consummatorem salutis nostræ, qui non tam propter apertos hostes, quàm domesticos, qualis Iudas erat, (ut olim *David* propter *Achitophelem*) commotus est: Psal. 55: 12, 13. cui jam qui conformantur, verè eis cum *Cypriano* dicere licet: *Nobis ignominia non est pati à fratribus quod passus est Christus: neque vobis gloria est facere, quod fecit* Iudas. Pertinet huc quod Ecclesiæ Smyrnensi scribit Christus Ap. 2:9. Tulit gravissimas calamitates *Ephesus*, illiusque ἀντίτυπος primitiva Ecclesia, sed ab Ethnicis hominibus. quod aliquod lenimentum erat doloris: sed *Smyrna*, Ecclesiaque illi ἀντίτυπος, à *Constantino* ad *Gratianum* usque; decurrens, à suis ultima quæque passa est, à suis inquam, qui se Iudæos & germanos Christianos profitebantur. Hinc omittit minas Spiritus sanctus, qui ad has Ecclesias scribit, & consolatur quantum potest, idque solamine eo, quod jam in Anglia languescentes confirmare meritò potest: *Novi afflictionem tuam*, ut eam justam esse, hostes tui vociferentur: *novi paupertatem*, despiciunt te turgidi, contemnunt superbi, *sed coram me dives es: ne metue quæ passurus es*, nam & hæc quæque quantumvis à Iudæis illata, quantumvis ab eis qui se orthodoxos haberi volunt, in præmium tibi cedent. Hoc ita cùm sit, ne fatiscant animo jam in *Anglia* patientes, sed pergant porro, & ad singulos gressus (quod mater illa Lacedæmonia) virtutis masculæ, & (quæ Spartanâ multo potior est) Christianæ recordentur: robore increscant insuper, juxta illa *Iohannis, qui justus est, justificetur adhuc*: Ap. 22. 11 vestimenta denique sua à subscriptione Anglicanâ impolluta conservent: ita enim Christo suo dealbati incedent, pariter ut illi qui in Sardicensi ἀντίτυπῳ Ecclesiâ Lutherana, à subscriptione libri concordiæ se impollutos servaverunt: Ap. 3. Atque hoc porisma tertium est, quod ex disciplinæ reformatæ cum sanctitate tum necessitate oritur, ministros in Anglia qui pro eadem patiuntur, laudandos non condemnandos, coronis potiùs redimendos quàm pœnis affligendos esse,

L. 1. Ep. 3.

CAP 39.

Porisma quintum, fratribus non esse silendum in causa disciplinæ, etsi Episcopi ea conditione conniverent,

QVartum, ministros tacentes respicit: de quibus sciendum est, solere Episcopos ad nonnullos connivere nonnunquam, præsertim ruri constitutos (in locis. n. celebribus non ita id facilè ferent) quos aut populi gratia, aut potentum dominorum patrocinio, florere vident, Hîc autem hanc viam ineunt: spondebunt pro sua parte ministri de quæstione disciplinæ, tum in concionibus, tum in publicis coram populo orationibus, se tacituros: hac conditione recepta, promittent illi vicissim, à quæstione abstinere se velle tantisper, dum nulla de his querela deferatur: ita nemine accusante,

sub

sub isto silentio, & prædicare nonnulli permituntur, nec conformantes, nec subscribentes, & satis quietè agere. Similis ista quo ad Episcopos indulgentia quæ illa *Traiani* olim erga Christianos fuit, quam ita exagitat *Tertullianus*: *Atqui invenimus inquisitionem quidem in* Apolog. c. 2. *nos prohibitam*: Plinius *enim secundus cum provinciam regeret, multitudine Christianorum perturbatus, consulit* Trajanum *Imperatorem, cui* Trajanus *rescripsit*: *Hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere. O sententiam necessitate confusam. Negat inquirendos ut innocentes, & mandat puniendos ut nocentes. Parcit & sævit, dissimulat & animadvertit. Quid temetipsum censura circumvenis? Si damnas, cur non inquiris? si non inquiris, cur non absolvis: Latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio sortitur, ... & ad socios, ad conscios usque inquisitio extenditur. Solum Christianum inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio quàm oblatio? Damnatis ergo oblatum, quem nemo voluit requisitum, qui puto non jam incurrit pœnam, quia nocens est, sed quia non requirendus inventus est.* Hæc ille, quibus & innocentiam nostram ab Episcopis contestatam, & Episcopos censura propria circumventos esse luculenter demonstrat. Non ego igitur ab Episcopis rogabo quo loco *Whitgifti* excusatio habenda sit, qui juramento Episcopali obstrictam se fuisse dixit, ut ministri non conformantes exauthorentur: neque eorum conscientias pulsabo, qui quocunque juramento non obstante quosdam tulerant, etsi astutam sub pectore vulpem in eo gerere videantur, quòd ut Pharisæi olim, in populi gratiam, nonnullis parcant: dum in alios sæviunt, vel hæc una *Tertulliani* expostulatio satis erit. Non magis *Traianus* Christianis faveret quam latronibus, nisi conscius esset Christianos velut latrones maleficos non esse: sic non magis ad ministros non conformantes connivèrent jam Episcopi, quàm ad maleficos, si non dictaret cõscientia, eos homines nequã minimè esse. Subesse igitur synthere sis quædam conscientiæ videtur, quæ de horum hominum probitate Episcopos admonet: præsertim cum exactè urgeat canon subscribendi necessitatem. *Baronius* de libellis indulgentiæ & concessionis agens citat ex *Vlpiano* libellum ejusmodi etiam quoad causarum cognitiones illicitum esse, quod edicto contravenit: *Vbi decretũ necessari-* Tom. 2. anno *um est*, inquit *Vlpianus*, *per libellum id Consul expedire non potest*: *Omnia* 253. p. 420 *enim quæcunque causæ cognitionem desiderant per libellum expedire non possunt.* Sed utrum hæc cognitionis & inquisitionis omissio, canone prohibita, Episcopis licita necne sit, non magni refert: illud ministros attingit propius, utrum hic libellus quasi indulgentiæ, ab illis licitè, ab Episcopis accipi posset. Dubium hoc facit eorum sententia, qui libellaticos eos olim dictos putant, qui pecuniâ se redemerant. Citant hi in hanc sententiam hæc *Cipriani*, qui in personâ libellatici ita loquitur: *Ego prius legeram idolis sacrificandum non esse, &* idcirco Epist. 52. *ne hoc facerem quod non licebat ad magistratum vel veni vel alio eunte mandavi, Christianum me esse, sacrificare mihi non licere, dare me ob hoc pretium,*

tium, ut quod non licet faciam. Verba hæc quanquam planâ sint, inquit *Baronius*, semper tamen *Tertulliani* dogma illud, non licere Christiano se à vexationibus Gentilium pecuniâ redimere, pro Montanico habitû est, & à *Petro Alexandrino* condemnatum. Allegat verò exemplum *Iasonis*, quem pecuniâ se redemisse dicit: *Act*. 17, 9. sed falsò: non etenim satis pecuniæ à *Iasone* magistratus accepisse dicitur, sed τὸ ἱκανόν, id est, vel responsionem talem quæ ipsis satisfaciebat, vel, ut *Budeus* hanc phrasin interpretari solet, satisdationem, ut se legitimo judicio, si opus esset, sisterent. At quid si pecuniâ se *Iason* redemisset, annon *Pauli* exemplum meritò præponderare debeat qui se pecunia redimere noluit? Act. 24. 27.

Postremò, quid si pecunia se redimere licitum sit? aliud est se pecunia; aliud promissione silentij se redimere, quod à nullo Christiano factum in prisca Ecclesia legimus.

2. Quid igitur de ministris Anglicanis sentiendum qui promissione silentij se ab Episcoporum vexationibus redimere solent? Certè ut socios suos in eadem causa patientes non condemnant illi quos interno Spiritus motu in arenam protractos judicant, quem in semet se non sentire dicunt: ita nec ego vicissim eos temerè condemnandos putarem, præsertim cùm singulari Dei providentia hinc datum videam Ecclesijs nonnullis, ut prospectum jam sit, qui verbi aliter beneficio privarentur. Hanc ob causam non ego duriùs cum eis agam, imò ne multis quidem, tantùm breviter quædam addam ad ea quæ alibi à me olim scripta sunt, ut capita rerum perstrinxisse potiùs, quàm solidam disputationem instituisse videar.

Primùm igitur magno hîc & serio conscientiæ examine opus esse dico, sic ut intimi animi recessus excutiantur, latebræ omnes explorentur, propterea quòd promissio silentij ista, silentiumque ipsum, speciem ejusdem abnigatæ vel ludificatæ confessionis præ se ferre videatur. Absit claudicatio. 1 Reg. 18. 21. absit secreta confessio Nicodemitica. Iohan. 3. 2. absit tepiditas: Ap. 3. 16. absit pudor verborum Christi coram natione adultera & prava: Marc. 8. 38. absit timor perdendi: Ap. 21. 8. absit denique amor acquirendi: cauda etenim draconis hęc fuit, qua stellæ de cælo ad teram dejici consuescunt. Apocal. 12. 4.

Secundò, Anglicanas corruptelas in *Anglia* τῶν Laodicæâ postquam Christus reprehenderat, hoc subjungit Epiphonema: *Qui habet aures ad audiendum audiat*: Apo. 3. ult. Ex his verbis perspicere cuivis promtum, singularem illis affulsisse gratiam. Dei, quorum aures reserravit, ut Ecclesiæ *Anglicanæ* corruptelas & discernere & fugere queant. Hoc ita cum sit, nonne gratitudo postulare videtur, ut hac gratiâ utamur, ad Dei honorem à quo misericorditer data est? Verum est, respondetis: idque à nobis optimè fit, nosmet etenim puros servamus ut Ecclesiæ corruptelis non communicemus, & si silemus, eò silemus ut prædicando Evangelium Filij sui Deum glo-

glorificemus. Atqui intelligendum, non in noſtri duntaxat gratiam hoc donum dari, ſed etiam ut proximus ædificetur: *Omnis manifeſtatio Spiritus data eſt ad ædificationem*, inquit *Paulus* 1. Cor. 12. 7. Claudicat igitur hæc defenſio; quòd hac gratiâ utimini ad voſmetipſos perpurgandos: bene eſt, ſed dum ſiletis de diſciplina, non jam proximus ædificatur: & quòd Evangelium prædicatis bene etiam eſt, ſed talentum interim de diſciplina, quòd ad alios lucrandos & inſtruendos, ſub terra defoditur. Math. 25. 18.

Tertiò, diſciplinam reformatam Evangelij partem eſſe cognoſcitis: at partem debiti Deo ſubtrahere quàm ſit iniquum in *Annania* cernere eſt Act. 5, 2. & ut unam Evangelij partem prædicetis, aliam clam habere, quàm Deo ingratum, vel eo conjicere licet, quod oderit ille *ſacrificium vel minima ex parte mutilum*: Levit. 22. 22. *Loquere ad illos omnia quæ præcepi tibi.* Ierem. 1: 17. *Docentes eos obſervare omnia, quæcunque præcepi vobis.* Matth. 28. 20. *Quomodo totum conſilium Dei uobis patefecerim, & nihil ſubtraxerim* Act. 20. 20. At additur, inquies, *nihil nobis utile*. Quaſi diſciplina utilis non ſit, aut diſciplinam *Epheſi* non conſtituiſſet *Paulus*, 1. Tim. 5: 17, ſic ut eam inter res utiles eum his verbis numeraſſe neceſſe ſit? At inter doctrinam & diſciplinam gradus tamen ſunt, illa etenim utilior. Quaſi in utilioris gratiam, pars Evangelij minùs utilis altera, aut perdenda, aut prodenda ſit? At noſtrum ſilere, neque perdere neque prodere eſt: eſt tamen ſubtrahere, quod præter officium cenſet *Paulus*. *Gregorio* etiam Magno, & perdere & prodere videbatur. Eadem Epiſcoporum uſurpatio in miniſtros, atque *Iohannis* Conſtantinopolitani erat: in hoc tantum diſcrimen eſt, quod illa in totam, hæc in partem duntaxat Eccleſiæ peccet: utcunque ſit, res diſciplinaria erat, non doc-

Lib. 3. epiſt. 29. trinalis. Ita tamen ille: *Tam ſceleſto vocabulo conſentire, nihil eſt aliud quàm fidem perdere.* At ſilere noſtrum conſentire non eſt. *Gregorij* judicio prorſus: nam & *Mauritio* Imperatori eum quieſcere jubenti (ſic & piiſſimi magiſtratus ambitioni Epiſcopali plus ſatis veliſicari ſolent) hoc nomine purgat ſeſe *quod ſilere nequiret, quia tam ſceleſto vocabulo conſentire non poſſet*: & alios ad reſiſtendum incitat, quia *quieſcere & conſentire, fidem perdere erat.* Patet hoc ex loco alio, ubi & æquanimiter ferre prohibet. *Si hoc æquanimiter portamus*, inquit,

Lib. 4. epiſt. 94. *univerſæ Eccleſiæ fidem corrumpimus.* Æquanimiter verò juriſdictionem Epiſcopalem ſi non feratis vos, æquanimiùs tamen fertis, quàm quod æquanimiter veritas feret: de qua rectè Tertullianus: *Nihil veritas erubeſcet niſi tantùmodo abſcondi: abſcondit autem lucernam ſub modulo*: Matth. 5. 15. *ſicut interpretibus conſtat, qui modulum ſtatuit* (idem de eis ſentiendum qui modulum obſervant) *quouſque miniſtris prædicandum ſit, ultra quod non progrediendum.*

Quarto, fidem diſciplinæ reformatæ deberi, vos ipſi agnoſcitis: at quomodo fides atq; ſilentium commorari ſimul, cohabitareque poſſunt, ego ſanè non video. *Plenus ſum ſermonibus: Coarctat me ſpiritus*

ventris

Digitized by Google

ventris mei: ecce venter meus ut vinum, cui non aperitur, sicut utres novi finderentur Iob, 32. 32. 18. 19. *Credidi, ideo locutus sum*: Psal. 116. 10. 2. Cor. 4. 13. *Est in animo meo, quasi ignis ardens inclusus ossibus meis, & defetiscor sustinendo, nec possum amplius:* Ierem 20, 9.

Quinto, taciturnitas hæc vestra, tacita quædam cum Episcopis collusio est, dum eorum technis atque artibus velificatur, μεθοδείαις etenim illicitis occurendum esse jubet *Paulus* Eph. 4. 14. 2 Cor. 2: 11, & bellatorum placitum est, *Nec tuæ occasioni desis, nec suam hosti des.* Datis verò vos Episcopis occasionem quam quærunt suam. *Doceatis religionem & obedientiam*, inquit *Whitgiftus*, *de disciplina rixari quiescite*: ita dum de disciplina siletis religionē tantùm & obedientiam (ut loqui solent) prædicatis, cuniculos illos promovetis quibus disciplinæ veritatē subruere machinãtur. Quid quòd taciturnitatē hanc vestram, concessionē causæ quandã interpretantur? quo respectu insidiatoribus locũ illum datis, quem a *Gregorio* damnatum legimus. *Hortor atq; suadeo*, inquit, *ut nullus vestrum hoc nomen aliquando recipiat, nullus ad id consentiat, nullus scribat, nullus ubi fuerat scriptum admittat, vel subscriptionem suam adjiciat, sed sicut omnipotentis Dei ministros decet, integrum se ab hujusmodi venenata infectione custodiat, & insidiatori in se locum non præbeat, quoniam hoc in totius Ecclesiæ injuriam & discissionem, & sicut dixi, in omnium vestrum despectum fuit.* Ad hæc, taciturnitas hæc vestra, technam illam Episcoporum promovet, quâ moderationis atque clementiæ auram captant, quaque mundo persuadere nituntur, se factiosos tantùm persequi, imò furiosos, certe homines plus nimio fervidos; patienter autem ferre eos qui sobriè sapiunt, quantumvis ipsis in disciplina contrarium sentiant. Ad postremum, Episcopis ipsis scandalo est, dum eos induratis, eorum superbiam augetis, eosque mollitie vestrâ, in ministros qui hunc in modum cedere nesciunt, ferociores redditis. Ita *Gregorius Magnus*: *Inter nos & coepiscopum* Cyriacum, *sicut beatitudo vestra novit, propter appellationē profani nominis, est gravis discordia. Meus vero Diaconus, cum prædicto fratre nostro* Cyriaco, *missarũ solemnia celebrare non debet: qui per prophanũ vocabulũ culpã superbiæ aut cõmisit aut sequitur, ne si (quod absit) procedat, ei in tali elatione posito, vanitatē stulti nominis confirmare videamur. Eundem vero fratrem admonere studui ut se à tali elatione corrigat, quia si hanc non correxerit, pacem nobiscum nullo modo habebit.* Superbiæ crimen Anglicanos Episcopos in sua prophana usurpatione committere, vobis certum est: hoc posito, superbiam eorum *Gregorij* judicio confirmatis, dum silentij sponsione viam precluditis quo minùs eos, vrgere, refutare, reprehendere, & denique admonere possitis, Hæc præterita à nobis satis bene sunt (dicetis) cùm nostram illis de Episcopatu illegitimo sententiam ab initio testatam fecimus. Annon *Ieremias* postquam Hananiam reprehendisset, ab eo decessit & deinceps non admonuit? Ier, 28. 11, Atqui ratio dissimilis est, *Ieremiæ* rem extraordinariè revelatam semel patefecisse satis erat,

In præfat.

Lib. 4. epist. 69.

Lib. 6. Epist. 13.

tur disciplina rationibus è verbo petitis probanda jam est: Ac proinde ora contradicentium obthuranda: Tit. 1. 10. neque cessandum, donec aut evincantur Episcopi, aut convertantur. Hoc *Gregorio* perspectum nuper, qui *Cyriacum* admonendum censuit, donec ab elatione sua sese, correxerit, aut si incorrigibilis repertus fuerit, à pace Ecclesiæ abstineretur.

Prima igitur Episcoporum admonitio vestra, tepida illa *Eli* objurgatione levior est: non instatis donec corriguntur, in scandalum igitur (ut olim *Hophni* & *Phineam Eli*) eos ruere finitis, & plus ipsos quam Deum vestrum honoratis: 1. Sam 3. 13. *Thyatira* typus Ecclesiæ in Papatu latitantis erat, quæ à *Wiclepho* ad *Lutherum* usque decurrit. Fidelibus verò hujus Ecclesiæ comminatur Christus, *se adversus eos venturum*, quod *Iezabelem*, id est, quod *Romam* ferrent: Ap. 2. 20. Non quin sub hoc tempore reprehensa semper *Roma* fuerat, sed quia remissiùs & indulgentiùs egerunt sancti, & non ita atque decuit vehementer intonabant. At vereor ne plus adversus *Iezabelem* illi, quam vos jam hodie adversus superbiæ Iezabeliticæ fucum, in Episcopis Anglicanis adhuc superstitem, excanduerint. Atque ex *Pergamo* patet vos nulla temporum difficultate excusari: nam si sanctis intonandum in *Pargamo*, ubi thronus *Sathanæ* erat, Ap. 2. 13. quanto jam magis in *Anglia* vobis, ubi thronus Christi est. At undiq; tamen conclamamur. Quasi id *Amosi* pariter non acciderit; *Conspiravit contra te* Amos. *Terra verba ipsius ferre non potest, Hæc est domus regia. Ne prophetes* Bethele. Prophetat tamen: sic ut nulla difficultate temporum, nulla asperitate hominum, nulla potentia adversantium, remissus & pusillus animus in Ecclesiæ corruptelis reprehendendis excusetur. *Difficilium* quidem (ut habet Tertullianus *facilis est venia*: sed *turpe* tamen ut (habet idem) *Christianos Pastores, non in prælio Leones, sed potius cervos esse*, Quid autem est Leonem esse? respondeat *Solomon*, *Non retrograditur metu cujusquam*: Proverb. ca. 30. 30. Qui hæc non audiunt, vel poetæ illius voce pudefiant.

Tunc cede malis, sed contra audentior ito.

Quintò, charitas in Ecclesiam Dei, illius amantem neminem silere finit. Patet hoc ex *Esaia* 62. 6. 7. *Super muros tuos præficio custodes tota die, & tota nocte jugiter, non taciturus: qui commemoratis Iehouam, ne silentium esto vobis: Et ne permittatis silentium esse de illo, donec stabilitat & donec disponat Ierusc haliamis laudem in terra.* Nonne disciplinâ stabilitur Ecclesia, ut laudem in terra habeat? Nonne ex adverso disciplinæ in Ecclesia Anglicana perturbatio, & ordinem Christi pulcherrimum remoratur: & horrendas deformitates parit, quę interitum appropinquantem comminantur? locum nempe hîc habeant illa, quibus quasi stimulis *Gregorius Magnus*, sacerdotes excitavit, ut illicito Episcopatui Constantinopolitano obviam irent: ne quid Ecclesia detrimenti caperet. *Non solus ego* (inquit) *sed tota turbatur Ecclesia, quia ipsa Domini nostri Iesu Christi mandata superbi atque pompatici*

Lib. 4. epist. 82.

patici cujusdam sermonis invectione spernuntur. En Ecclesiæ jam nostræ statum: mandatum Christi est ne superbus & pompaticus Episcopatus super eos qui pares sunt, in Ecclesiam, invehatur : invehunt jam in *Angliam* Episcopi, perinde ut *Iohannes* olim Constantinopolitanus in Ecclesiam universam : Quæ hinc turbæ? quæ tempestates? In navem etenim Ecclesiæ nostræ *una Eurusque Notusque ruunt*, imò quasi ex utre *Æoli* per Episcopos reserata, omnis in eam ventorum omnium vis incumbit : at nos interim otiosi complexis manibus sedemus in littore? Atque *Gregorius* sanè ex Episcopatu Constantinopolitano adventantem Antichristum odorari potuit, cujus ille præambulo erat : vos ex Episcopatu Anglicano jampridem plusquam unquam ante & sæviente & superbiente, de Antichristi in patriam reditu nihil suspicamini? præsertim cum ab ipsa nupera tempestate Episcopali, quantum Papistæ aucti sint, quę cornua sumpserint, quid machinati fuerint, & quid etiamnum indies machinantur, eis omnibus notum sit, quibus ipsa Anglia nota. Revocentur igitur, altoque animo reponantur, quę tum ille : *Adversarius diabolus contra humiles sæviens, sicut leo rugiens circuit, quærens quem devoret: Non jam, ut cernimus, caulas circuit, sed ita valide in quibusdam necessariis Ecclesiæ membris dentes figit, ut nulli sit dubium, quia nisi unanimiter favente Domino, cunctorum provida pastorum turba concurrat, omne (quod absit) citius ovile dilaniet.* Quanta nuper in humiles Puritanos Episcoporum ſęvitia? quam leoninus Hierarchicorum rugitus? quanta caularum non circuitio, sed dissipatio? Hęc cernitis, nisi cęci, non concurritis tamen, ut providi, quid igitur nisi vota supersunt, ne totum, idque citiùs, ovile ipsum dilanietur? Occlamo igitur vobis fratres, verbis sequentibus paulo post, *State fortes, state securi : oportet enim ut constanter & sine præjudicio servetis ut (a Christo) accepistis Ecclesias, & nihil sibi in nobis, hæc tentatio diabolicæ usurpationis adscribat.* Rursus : *Nunquid, si ex superbo & profano vocabulo, meus non in modico vulneratus animus est, tantæ indiscretionis esse potui, ut nescirem quid unitati fidei, quid concordiæ Ecclesiasticæ deberem? Nimis mihi fuerat desipuisse, sic facere.* Medici ecclesiæ Anglicanæ omnes pro virib⁹ esse debemus: profanâ Episcoporũ usurpatione, imo & ſęvitiâ, ea jam hodie vulneratur: qui igitur medicā manum adhibere cessant, aut desipiunt nescientes, aut salutem Ecclesiæ, ut perfidi, produnt.

L. 4. epist. 36.

L. 6. Indict. 15. c. 194.

5. Sextò, cùm libertas Ecclesiastica, gratia sit non contemnenda imò etiam donum Dei singulare : eam deserere ingratum, Episcopis eandem opprimentibus adulari abjectum, socios pro ea patientes negligere perfidum, Ecclesiam ejusdem amissione turbatam contemnere, proditorium esse dico. Non papatum affectabat *Iohannes* Constantinopolitanus, sed Episcopatum duntaxat talem in omnes qualem jam in *Anglia* Hierarchici possident, in suos pares collegas Anglicanos. Ecce igitur ad quem zelum *Gregorij* exemplo excitemur. *Absit a Christianorum cordibus* (inquit) *nomen hoc blasphemiæ,* L. 4. epist. 32.

in quo omnium sacerdotum honor adimitur, dum ab uno sibi dementer arrogatur —— *Ille coercendus est qui sanctæ universali Ecclesiæ injuriam facit, qui corde tumet, qui gaudere de nomine singularitatis appetit, qui honori*
Epist. 38. *quoque imperij vestri se per privatum vocabulum superponit.* Rursus: *Perpende rogo quia in hac præsumptione temeraria, pax totius turbatur Ecclesiæ & gratiæ contradicitur communiter omnibus effusæ.* Rursus: *Cognoscat fraternitas vestra,* Iohannem *contra Deum, contra pacem Ecclesiæ, in omnium despectum & injuriam sacerdotum, modestiæ ac mensuræ suæ terminos*
L. 6. epist. 69. *excessisse.* Ista *Gregorij, Durandus Militensis,* adversus oppressionē suo sœculo libertatis Ecclesiasticæ accomodare veritus non est: quidni ego pariter adversus eandem jam in *Anglia* per Episcopos agitatam? Annon etenim in omnium ministrorum Anglicanorum despectum Episcopatus Anglicanus est, præsertim cum in eos quos pro paribus habere debuerat, principetur? Annō honor adimitur omnib⁹, dum uni Episcopo arrogatur, qui omnibus cōmunis est? Annon nomen singularitatis (sic enim *Bilsonus* loquitur) authoritati pastorum omnium superponitur? Annon gratiæ omnibus pastoribus communiter effusæ contradicitur, sic ut scandalum patiantur omnes? Quid quòd ipsa *Durandi* verba hæc suo sæculo accomodata, in *Angliam* jam recidant?
Catalog. Test. 1623. Monet etenim sui sæculi sacerdotes ex Gregorio, *ne nimium Papæ subjecti essent, ne eorum vitia venari compellantur, modū vero assumendum esse quod sic Romano honoretur Ecclesia ut alijs honor nullus debitus negetur.* Bene se habet: quæ *Gregorius* adversus *Iohannem* attulit, ea non solū *Iohannem* refutant, sed & omnes eos, qui Episcopatui alicui illicito nimis addicti sunt, quiq; unam ecclesiā ita honorāt, aut honorari volunt, sic ut alliis honor debitus denegetur. Refutātur idcirco à *Gregorio* ministri in *Anglia* illi, qui Episcopis nimiùm subjecti sunt, qui Cathedralem Episcopalemque sedem præ aliis Ecclesiis honorari velint, Anglicani denique Episcopi ipsi, qui Ecclesiis honorem debitum negant, dum eas sibimetipsis subjiciunt, quas pro paribus revereri oportuerat. Pergamus ad alios. Anno 1555. editus quidam liber est, qui *Aureum Speculum* dicitur, ubi post oppressionis Ecclesiæ per Papam factæ mentionem, hoc subjungitur; *Omnes quidem in-*
Catal. Test. 1859. *tus murmurant, nulli autem clamant.* Hæc si pudenda ignavia sit, quis illis in *Anglia* excusationis locus superest, qui perinde faciunt? certum etenim est adversus Episcopos murmurare intus quidem plurimos, clamare autem paucos. Conqueritur *Gregorius* Hamburgensis, *in usurpatione Potestatis Ecclesiasticæ & totius mundi inquietudine, nullos*
Catal. Test. 1880. *ausos fuisse contradicere: aliis tacentibus ob spem promotionis ad beneficia, aliis, per metum perdendi ea jam adepta.* Hoc inde provenisse dicit, *quod liberius esset a multis annis de potestate Dei quam Papæ prædicare & disputare.* Muta Papæ in Episcopi nomen, & quis veterum temporum jam hodie in *Anglia* non cernit effigiem? Dimicavit acriter pro libertate Ecclesiastica in Concilio Basiliensi *Ludovicus* Arelatensis, ad quam etiam constanter tuendam extimulat alios, verbis illis *Hieronymi*

nymi ad *Iohannem* Episcopum Hierosolymitanum. *Quomodo ego te habeam pro consule, qui me non habes pro Senatore:* Dictum illud, ad quod ni fallor *Hieronymus* allusit, ita loquebatur: *Quomodo me habere pro Imperatore, quum tu me non habeas pro Senatore*: sic ut de Episcopis loquens, Imperatoris in consulis nomen, consultò mutarit *Hieronymus*. Nullam ergo in Episcopo sui sœculi imperandi authoritatem agnovit: tantùm illi consulis in Senatu prærogativâ adjudicat, ut suffragia colligat, secundùm majorem partem pronunciet, & reliquas actiones humanas moderetur. Non ita jam hodie Episcopi nostri, qui ipsum Senatum, non modò presbyterorum Senatoriam authoritatem sustulerunt: Imperatoriam vero & monarchicam authoritatem sibimetipsis asciverunt, ut illi soli (exclusis presbyteris,) Ecclesiarum rectores, rerum iudices, Canonum custodes & executores videantur. Huic tyrannidi in uno *Iohanne* Hierosolymitano tum gliscenti, & quasi per rimulas erumpenti, cumprimis sibi resistendum sanctus *Hieronymus* iudicavit: vos eidem in Episcopis Anglicanis, pestifera flamma omnia undiq; circumlambenti & corripienti jam resistendum non putabitis? Næ tum dignissimi qui audiatis Apostoli illud, 2. Cor. 11: 20. *permittitis si quis vos in servitutem redigat, si quis se super vos exaltet, si quis in facie percutiat.* Num etenim se prædicatores Corinthiaci tum exaltabant, ut nunc se in Anglia exaltant Episcopi? aut in eam servitutem redegerunt, in quam & collegas pares suos, non plebem modò, jam Episcopi redigunt?

Aene. Sil. de gest. concil. Basilens.

Septimo, socios commilitonesque vestros in die belli, certe tempore difficillimo diseruistis, quod quam sit turpe; ex his scripturæ locis patet: *An fratres vestri procederent in bellum, & vos hic consisteretis? Imo quasi rumpitis animum filiorum Israelis, ne transeant in terram illam quam dat eis Iehova? Num.* 32. 9. 7. *Maledicite* Merozo, *inquit Angelus Iehovæ, indesinenter maledicite habitatoribus ejus: quia non advenerunt ad auxilium Iehovæ, ad auxilium Iehovæ inter fortes*: *Iud.* 5: 23. *cur desideres inter duas illa sarcinas audiendo sibila gregum: magni profundis cogitationibus animi ad partes* Reubinis: Gilehad *ultra* Iordanem *habitans, &* Dan *quare degeret apud naves?* Ascher *quare desideret ad portum marium & in præruptis suis habitaret?* Zebulun & Naphtali *populus est, qui abjecit seipsum ad moriendum in editis locis agri. Iud.* 5: 16, 17, 18. *Dixit* Vria ad Davidem, *Area ipsa & Israel ac Iehuda manent in tuguriis &* Ioab *Dominus meus, ac servi domini mei in superficie agri castra habent, & ego ingrederer domum meam?* 2. *Sam.* 11: 11. *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me deseruerunt: ne illis imputetur* 2 *Tim.* 4: 16. Certè hi Scripturæ loci non unum vobis crimen fratres imputare videntur, ut qui Dominum adjuvare inter fortes detractastis, segniter decubuistis, dum quasi sibila arietum aures vestras circumsonarent, profundas cogitationes inter vosmet volvistis, constitistis quasi trans *Iordanem*, & non in bellum processistis, animos sociorum debilitastis, quosdam etiam exemplo vestro languescere

guescere fecistis, domi constitistis dum servi Dei sub castris erant, & in defensione pro veritate ejus eosdem deseruistis, fortè etiam ita deseruistis, ut magnam quæ sequuta est calamitatis partem attraxisse videamini. Quis etenim scit, si operas viresque vestras, unà cum reliquis adhibuissetis, an à porta pugnam avertissetis? nam ut paucitate animari hostes solent, ita deterreri multitudine: certè multitudo hominum ad martyrium convolantium *Edessam* servavit olim, & persecutoris impetum retundit: & *Valentem* Imperatorem ab *Alexandria* se temperasse idem *Socrates* narrat, quòd multos ibi compe-

Socr. l. 4. c. 14.

risset, qui cum sancto *Athanasio* in causa fidei vitam profundere parati erant. At ex adverso dum colla sua subtrahunt quidam, subest ignavia discordiaque, quâ fit ut conjunctis animis corruptelæ Ecclesiasticæ non impugnentur: eæ autem non unanimiter impugnatæ & crescere & confirmari solent, ut quondam *Probo* Episcopo Tullensi visum. *Quousque*, inquit, *collegæ charissimi mei, Romulei illi vultures patientiâ nostra, ne dicam stultitiâ, abutentur? quousque eorum flagitia, avaritiam, superbiam, luxum tolerabimus? Non cessabit hoc genus Archi-Synagogon pessimum, nisi omnes ad egestatem & servitutem durissimam redegerit. Discordiâ nostra hocce malum crevit: discordiâ nostra nebulones illi visi sunt: Non unquam quum diu illi salvi fuerint, Christianis sanctam pacem servare, ab armis feriari, pietatem inter se colere licebit.* Atque hîc ego me reprimam. *Considerate*, fratres, *quæ dixi & Deus det vobis intelligentiam in omnibus*. Certe mihi ejusmodi hæc videntur, ut temerè contemnenda non sint, nisi rationibus validioribus præponderentur, quas ego nullas scio: non quasi me lateat quæ à vobis adferri solent, sed quià eas nullius ponderis ac momenti esse video.

Cap. 16.

Catal. Test. l: 16. p. 1630.

CAP. 40.

Rationes spondentium silentium tolluntur.

PRimò illud *Salomonis* citare soletis, *tempus silendi* perinde ac *loquendi* esse: Eccles. 3. 7. Quod quàm parum vobis faveat, ex eodem loco liquet, vers. 7. ubi tempus pacis nullum esse in tempore belli dicitur. In militia siquidem nostra spirituali, silentium paci, confessio bello respondet: sic ut tempus jam loquendi pro disciplina maxime sit, quando bellum de disciplina, ut nostis, magnum geritur: 1. Cor. 16. 9. Ita *Paulus*. *Ostium mihi apertum est magnum & efficax, & adversarij multi*: *idcirco permanebo Ephesi usque ad Pentecosten*: quasi tum maximè in statione permanendum, & dimicandum sit, quando per multos adversarios ipsa veritas impugnatur. Ita alibi: *Sunt multi refractarij, quibus oportet os obthurare:* Tit. Cap. 1. vers 10. 11. quasi tum maximè servo Dei loquendum sit, quando se maximè refractarij veritati opponunt: horum ora obthurari posse vestri oris silentio creditis, ac non aperiri potiùs? Sic Deus ipse. *Nemo est qui clamet pro justitiâ, & nemo qui disceptet pro fide*: Isai. cap. 59

Digitized by Google

59. vers. 4. *Non in fide invalescunt in terra*: Ierem. cap. 9. 3. *Nullus fuit adjutor, obstupui quòd nullus fulciret*: Isai. cap. 93. 5. nonne ex his singulis liquet, quantopere displiceat Deo secordia hominum, quæ laboranti veritati suppetias non fert? Rectè jus Canonicum ex *Augustino*. *Cum totius Ecclesiæ salus queritur, fides impugnatur, necesse est ut ex adverso prælati ascendant, & in die belli seipsos murū opponant pro domo Domini, & animos suos ponant pro ovibus suis, ut exemplo passionis eos accendant, quos sermone doctrinæ diutius confirmare non valent*. Quàm hæc apposita adversus eos qui se disciplinæ corruptelis non opponunt. Secundò, exemplum *Pauli* allegare soletis, quem *Ephesi* per triennium de verbis illius idololatriæ tacuisse dicitis, ut occasionem prædicandi Iudæis lucraretur. Decret. p. 2. caus. 7. q. 1. cap. 48.

Primò, prædicandum Iudæis primo loco Evangelium erat, deinde Gentibus: quòd si igitur abstinuerit aliquantisper sese *Paulus* à Gentilibus *Ephesianis*, donec Iudæos priùs instruxisset, non tamen silentio vestro favet, quibus nulla ejusmodi dispensatio commissa est.

Secundò, tam de omnibus papisticis idolomaniis taceri posse, quàm de disciplinâ, ex istâ ratiocinatione sequitur.

Tertiò, cum pro idololatria *Ephesina* contentio orta esset, non tum cum bestiis *Ephesinis* pugnare *Paulus* detrectabat: 1. Cor. 15: 32. Act. 19. 30. Cum igitur contentio de disciplina in *Anglia* acris sit, cunctandi vobis tempus non est, si *Pauli* exemplum imitari volueritis,

Quartò, *Paulum* tam diu de *Ephesina* Idololatria tacuisse falsum est; quod dicit Scriba, Act, 19: 37. hi homines in Deam vestram contumeliosi non sunt, politicum *pseudos* erat, ut tumultus sedaretur, cui ipse *Demetrius* contradicit Act. 19. 26. *Auditis & spectatis* Paulum, *non solum Ephesiam sed propè totius Asiæ multam turbam persuadendo avertisse, quod dicat Deos illos non esse, qui manibus fiunt*.

Quintò, quid servis Dei faciendum sit, docet suo exemplo *Paulus* Act 17: 16. cujus Spiritus *Athenis* irritabatur in ipso, quamprimùm conspexisset urbem idolis deditam esse: cui adjungendus *Samson* est, quem incessit Spiritus Iehovæ, quamprimum sonitus vociferantium in suum occursum *Philistæorum* auribus suis percepisset: Iudic. 14: 15. Annon docent ista vel ipsum conspectum temeratæ in *Anglia* disciplinæ spiritus vestros irritare, ipsam Hierarchicorum adversus eandem vociferationem, Spiritum in vobis Dei exsuscitare oportuisse?

Tertiò, vos vestro de disciplina silentio, occasionem doctrinæ Evangelicæ prædicandæ lucrari obtenditis: quod parum ab illa *Pilati* versutiâ distare dico, qui in corpore flagellandum Christum censuit, ut illius vitā pacatis Iudæis lucraretur: Ioh. 19: 1. Potuit *Moses* populum lucrari, si de bestiis *Pharaoni* cederet, sed ille ne de ungula una cedendum sibi existimavit: Exod. 10: 26. Potuit *Daniel* tempus longius

Digitized by Google

giùs lucrari, quo Ecclesiæ prodesset, si vel per pauxillum temporis ab orando Deo suo abstinere voluisset: sed & fenestram conclavis sui aperiendam sibi censuit, quò clariorem pietatis suæ confessionem edere posset: Dan: 6: 11. potuit *Johannes* Baptista occasionem Evangelij diutiùs prædicandi lucrari, si ab *Herode* reprehendendo sibi temperare voluisset: Marc. 6.18. sed hujusmodi carnalem prudentiam ille longè à se facessere jussit. Neque ipse Dominus *Jesus Christus* eidem *Herodi* parcere voluit, ut ita liberiùs Evangelium prædicaret, sed in Providentia Patris recumbens (quod & vos fecisse oportuit) *profecti*, inquit, *dicite vulpi illi, me hodie & cras, & perindie iter facturum, quousque consummatus fuero*: Luc. 13.32.33. Ita de *Meletio* Socrates: *Meletius*, inquit, *Antiochiæ per aliquod tempus negotiis fidei se non immiscuit, sed auditoribus ea tantum tradidit quæ ad mores pertinebant: tandem tamen clausulam unius substantiæ aperuit, atque ita se in exilium relegari passus est*: pertæsus igitur prudentiæ vestræ Meletius tandem est.

Lib. 2. c. 34.

Quartò, eos operam ludere dicitis, qui hodie de disciplina prædicant, & planè laterem lavare. Laterem verò? quid si & *Æthiopem* etiam? rectè etenim Augustinus: *Haud minus mercedis tonsori debetur quum* Aethiopem *lavat, quanquam eum nigriorem, quam cum* Græcum *quem tamen candidiorem reddit*. Atque quam multa adversùs istam objectionem responderi possent, vos minimè latet: ego interim intra hujus causæ pellem me continebo. Occurrit igitur huic objectioni sanctus *Bernardus*, qui ad *Eugenium* hanc ipsam ob causam Evangelizare detrectantem, ita loquitur. *Dracones* (*inquis*) *me mones pascere, & scorpiones: propter hæc inquam magis aggredere eos*. Alludit ad illud Ezechiel. 2.6. *Tu autem fili hominis ne timeto ab istis, quod refractarij & spinei sint in te, & apud Scorpiones habites, a facie eorum ne consternator quod domus rebellis sit*. Coegit olim *Reginoburgi* conventum quendam, contra *Johannem* Papam, *Ludovicus* Imperator, in quo ita ab Episcopis contra istam objectionem decretum est: *Semmystas ferunt, cum sint nuncij Antichristi. Eos inexplebilis honoris, potentiæ, pecuniæ sitis, atque luxus, avaritia, fastus, quæ in proverbium venere, produnt. Ingenue fatemur, tempora nostra censuram non ferunt: Iampridem corruptis moribus simplicitas Christiana sordet, longinquior consuetudo potentior veritate vicit: tamen indignatio silentium rumpit, In altissima humanarum rerum specula cælitus positi, tacere non possumus, ne canes muti juxta sacrum vatem qui latrare non possunt, simus. Et si lupos pelle ovina tectos abigere, ob infælicitatem temporum non valemus, non resistere tamen hujusmodi, prodere munus nostrum est: Quamvis tantundem ut volumus non possumus tamen non assequutis voluisse abundè pulchrum & magnificum est*. Similia illa Civitatensis Episcopi sunt: *Quid dicam aut ultrà adjiciam de statu Clericorum? Nam ut video, populus iste duræ cervicis est & in iniquitatibus suis venditus, & in sceleribus suis pertinax: Vocavi eum & non erat qui audiret Is. 63. Si vero luxuriam, avaritiam, superbiam, simoniam*

Lib. 4.

Aventin. l. 7

Digitized by Google

nism, ac cætera Clericorum vitia profundius tractare præsumpsero, fantasticus ac præsumptuosus totaliter promulgabor, atque de mendacio arguar, & effundam sermonem (contra doctrinam sapientis) ubi non est auditus. Sed væ mihi, Isaia *teste si tacuero : populus enim iste, ordo scilicet sacerdotalis & clericalis ad iracundiam provocans est, & filij mendaces, nolentes audire verbum Dei, qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt, loquamini nobis placentia, videte nobis errores, cesset a facie vestra sanctus Israel. Propterea quia reprobastis verbum meum, & sperastis in tumultum, erit vobis iniquitas hæc, sicut interruptio cadens de muro excelso, quoniam subito dum non speratur veniet contritio eius, ut comminuatur sicut conteritur lagena figuli contritione valida.* Hæc quantumvis longiora, exscribere non sum veritus, quia non solùm munus pastorale vestrum fratres, ante oculos ponunt, quanquam proficiendi spes nulla sit : sed etiam quia rationes urgent, quibus tantisper dum siletis, satis facere non potestis. Eadem enim mala jam *Angliæ* imminent, ob corruptam clericalis ordinis disciplinam, quæ hic commemorantur: nam & qui communicant in peccato, communicabunt in pœnâ, & de *Anglia* comminatur Christus speciatim, in illius τῷ *Laodicea*, illius Angelos nisi ferveant & resipiscant, ex ore suo se vomiturũ: Ap. 3. 16. Quæ igitur viscera vestra fratres, si ad ipsũ districtum ensem, instar illius naturalis matris non commovemini? Quæ fides, si hoste in portis consistente tubam non sonatis? Quæ denique animas proprias liberandi cura, si de exitio jam instanti patriam vestram non monueritis; Atque hoc, ex reformatæ disciplinæ cum sanctitate tum necessitate, ad ministros in *Anglia* tacentes porisma quartum est.

Catal. Test. lib. 19. p. 1839. Socrat. lib. 2. c. 14.

CAP 41.

Porisma sextum, notitia disciplinæ est populo necessaria.

SExtum ad populum Anglicanum pertinet, cujus auram nos captare tritum jam & obsoletum improperium est. Quod etenim ad conciones nostras confluere populus etiam ex longinquo soleret: hinc seductores multitudines post nos trahentes: Act. 20. 30. ab Hierarchicis accusati sumus: Quasi Albingenses seductores quòd *Bernardo* conquerente ingens ad eos concursus fuerit? Quasi *Waldenses* seductores quòd accusante *Reinerio*, facilis eis ad credendum multitudo erat? Quasi *Ambrosius* seductor, quòd populi multitudine se circumvallere potuisset? Quasi *Chrysostomus* seductor, quòd populum in se adeò propensum haberet, ut clam ex urbe discedere coactus fit, ut tumultum popularem præveniret? Quid ego in his insto? Dominus ipse *Iesus Christus* eandem calum-

Socrat. lib. 6 c. 14.

 niam

mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini, dantur nobis principes secundum cor nostrum, sicut ait Dominus: Fecerunt sibi regem, & non per me, & principes, & non per consilium meum. Tale ergo aliquod intelligamus etiam in Ecclesiis fieri: quod pro meritis populi aut in verbo & opere potens a Deo tribuitur rector Ecclesiæ: aut si malignum faciat populus in conspectu Domini, talis Ecclesiæ judex datur sub quo famem & sitim populus patiatur, non famem panis neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini. Catal. Test. lib. 19. p. 1897.

Ad postremum, *invalescente morum malitia, non est Ecclesia*, inquit Petrus Alliacus, *digna regi, nisi a reprobis.* Quid igitur est? peccatum populi Anglicani malos pastores tanquam cæcia nubes attraxit. Peccatum populi regimen reprobum, id est, a Deo in verbo suo reprobatum, ad hunc usque diem continuavit: Peccatum populi denique reformationem Anglicanæ Ecclesiæ huc usque remoratum est: Ignoretur igitur disciplina, & morbi isti & eorum causa ignorabuntur: his ignoratis pœnitentia nulla intercedit, pœnitentia nulla intercedente, festinabit vindicta divina, ad totam terram desolandam.

Tertiò, notitia rectæ disciplinæ necessaria populo est, ad officia pietatis: utpote quâ ignorata nec pro malis Ecclesiæ ingemiscere, nec pro ejusdem debita pace precari populus potest. Particula illa orationis Dominicæ *adveniat regnum tuum.* ostendit populo in officio esse pro disciplinæ restitutione, ad Deum clamare, juxta illa *Iohannis Reynoldi* nostri: *Non Zorobabel modo & Ioshua*, inquit, *ædificare domum Dei studere debent, & lapides redevivos e rudetibus aptare ædificio, sed & cunctus populus*, cui in officio esse dicit, ut instet Deo cum Dan. 9. 17. *ut facies Dei super desolatum sanctuarium luceat*: & zelum illum ab *Esaia* expressum imitetur: 62. 3. *propter Zionem ne taceamus, & propter Ierusalem ne quiescamus, donec prodeat ut splendor, Iustitia ejus, & salus, ejus, ut lampas ardens.* Cum hæc fronti libri sui præposuisset *Cartwrightus*, quas ille calumnias à *Bancrofto* non passus est? Sed immerito: eadem etenim per Episcoporum usurpationem jam in Anglia difficultas est, quæ olim Gregorji tempore, per Episcopatum Constantinopolitanum erat: in qua preces ita ille præscribit : Magnopere orandum est, & omnipotens Deus assiduis precibus implorandus, ut hoc ab unitate atque humilitate Ecclesiæ malum superbiæ & confusionis amoveat. Si *Gallieni* tempore pax Ecclesiæ concessa sit, id a precibus fidelium erat: nihil enim dat Deus nisi precibus : Apocalyps. 6, 10. Quid igitur? Nullus persecutionis Episcopalis finis erit? nunquam ministros suos exauthoratos rursus audiet Anglia? nunquã pacẽ videbit? Certe nunquã, nisi in corde fideliũ indiderit Deus, ut a peccatis suis quiescant, Deũ vero præ orãdi assiduitate quiescere non sinant: quo magis jam populo Anglicano imitandus *Nicolaus Clemangius* est: *O quantum*, inquit, *a Christi institutione, ab Apostolorum traditione, a ritu & forma primævæ Ecclesiæ, nostra teterrima tempora defluxerunt. Expurga Domine vineam tuam, sentibus*

Tom. 1. prælect. 1.

C. 1.

Lib. 4. epist. 36.

Simoniac.

tibus undique & labruscis oppletam: fac, ut olim, flagellum de funiculis, & de templo tuo sancto numularios expelle, vendentes ejice, ementes exturba, cunctos impios mercatores, nisi pœnitentiam egerint, Giezitas lepra percute, Simonitas altè volantes, Sathanæque ministros, in excelsum elevatos allide ac dejice, quoniam non est qui eos deponat, nisi tu solus.

Quartò, notitia rectæ disciplinæ necessaria populo est ab obedientiam erga quosque superiores sanctificandam: quæ aliter duobus vitiis præcipue laborabit.

Primo ex conscientia subjici nos jubet *Paulus*: Rom. 13: 5. quæ in causa disciplinæ nulla erit, si ignoretur. Id siquidem in schismate jam Anglicano accidit, quod in Papali accidisse olim *Æneas Sylvius*
Epist. 54. & 55. conquestus est. *Non video Clericos qui velint pro ista vel illa parte martyrium ferre: omnes eam fidem habemus quam nostri principes, qui si colerent idola & nos & jam colcremus. Et non solùm Papam, sed Christum ipsum negaremus seculari potestate urgente: quia refriguit charitas, & omnis interijt.* Non ego dicam Christum ipsum negaturos plurimos, dicam tamen Episcopos sane negaturos, pro quibus jam dimicant, si sæcularis potestas urgeret: martyrium saltem non ferrent, imo nec illa dira, quæ pro adversa veritate Puritani fortiter constanterque sustinuerunt. Atque sane vel istinc patet causæ ipsius inter utrosque differentia: nam si veritas penes Hierarchicos esset, nonne eorum obedientiam sanctificaret, perinde ac puritanorum sanctificavit? At illi obedientiam nullam præstant, inquies: cui cum *Iuello* respondendum est: Objicit *Hardingus* Evangelium doctrinam in principes rebellem tradere: id quod ex Scoticis tumultibus probat. Respondet Iuellus: *Non sibi derogatum princeps putare debet, quod ante se, Deo obediri videat: non etenim Deus est, sed minister Dei.* Leo dicit: *Christus; quæ Dei sunt, Deo; quæ Cæsaris sunt Cæsari reddenda constituit.* Hoc est
Apolog. p. 1. c. 2. divis. 7 vere non impugnare *Cæsarem*, sed juvare.

Secundum obedientiæ vitium quod ex disciplina ignorata proficiscitur, cæcitas illa mentis est, quâ, splendore regiminis Hierarchici abrepti homines, quod in hac causa verum est, videre non possunt. Atque hinc rursus patet causæ inter utrasque partes differentia: quis etenim putabit regimen Ecclesiæ Christum ejusmodi constituisse, quod rationi, sensui, & carnali hominis naturalis judicio abblandiretur? Sevocat *Johannem* Angelus in solitudinem, ut mysterium Babylonicum intelligeret: Ap. 17: 3. quod ob causas fere easdem cum populo jam faciendum est: populum etenim meretricium, quod Babylon propinat, si ideò (quod interpretibus constat) aureum dicatur, quòd pompa, antiquitate, consensu, multitudine, potentiâ, prosperitate, splendoreque externo populum ad credendum facilem inebriet: illud jam ex parte Episcopi Anglicani porrigunt, sic ut in controversia disciplinaria veritatem nunquam assequetur populus, nisi à frequentia & celebritate abalienentur, nisi ab omni hujusmodi glaucomate atque larva ablactentur, in solitudinem denique quasi puri-

Google

puritanicam abducantur, ubi veri Ecclesiastici regiminis videndi duntaxat copia est. Quis etenim alioquin Hierarchici regiminis splendorem & pompam non miraretur, cùm eam in Roma elucentem *Iohannes* ipse miratus sit? Ap. 17: 6. Vtinam verò ita Hierarchicam miraretur populus, ut *Iohannes* miratus est, sic ut erroris efficaciam per splendorem hunc externum operantem detestaretur. Iam hanc efficaciam dum non advertit, annon periculum est, ne præ ejusdem admiratione in genua procidat ad adorandum, quod eis accidisse videmus, qui ad bestiæ potentiam & magnificentiam obstupuerunt? Ap. 13, 4. 8. Hanc adorationem qualis suo sæculo erat, ita describit *Theodoricus Niemensis*: *Sicut sacerdotes Iudæorum ad eam devenerunt dementiam, ut dicerent, regem non habemus nisi Cæsarem: eodem modo jam diu timui & timeo, quod nostri sacerdotes dicere possint, regem non habemus, nisi pontificem.* Quàm igitur timeo ego, ne bestiæ imago in Anglicana superstes Hierarchia plus nimio adoretur, cùm eo jam deventum sit, ut spreto Christi Regis verbo, & instituto, id solum attendant plurimi quid reverendis Ecclesiæ patribus Episcopis placeat, ac si illos solos reges haberent? Communicat hoc mòdo populus cum omnibus peccatis Episcoporum, malorumq; omnium se reos faciunt, quæ ab eorum pseudoregimine exorta sunt: secundùm illa Ieremiæ; 5: 30, 31. *Res stupenda & horrenda fit in terra hac: prophetæ ipsi prophetant falso, & sacerdotes dominatum exercent, horum opera & populus meus ita amant: quid autem facturi estis tandem?*

De union. tractat. 6. c. 33.

3 Quintò, notitia disciplinæ populo necessaria est ad opera charitatis: quæ eo magis jam in *Anglia* necessaria sunt, quò magis sævitia Episcoporum servi Dei affliguntur: redierunt etenim tempora illa de quibus *Sylvius* conquestus est: *Lusus jam Ecclesia est qualem de pila fieri videmus dum huc atque illuc impellitur lusorum ictibus percussa*: Quid enim? Annon pile in morem Episcoporum ictibus percussi sancti, cùm ministri tum laici, huc & illuc impelluntur? annon bonis exuuntur? carceribus mancipantur? mala denique quæque perpetiuntur? *Hic Episcopis Anglicanis benedicere, quia divites sunt, stupidum*: Iac. 2: 16. *Ministros innocentes condemnari, iniquum*: Mat. 12. 7. *in causa veritatis patientes non sublevare, perfidum*; 3 Ioh. 8: *veritatem ipsam laborantem non defendere proditorium*, Matth. 12: 30. Non Pharisæis Christum blasphemantibus sese populus adjunxit: quid tum? in eo quòd litigantes eos quibus audivit, & Christum ab eisdem exagitatum non defendebat, audire merebatur; *qui non est mecum, adversus me est, & qui non cogit mecum, spargit.*

Epist. 10.

Sextò, notitia rectæ disciplinæ populo necessaria est, ut præparetur pro suis partibus ad eandem excolendam non solùm in liberorum educatione, sed etiam in consensu suo, in electionibus & excommunicationibus, cæterisque negotijs Ecclesiasticis pretractandis. Sic Tertullianus; *Nonne & laici sacerdotes sumus? Differentiam in-*

Exhortat. ad castit. c. 32.

Digitized by Google

ter ordinem & plebem, constituit Ecclesiæ authoritas & honor per ordinis concessum sanctificatus a Deo: Nisi laici ea observent, per quæ adlegantur presbyteri, quomodo erunt presbyteri qui a laicis adleguntur? Non igitur *Tertulliani* tempore regimen Hierarchicum obtinebat: Regit jam Ecclesiam Episcopus, at tum ordinis concessus, id est presbyterium. Iam ex Laicis ut eligatur presbyter, pro absurdo habetur; non ita *Tertulliani* tempore: Tum ab electionibus cæterisque negotiis Ecclesiasticis, non penitùs populus, ut jam hodie, exclusus est: neque notitia disciplinæ interdicebatur, sed ad eandem pro sua parte dignè excolendam extimulabatur. Vide igitur insignem Episcoporum calliditatem. Populo cum rebus disciplinariis nihil negotij esse debet: quid ita? quia rudis, ineruditus, ineptus ad negotia Ecclesiastica vel aliquatenus pertractanda. Hoc si verum sit, culpa vestra eò major, quòd in eo instruendo & edocendo vos negligentiores præbuistis. Quanquam quid ego negligentiam voco, quæ dolus ipse malus est: in ignoratione rei disciplinariæ populus scilicet detinendus est, ut sic Episcopi dominentur soli, clerusque solus potentetur in æternum. Hoc ni ita fit, cur pro Episcopali authoritate concionibus ferè singulis, aures populi obtunditis? Vos pro disciplina vestra absque popularitate concionari coram populo potestis, nos pro disciplina Christi non possumus? Atque hoc ex disciplinæ reformatæ cum sanctitate tum necessitate de populo, porisma sextum est.

CAP 42.

Porisma septimum.

SEptimum Ecclesias transmarinas respicit, quas de Anglicana tempestate Hierarchici solicitas esse vetant: Nam & dominum *Bezam* propter suam in *Anglis* πολυπραγμοσύνην *Whitgiftus* objurgavit: & virulentèr eundem exagitat *Richardus Bancroftus*, quòd à Puritanis Anglicanis consultus, consilium suum illis suppeditarit. Quòd verò dixisset Episcopos Evangelium impedire, respondet: *Quidam disciplinam inordinatè urgentes apud nos exauthorati sunt, sed quid hoc ad illum?* Vel maximè: Imitandus siquidem cuique Christiano Apostolus *Paulus* est: *Absque ijs quæ extrinsecus eveniant, urget agmen illud in me quotidie consurgens; id est solicitudo de omnibus Ecclesiis. Quis affligitur, quin ego affligar? quis offenditur quin ego urar?* 2. Cor: 11, 28. Absit igitur ut gravissimis turbinibus jactati in *Anglia* servi Dei, eam tepiditatem in ejusdem fidei fratribus transmarinis experiantur, quam orientalis quondam Ecclesia in occidentali experta est. *Ad vos respeximus fratres venerandissimi* (inquit Basilius) *Epist. in add.* *quos in præsenti tribulationum tempore, ad nos frequenter venturos speravimus. Verum spe ista frustrati ipsi quoque nobis illud occinimus: expectavi qui simul contristaretur & non fuit, & qui consolaretur & non inveni.* Non ita ipse *Basilius*. Nicænâ etenim Ecclesiâ ejectos non solum accessit

Digitized by Google

cessit consolaturus, sed etiam pro eis ad *Valentem* legatum se & intercessorem interposuit. Non ita *Georgius Laodicenus* qui literas ad Synodum misit, ut Ecclesiarum laborantium rationem haberent: Non ita Synodus Ariminensis, quæ pro expulsis Episcopis *Constantino* supplicavit: Exulat *Liberius* Romæ? ex officio suo esse putant Episcopi occidentales, ut pro eo apud *Constantium* per literas intercederent. Exulat *Athanasius Alexandriæ*? non solùm pro eo *Constantium* interpellandum fuisse censuit *Julius*: sed & suam etiam authoritatem interponendam Occidentales Episcopi reliqui, qui eum etiam ad se fugientem benignè susceperunt, & honore prosecuti sunt. Postremò exulat *Constantinopoli Iohannes Chrysostomus*? intercedendum sibi censuit *Innocentius* Romanus, pro eo scribendum, & quaquâ ope eum sublevandum existimavit. Quid causæ est fratres? quidni in causa veritatis ministri in *Anglia* jam miserè pressi, similem à vobis consolationem expectarent? Numnam illud quod à *Gallo* ministro quodam responsum audivi, scandalum fore, si discordia Anglicana papistis innotesceret, & ea usque ad exteras Ecclesias dilataretur? Atqui Christiano indignam hanc vocem dico. Rectè etenim *Bernardus*; *Melius est scandalum oriatur, quàm ut veritas relinquatur*: verùm si scandalum hìc Papistis præbeatur, illud à vestra afflictorum fratrum desertione apertè præbetur, utpote de qua tanquam discordiâ vestrâ quadam, aut si in eadem veritate concordatis, in eadem tamen tuenda, socordiâ, vel maximè glorientur. Liquet hoc in *Gretsero* Papistisque reliquis: qui vel id vobis objiciunt (quàm meritò non dicam) quòd librum illum magno applausu denuò excudistis, in quo (vos ipsi Puritani) disciplina vestra velut Puritanica condemnatur. Quod verò dicitur, discordiam Anglicanam apud *Philisthæos* & *Gathanos* hâc ratione promulgari, id ipso nihilo minus est: cum responsio illa Bernardina hìc locum habeat: *Non retego verenda, sed inverecunda confuto* —— *Nunc cernente mundi orbe fabulam, soli tacebimus? Major erit confusio voluisse celare, cum celari nequiverit.* Sed hærent fortè in quibusdam suspiciones nescio quæ, ac si non satis sobriè se ministri in *Anglia* prudenterque gesserint: Atqui hoc afflictis afflictionem (nescio etiam an more Nabalitico. 1. Sam. 25. 10.) addere est. Certè cum *Basilio* protestari nobis licet, *Misserum statum nostrum toto orbe cognitum ignorare eos impossibile est, quorum tamen hactenus levamen nullum sentimus.* Quòd si igitur & conversatio nostra nota non sit, vereor nè idem jam nobis acciderit quod olim eidem *Basilio* accidit, qui ita conqueri adactus est. *Quicquid veri sit neque sciunt neque discere sustinent, sed falsis suspitionibus præoccupantur. Neque verum nostrarum veritatem sciunt, neque viam per quam instruerentur admittunt* —— *non decet insultare nos & premere, qui per tentationes humiliati sunt & afflicti.* Atqui inquiunt quidam, cum Anabaptistas & Papistas in eadem Republica, ita jubente magistratu, Ecclesiarum reformatarum quamplurimi ministri ferre & tolerare

V dicice-

Zon. Tom. 3 in Valent.
Sozom lib. 4 cap. 13.
Ibid. c. 18.
Ibid. c. 51.
Ibid lib. 3. cap. 10.
Theod. lib. 2 cap. 4.
Soz. lib. 4. cap. 7.
Pallad in Arcad.
In Apolog.
Epist. 42.
Epist. 70.
Epist. 10.

didicerunt, morosiores in *Anglia* videntur ij, qui ad nutum magistratus Papisticas reliquias nonnullas tolerare nesciunt. Atqui dispar longè conditio est: non Anabaptistas ceu Papistas ministri reformati approbare coguntur, aut subscriptione errores eorum confirmare, imo ne silere tenentur, quo minus eos è suggestu refutare & veritatem ex verbo Dei prædicare possint. In *Anglia* secus est: tolerare ministri semper paratissimi erant, sed hoc habetur pro nihilo: aut approbandum illis est, & suo chirographo confirmandum, silendum insuper; aut bonis, laribus, functionibus, ipsâ denique Ecclesiâ exeundum. Quid nobis hîc faciendum censetis? Certè Dominum *Bezam* olim ab initio consuluimus, atq; consilium hoc retulimus.

Epist. 12. ad frat. in Angl. *Quod si à vobis requiratur non solum ut toleretis, sed etiam ut chirographo tanquam recta comprobetis, quid aliud restat, quam ut de innocentia vestra testati, & omnia remedia in timore Domini experti, manifestæ violentiæ cedatis: sed meliora de* Anglia *speramus*. Quod speravit *Beza* fore id vos jam fortè esse putatis: sed ne decipiamini. *Constantinus* pius imperator erat, in *Eusebium* suum aulicum tamen, quàm in *Athanasium* reliquosque Orthodoxos propensior. *Theodosius* pius imperator erat, *Flaviani* tyrannidi tamen adversus reliquos Orthodoxos Episcopos, plus æquo favit. *Arcadius* pius imperator erat, sed in sanctum *Chrysostomum* iniquior tamen. *Mauritius* pius imperator erat, primatum tamen Constantinopolitanum adversus *Gregorium* nimis promovebat: quòd ad splendorem imperij sui eum conducere existimavit. *Ethelbertus* denique rex pius erat, sed in Archiepiscopatu Hierarchico stabiliendo adversus *Bangorenses* durior. Atque hoc ex disciplinæ reformatæ cum sanctitate tum necessitate, ad Ecclesias reformatas porisma septimum & ultimum est, in quo etiam, de Politeias Ecclesiasticæ præstantia, Finis esto.

Libri Primi Finis.

DE

DE POLITEIA ECCLESIASTICA LIBER SECVNDVS.

De ejus Principijs.

CAP. I. *De eius Iudice.*

FRVSTRA de Politeia Ecclesiastica disceptabitur, nisi ante omnia de Iudice constet, cujus sententiâ lis sopienda, controversia tota dirimenda sit. Hunc ego si scripturam solam statuero, semotis patrum & cujusq; antiquitatis humanæ calculis, neutiquam quidem certè a veritate aberrauero, non a vestigiis antiquorũ. *Bonaventuræ* sæculo multũ Philosophiæ tribuebatur: quam ut a finib⁹ Theologiæ eliminaret, ad solas Scripturas veritatis studiosos quantum potuit, revocabat, Sic enim de eo Iohan. Gersom, *Bonauentura recidit a curiositate quantum potest, non immiscens positiones extraneas, vel doctrinas sæculares, dialecticas aut philosophicas terminis theologicis obumbratas more multorum: Vnde factum est ut ab indevotis scholasticis, quorum (proh dolor!) major est numerus, ipse minus extiterit frequentatus. Sequentibus temporibus, Scholasticorum subtilitas palmam ferebat, quam de ponte dejicere, piorum hominum prima cura fuit: ut ita Scriptura sola in tribunali collocaretur.* Videre hoc est in *Iocchio Puppero* Mechliniensi, de quo D. *Mornæus* ita: *Omnibus Sophistarũ & Scholasticorũ glossis explosis, soli sacræ Scripturæ & in articulo justificationis* Paulo *nominatim inhærendum esse docuit; quas vulgo interpretationes assumunt a verbo Dei alienas plane esse*, &c. Sed supererat postea, de antiquis Patribus molestior labor: quos de tribunali ut deturbaret *Huldrichus Zwinglius*, ante disputationem *Tiguri* habendam, palam professus est, se solâ Scripturâ absque patribus disputaturum: quo factum est, ut præcipuo illius antagonista clam noctu aufugiente, hora disputationis jam aduentante, nemo

esset repertus, qui contrà in arenã auderet descendere. Hanc rationẽ optimo consilio a majoribus institutam, immutant jam hodie Hierarchici Anglicani: de quibus *Daniel Chamierus* non-immeritò ita scripsit: *Fidei solum fundamentum Scriptura est, unde improbare cogor non in papistis tantùm qui patribus libenter tribuunt illud Pythagoricũ αὐτὸς ἔφα sed & quosdam (appellate semi-Papistas?) importunam antiquitatis admirationem, qui sibi scilicet temporibus ita se controversiarum arbitros faciunt, ut non prorsus ex scripturæ præscripto Ecclesiam velint reformari, sed potius ad exemplar nescio quod, quod ipsi sibi confinxerunt, ex seculis, ut videri volunt utinam etiam judicio ipsa antiquitatis cognitione: quorum conatus, nisi compescat Deus, verendum ne id perficiatur, non ut Papistæ sint correctiores, sed ut nos simus corruptiores, ut eisdem in re simili cum Prospero verbis utar.*

De Oecumenic. Pontif in præfat.

Epist. ad Cardin. Peron. p. 15.

Hic ego a clarissimo viro *Isaaco Casaubono* veniam peto, si huic culpæ affinem putem: quòd duo κριτήρια posuerit, quibus modernæ controversiæ finirentur, verbũ Dei & antiquitatẽ. Hoc enim id ipsũ ni fallor est, quod *Georgius* olim *Casander* Semipapista verbis magis papisticis, id est, veris & apertis tradidit: *duo esse quæ in omnibus cõtroversiis Christianus sibi proponere debet, Canonicã authoritatẽ, & Catholicã traditionẽ.*

De officio Pij viri. p. 18.

Hanc Catholicã traditionẽ non ullo ille alio sensu quàm quo nostri, requirit: scripturam etenim solam sufficere putat, sed tamen ex *Vincentio Lyrinensi* antiquitatem adhibendam (quemadmodum nostri) constat, ad scripturam interpretandam, tum præsertim, cum ab hæreticis in varios sensus distrahatur. Imo traditiones nõ tam urgere *Cassander* videtur, atq; urgent Hierarchici: cum displicere videantur *Cassandro*, duplex *Clementis* Alexandrini agricultura scripta & non scripta, & duplicia *Basilij* dogmata ἄγραφα καὶ ἔγγραφα quæ *Guil. Barlous* plane probare videtur. Sed hanc cum *Cassandro* collationẽ missã faciamus: & ipsos Hierarchicos hac de re sententiã suam explicantes audiamus, Celebris apud eos omnes *Hieronomi Zanchij* positio est: sic ut in eo uno, quid omnes sentiunt deprehendatur. *Fides mea* (inquit) *nititur cumprimis & simpliciter Verbo Dei: deinde nonnihil etiam communi totius veteris catholicæ Ecclesiæ consensu, si ille cum sacris Literis non pugnet: Credo enim quæ a piis patribus in nomine Domini congregatis, communi omnium consensu, citra ullam sacrarum literarum contradictionem, definita & recepta fuerunt, ea etiam (quanquam haud ejusdem cum sacris literis authoritatis) a spiritu sancto esse*, Hæc cum ab omnibus citentur, *Downamo* imprimis & *Saravia*: liquet sententiam Hierarchicorum, in tribus turpiter hallucinari. Primò eorum sententia cõtradictoria est. Nam si simpliciter eorũ fides verbo Dei nitatur: certè nihil omnino, gradu aliquo, authoritate humanæ antiquitatis niti potest. Secundò eorum sententia papistica est: licere hominibus putant verbo Dei addere, dummodo id cum scriptura non pugnat: cum Protestantibus omnibus ex adverso constet, non solùm contra scripturam, sed etiam & præter scripturam, addendum nihil esse. Postremò sententia eorum hypocritica est: injuriam quam

Defens. l. de offic. Pij viri in Appendic.

In Conc. Hampton. Septemb. 21 1606.

Observ. in c. 25. Aphor. 10. & 11.

scrip-

Digitized by Google

ſcripturæ inferunt, hoc velo palliant, quod præcipuè & cumprimis fides eâ innitatur: cum honor ſcripturæ ſalvus eſſe nequeat, niſi eâ fides nitatur ſola: ſic ut nec præcipue nec minus præcipue, *patres a ſe* ut loquitur Iuellus, *aut ſoli abſque luce verbi divini præeunte, audiendi ſint.* Quid quòd eorum praxis reclamat? nam quando multo plures in eorum ſcriptis citationes patrum, quàm ſcripturarum (imo in infinitum plures) reperiuntur, quis non dicet eos, præcipue patribus, minus autem præcipue revera ſcripturis niti; Id ipſum ex modo citandi liquet. *Richardus Fyldius* postquam pro Epiſcopis Angelos ſeptem Eccleſiarum citaſſet, objicit ex perſona noſtra, prioritatem ordinis Epiſcopo deberi tantùm non autem poteſtatis. Quid ille ad hoc: Nempe cum Angelos Eccleſiarum ſuperioritatem poteſtatis nulla textus circumſtantia comprobare animadvertiſſet: eò tantùm deſcendit ut antiquitate ſola pugnaret: hoc enim reſpondet ſolum. *Hanc novam præſidentiam approbare non poſſumus: quia in tota antiquitate, nullum hujuſmodi Epiſcopi aut præſidentis exemplar reperimus: ſed ejuſmodi nobis Epiſcoporum deſcribunt patres, qui eminentem & exortem poteſtatem haberet, ſine cujus conſenſu nihil agere preſbyteri deberent.* Similiter *Georgius Downamus* Apoſtolos Metropolitanas civitates intendiſſe affirmat: ſciſcitamur unde ejuſmodi intentio liquere poſſit: reſpondet, eam *ex primæ Eccleſiæ communi praxi liquidiſſime* apparere. An hoc præcipue ex ſcripturis diſputare eſt, minus autem præcipue ex patribus? imo hæc probatio ex ſcripturis nihil pendet, prorſus nihil: ſed tantummodo, omnino, prorſus ex patribus. Eſt etiam quando non ſolùm ſine ſcripturis, ex patribus prorſus pugnant: ſed etiam patres ſcripturis anteponunt: *Thomas* ſiquidem *Bilſonus* poſtquam Matth. 18. 20. *Dic Eccleſiæ* de civili tribunali, idque (ut ipſe quidem putat) ex circumſtantiarum conſideratione, interpretatus fuiſſet, permittit ad poſtremum, in patrum gratiam, ut de Eccleſiaſtico (ſi modo veſtigiis patrum inſiſtere cuiquam placeat) intelligatur. Atqui hoc ſcripturam ſub jugum patrum mittit: etſi enim ille in conſcientia ſua hanc interpretationem veram putat: eam deſeri tamen permittit potiùs quam patrum authoritati vel minimum derogetur. Quid de nobis interim fit, qui pro ſcriptura ſola pugnamus, & ex ſcriptura ſola (patribus ſemotis) in unaquaque controverſia Theologica diſcutienda pugnandum omnimodo exiſtimamus? Nempe quod a *Cornelio Scultingio* Proteſtantes omnes audiunt, quòd *Soli Scripturarij* ſint, id jam nos ab ipſis proteſtantibus Hierarchicis, quòd nihil legerimus, patres neſciamus, antiquitatem contemnamus, denique quòd ſoli Scripturarij ſimus. Huic calumniæ & errori medicinam facient Theſes ſequentes.

De Eccleſia l. 5. 27.

De perpet. Gubern. c. 4

Hierar. Ana. Lib. 3. p. 75.

Digitized by Google

CAP 11.

Theses ix. quibus confirmatur Scripturam solam esse judicem.

Sentent. lib. 1. q. 1. art. 3 PRimò, sola scriptura fidem fundat: sic ut *ad ipsam* (ut rectè Alliacus) *fiat ultima resolutio Theologici discursus: & ex ea primo singulæ conclusiones Theologicæ deducantur*. Hoc à *Thoma Bilsono* ipso adversario datum, imo & comprobatum etiam. Rom. 10. *fides* (inquit) *ex auditu est, auditus autem ex verbo Dei, unde colligimus, fidem neque absque verbo neque præter verbum, ullam esse posse*. Citat deinde Basilium. *Si omne quod ex fide non est, peccatum est, ut ait Apostolus, fides autem ex auditu, auditus autem per verbum Dei: sine dubio quicquid extra divinam scripturam est, quum ex fide non sit, id peccatum est*. Similiter Hilarius. *Fidem quæris imperator? Audi eam non ex novis chartulis, sed ex Dei libris: Audi rogo quod a Christo scriptum est, ne eorum prætextu quæ non sunt scripta, prædicentur*. Sic Tertullianus: *Aliunde loqui nos de rebus fidei non posse* docet, *nisi ex literis fidei: Quum credimus, nihil desideramus ultra credere: hoc enim primum credimus, non esse quod ultra credere debeamus*. Ita Augustinus: *Titubabit fides, si divinarum scripturarum vacillet authoritas*. Sic Chrysostomus: *Si quid dicitur absque scriptura claudicat auditorum cogitatio*. Postremo audiatur ipse Matheus Sutclivius, *Fides supra verbum Christi: Rom. 10. & Ecclesia super fundamentum Prophetarum & Apostolorũ structa est, sic ut nisi ex Apostolorũ scriptis docere possint totã hanc suã fidẽ adversarij super arenam fundatã esse fateãtur necesse est: Ipsi enim fatentur fidem niti revelatione divina, & non alibi fundari quàm in verbo Christi. Thom. Sum. p. 2. q. 1. art. 1, 2. 6.* Vanum igitur est, quod ab Hierarchicis ponitur, fidem quidem cumprimis verbo Dei niti, sed nonnihil tamen ex consensu antiquitatis.

Cont. Apol. p. 2. p. 255 266.

In Ethic. definit. 8.

Ad constant August.

De præscript. cap. 15. 8.

De doctr. Christ. l. 1 c. 37.

In Psal. 95.

De Pont. Roman. l. 2. c. 9. P. 132

Secundò Scriptura sola αὐτόπιστος est, & à se authoritatem habet quod a *Guilielmo Whitakero* adversus *Bellarminum* aliisque nostris adversus eundem, & *Stapletonum* fusissimè demonstratum est. Quemadmodùm igitur rem calidam esse ex hoc solo probatur, quòd ab igne participet, qui a se calidus est: ita in quæstionib⁹ Theologicis, rem veram esse nullo alio modo probari potest, quam ratiocinãdo eam a Scripturis robur accipere, quæ solæ a se veritatem continent. Quatiuntur hoc ariete testimonia adversariorum omnia ex patribus producta, quę ratiõnẽ nullã adferũt ex scripturis: liberamur verò nos ab omni arrogantiæ & impudẽtiæ suspitione, cum nudam patrũ authoritatẽ, à se, absq; ratione à scripturis depromptã loquentẽ, rejiciendã existimamus. Si nos etenim hoc nomine arrogantes & impudẽtes simus: arrogans sanè & impudẽs *Augustinus* fuit, cujus ista vox est, *Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaq; præpolleant: non ideo verum putem quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos authores*

Cont. 1. q. 3. per totum.

Epist. 19.

Digitized by Google

thores Canonicos vel probabili ratione quod a veritate non abhorreat, persuadere potuerunt. Arrogans & impudens *Athanasius*, qui provocantib⁹ ad patres ita respondet: *Si bene fidunt suæ sectæ, ostendant, si quid pro ea defendenda vel ex sacris literis vel ex aliqua humana saltem ratione pia deducere possunt, aut si non possunt, taceant.* Arrogans denique & impudens *Guilielmus Whitakerus* noster. *Desinat* (inquit) *nuda Patrum testimonia nobis objicere, & scripturas potius, vel argumenta saltem solida afferant.* Qu d si autem arrogantiæ morbo aliquo hac de causa laboraremus: consultum tamen adversarijs esset, de illo Poetæ monito cogitare. *Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.* Nam quum præcise jubeamur. 1. Pet. 4. 11. *Nulla nisi domini verba loqui*: videant quam ipsi arrogantes sunt, qui nuda hominum testimonia, non loqui tantū, verū & personare audeant. Non ita ipsi sancti patres arrogātes: Sic etenim Origenes: *Necesse est Scripturas sanctas in testimonium vocare: nam sine his testibus enarrationes nostræ non habent fidem.* Sic Cyrillus Hierosolymitanus: *Necesse est non sine sacris scripturis quicquam tradere: neque mihi hæc dicenti simpliciter credas, nisi demonstrationem horum ex sacris literis accipias.* Sic Hieronymus. *Omne quod loquimur debemus affirmare de scripturis sanctis.* Sic deniq; Clemens Alexandrinus: *Si non satis est solum absolutè dicere, quod visum est, sed oportet etiam probare quod dictum est, non expectamus testimonium quod datur ab hominibus, sed quod voce Domini probatur, quæritur.* Ex his omnibus confirmatut, quum à se Scriptura solâ authoritatem habeat, frivola esse omnia ea, quæ ab adversariis producuntur testimonia patrum, quæ nuda sunt, & rationem per se nullam ex sacris Scripturis adferunt.

Epist. cont. Arian.

Cont. 4 q. 5. cap. 2.

Lib. 4. c. 25

Catechis. 4.

In Psal. 98.

Stromat. l. 7

Tertiò, Scriptura sola docet: *Vnus etenim tantummodo Doctor est*: Math. cap. 23: vers. 8. 10. qui semel docuit: sic ut jam non dico patres sed & Angeli ipsi rejiciendi à nobis sunt: Gal. 1. 8. non solùm si contra, sed etiam si *præter* Scripturam sacram doceant. Iugulatur hoc telo fides Hierachica illa, quæ consensu antiquitatis nititur, quando Scriptura non contradicit, aut eadem cum Scriptura minimè pugnat. Qua in re vel ad ipsum *Thomam Bilsonum* adversarium provoco: *Neque pastor neque consilium*, inquit, *imo neq; Angelus in rebus fidei recipiendus est: non dico solum contra Scripturas* (videant hîc de *Zanchio* suo Hierarchici) *sed etiam absque Scripturis, vel præter Scripturas.* Citat huc *Hilarium* super Psalm. 86: *Quicquid præterea est abscindatur.* Tertullianum de præscript. *Nihil aliud credendum.* Irenæum lib. 3. 3. C. 1: *A nullis aliis, nisi ab Apostolis.* Cyrillum, De recta fide, ad Regin. lib. 2: *In nullo a sacris Scripturis.* Augustinum De pastoribus, cap. 11. *Quicquid præter est repudia*, & contra literas Petil. lib. 3. cap. 3. *Præterquam quod —— anathema sit.* Isidorum denique Caus. 11. q. 3. Con. 5. is qui præest: *Præter id quod evidenter in Scripturis præceptum est.* Provoco etiam ad Hierarchicum alium, *Thomam* nempe *Mortonum* præsertim in illa altera pronuntiati Zanchiani parte, ubi

Cont. Apolog. p. 2. p. 266.

dicit

Digitized by

dicit *a Spiritu sancto profecta esse quæ sancti patres de disciplinâ quantum-*
Schol de Purgator. *vis præter Scripturam sacram, tradiderunt.* Dixit Petrus à Soto olim:
Non est Spiritus Evangelici Scripturis solis intentum esse: Quocum
quàm proximè sese *Zanchius* conjunxerit judicet æquus: Ego Spiri-
tum diabolicum eos sequi potiùs, qui extra Scripturas Spiritum
P. 2 lib. 1. c. 49. quærunt, ex illo testimonio *Theophili* me probaturum posse puto,
quod citat *Mortonus*: *Diabolicum est extra divinarum Scripturarum*
authoritatem aliquid divinum putare. Simile illud est quod adversus
Defens. Apolog p. 1. c. 9 Divis. 1. *Hardingum* affert *Iuelius* ex sancto *Chrysostomo.* Dixerat ille id quod
Zanchius, Spiritum sanctum in sanctis patribus loqui: regerit *Iuellus,*
frustra Spiritum sanctum absque authoritate Scripturarum venditari: *quo*
hæc tendunt Chrisostomi, inquit, *Si quis eorum qui dicuntur habere Spiri-*
tum Sanctum dicat aliquid a seipso, & non ex Evangeliis, non credite: *Si*
P. 2. p. 266. *quis sequitur dicta Christi Spiritum sanctum habet. Ex quo non legit hæc*
P. 2. lib. 1. c. 50. *scripta, sed a seipso loquitur, manifestum est quod non habeat Spiritum*
sanctum, Huc pertinent quæ à *Bilsono* & *Mortono* adferuntur etiam,
ex Psalm. 119: 105. 2 Pet. 1. quòd Scriptura sola, lucerna & lux
sit: sic ut qui patres aut mortales ullos, præter eam audiant, in tene-
bras incidere necesse sit. Hinc *Chrysostomus*: *Quod lumen est oculo,*
id Scriptura menti est: quod & habent Hieronymus in Isa. 8. 20. *Am-*
brosius in Psal. 118. Serm. 14. *Anselmus* in Luc. c. 16. Neque ego
plures addam: qui plures desiderat, *Mortonum* consulat: quorum
ille authoritates ita recapitulat: *Nihil sine, nihil extra nihil præter, ni-*
P. 2. lib. 1. c. 25. *hil ultra divinam Scripturam* admitendum esse contestatur: ut non
necesse sit nobis amplius (seu obtritis Gibeonitarum calceis) tra-
ditionibus putridis & vetustatis fuco ementitis decipi.

4 Quartò, Scriptura sola ad fidem faciendam probat: unde so-
lemne Prophetis fuit: *Hoc dicit Dominus*; & Christus solùm ad-
versus ea quæ ab antiquo dicta essent, afferre solet: *Ego dico vobis*:
Matth. 5. Perspici hinc potest, quàm audax Hierarchicorum proba-
tio illa sit: Hoc dicit *Tertullianus*, hoc dicit *Cyprianus*: quæ & ipsi
Thomæ Mortono quantumvis adversario displicet, qui illud *Augusti-*
ni & citat & approbat: *Scriptum est*; *Audi quid dicit Dominus, non,*
P. 2. lib. 1. c. 18. *quid dicit Donatus, aut Vincentius, aut Hilarius, aut Augustinus.* Rur-
sus: *Non audiamus, Hæc dico, hæc dicis, sed audiamus, Hæc dicit Do-*
Cont. lit. Petilian. c. 2. *minus*: *Sunt certè libri Dominici quorum authoritati utrique consenti-*
mus ... *ibi discutiamus causam nostram,* Iterum: *Nemo mihi dicat quid*
dixit Donatus, aut Parmenianus, aut Pontinus, aut quilibet eorum: *Quia*
Ibid. c. 19. *nec Catholicis Episcopis consentiendum est, sicubi forte fallantur, ut con-*
Epist. 152. *tra canonicas Dei Scripturas aliquid sentiant*: Excellunt verò ad no-
strum propositum illa *Hieronymi*, qui eandem calumniam quam jam
nos, expertus est, quod solâ Scripturæ authoritate fretus, veteres
patres à se loquentes repudiavit: *Non juxta* Pythagoræ, inquit, *di-*
scipulos, præjudicata doctoris opinio, sed doctrinæ ratio ponderanda est:
Omnia probate, quod bonum est tenete: *& estote probati nummularij, ut*
si quis

si quis nummus adulter est, & figuram Cæsaris *non habet, nec signatus est, moneta publica reprobetur: qui autem Christi faciem claro lumine præfert, in cordis nostri marsupium recondatur. Cur me lacerant amici mei & adversum silentem crassæ sues grunniunt? quarum omne studium est, imo scientiæ supercilium aliena carpere, & sic veterum perfidiam defendere, ut perdant fidem suam. Meum propositum est antiquos legere, probare singula, retinere quæ bona sunt, & a fide Ecclesiæ Catholicæ non recedere.* Quem non moveret tam sancta hominis pij contestatio? quem non terreret calumniantem tam moderata defensio? quæ etiam & nostra est. Patres nos legimus, sed probamus; non contemnimus, examinamus tamen. *Pythagoræ* loco nobis solus Christus est, ut qui *Pastor solus*, Ecclesf. 12: 11. *magister solus*, Matth. 23, *solus Propheta Ecclesiæ sit*, *Act*, 7. 37. patres verò, utcunque ad fidem illustrandam testes approbativi esse possunt: ad fidem tamen faciendam, tantùm abest ut judices, ut ne quidem testes probativi esse queant; sic enim Christus Ioh. 5: 34. *Ego ab hominibus testimonium non accipio.*

5 Quintò, Scriptura sola refutat, id quod in Christo videre est, qui nullis Rabinorum scriptis (ut habet *Reynoldus*) sed solis Scripturæ testimoniis, diabolum repulit: Matth. 4. & in Apostolis, qui adversus Iudæos sacras Scripturas recipientes, nullius nisi Scripturæ sacræ testimonijs disputabát. Hoc nobis jam in officio esse docet vel ipse adversarius *Bilsonus* ex 2. Tim. 3. 16, 17. *Scriptura divinitus inspirata* dicitur, *ut vir Dei perfectus esset in redarguendo*, id est, errores refutando, idque in causa disciplinæ: nam de disciplinâ Ecclesiastica, vel ipsis fatentibus adversariis, illa ad *Timotheum* epistola *Pauli* tractat: Non immeritò igitur concludit *Bilsonus* Apostolos quæ prædicarent ideò scriptis mandasse, ut tanquam lydius lapis Scriptura posteris relinqueretur, per quam veritas probanda & examinanda esset. Concludit idipsum ex Christi exemplo *Tomas Mortonus* adversarius alius, illa *Stellæ* approbans: *Non aliter impios hæreticos perfrictæ frontis possumus convincere, nisi sacros habeamus codices, ex quibus clara veritas eluceßit*, Iohannes Iuellus postquam hoc Christi exemplum, & illum ad *Timotheum* locum protulisset, subjungit: *Ita & patres nullis aliis viribus contra hæreticos olim pugnarunt quam sacris Scripturis.* Rursus, cum indignaretur *Hardingus*, (ut hodie Hierarchici) se ad solas Scripturas revocari, respondet in hæc verba: *Nos te semper ad Scripturas revocare dicis; Non tam gravis hæc, spero, culpa est: Ita faciendum esse jubet Christus; Scrutamini (inquit ille) Scripturas.* Iohannes Reynoldus, cum ad patres *Hartus* provocasset, admonet in *Scripturis* solis acquiescendum potiùs esse, ut quæ solæ ille lapis lydius sint, quo veritas discernatur. Quid ille? Deridet nempe fere eisdem cum *Richardo Bancrofto* verbis illorum hypocrisin, *qui licèt verbo tenus honorifice de patribus loqui soleant, cum tamen ad rem deventum sit, ad Scripturas solas confugiunt*: Gravis hæc accusatio erat & mordax sarcasmus: nihil tamen ille aliud respondendum putavit quàm *perperam*

Cont. Apol. p. 2266. & p. 458.

P. 2. lib. 1. c. 47.

Defenc. Apolog p. 1. c. 9. Divis. 1.

Ibid. Divis. 3

Collat. c. 5. Divis. 1.

haberi se contra homines inofficiosum, qui officiosus erga Deũ esset. Supereſt Gui. *Whitakerus*, cui cum à *Duræo* (quod jam nobis) objectum eſſet, *miſeram illius cauſam eſſe, qui armis patrum, conciliorum, Eccleſiæ, interdictis, Scripturâ ſolâ pugnare vellet*, ita reſpondet: *Non hic armis quibuſlibet utendum, ſed quæ in hoc certaminis genere legitima ſola ſunt: ea autem ex armentario Scripturæ ſolo petenda*. Quam tu igitur cauſam meliorem putas: an noſtram, quæ Scripturâ ſolâ tuta eſt, an veſtram, quæ ſi Scripturis ſolis agatur, ſalva nequit conſiſtere? Opus *Reynoldi Henricus Paræus* Epiſcopus *Gloceſtrenſis* ex *Anglico* Latinum, opus verò *Whitakeri* ex Latino Anglicum *Richardus Stockius* fecit: annon igitur vel adverſarios ipſos ſuffragatores hac in cauſa habemus, Scripturis nempe Dei ſacris, eiſque ſolis pugnandum eſſe? Cur hanc ſanctiſſimam æquiſſimamque diſputandi aleam ſubterfugerent adverſarij, niſi ob eam quam reddit *Auguſtinus* cauſam? *Odit ægrotus medicinam*. Quàm verò ſibiipſis hoc conſilio peſſimè conſulant, docet ſanctus *Chryſoſtomus*: *Ex quo hæreſis impia, quæ eſt exercitus Antichriſti obtinebit Eccleſias, nulla probatio poteſt eſſe vera, neque refugium poteſt eſſe Chriſtianorum aliud, niſi Scripturæ divinæ. Qui ergo vult cognoſcere quæ ſit Eccleſia vera, unde cognoſcat niſi tantummodo per Scripturas: Sciens ergo Dominus tantam confuſionem futuram, mandat ut Chriſtiani ad nullam rem fugiant, niſi ad Scripturas: Alioqui, ſi ad alia reſpexerint, ſcandalizabuntur & peribunt, non intelligentes quæ ſit vera Eccleſia: & per hoc incident in abominationem deſolationis, quæ ſtat in ſanctis Eccleſiæ locis.* Impletum in oculis noſtris hoc vaticinium hodie eſt. *Deturpavit diſciplinam Antichriſtus & abominationem in ſanctis Eccleſiæ locis collocavit.* Scripturis ſolis adhærentes reformati hanc & diſcernunt & deteſtantur: cum ad patres confugientes Hierarchici (qui quanquam neſcientes, Antichriſtum tamen in ementita Hierarchia promovebant) in diſciplinam notham incidunt, & ab Antichriſto mutuatam, & ut ſanctus *Chryſoſtomus* loquitur, *volentes, prudenſque ſcandalizantur.*

Cont. Dur. p. 4.

Epiſt. 3.

In Math. homil. 49.

Sexto, Scriptura ſola judicat & definit. Fixum hoc ratumque *Thomæ Bilſono*, vel adverſario noſtro eſt, qui huc illa ex capite *Iſaiæ* 8 citat: *Nonne populus a Deo ſuo conſilium capere debet? Ad legem & ad teſtimonium: qui non ſecundùm hoc verbum loquitur, ideo eſt, quia lumen nullum habet.* Ratum hoc etiam adverſario alteri, *Thomæ* nempe *Mortono*, qui exemplum *Conſtantini* Magni urget, ſacrum codicem in medio Concilij *Nicæni* proponentis, cum his verbis; *Evangelici & Apoſtolici libri planè nos inſtruunt quid de divinis ſentiendum ſit, proinde hoſtili poſita diſcordia, ex verbis divinitus inſpiratis ſumamus quæſtionum explicationes.* Conſtat hinc quod ex *Liberio* in reſponſione ſua ad Conſtantium affert *Thomas Biſonus*, qui *in Synodis timorem Domini, & inſpectationem Apoſtolorum, ad omnia ſufficere* dixit: Iam vero in Synodis tantummodo codex Dei quaſi judex proponendus? imo vero inquit Auguſtinus; *Ubicunque locus ad diſputandum conſtitutus fuerit, faciamus*

Cont. Apol. p. 2. pag. 265 266.

P. 2. l. 1. c. 51. Theodoret. lib. 1. c. 7.

Cont. Apol. p. 2. p. 84.

Epiſt. 165.

faciamus codices Canonicos præsto esse, & si quæ proferri possunt ex utraque parte documenta, postpositis cæteris rem tantam ad inquisitionis terminum perducamus: Eodem pertinent quæ ex Chrysostomo citat Mortonus. *Cum habeamus omnium exactissimam regulam ex divinarum Scripturarum assertione, oro vos omnes ut relinquatis, quid huic, quid illi videatur, & de his a scripturis, hæc omnia inquirite:* At hæc patres non excludunt, inquis. Quid, nonne excluduntur, cum postponi & relinqui jubentur? Sed planus *Thomas Mortonus* alibi est, illa Bellarmini probans: *Patres exponunt Scripturas non more iudicum sed more doctorum: id est, supremi iudices non sunt, possunt tamen quasi secundarij esse.* Apage has nugas: Ita Scriptura pro solo judice agnoscenda, ut patres penitus removendi sint, vel ipso *Iohanne Iuello* judice: qui ad hanc rem *Augustinum* adducit: *Auferantur e medio quæ adversus nos invicem, non ex divinis canonicis libris, sed aliunde recitantur. Quæret fortasse aliquis, cur vis ista auferri de medio? Quia nolo humanis documentis, sed divinis oraculis Ecclesiam sanctam demonstrari.* Rursus: *Auferantur de medio chartæ nostræ, procedat in medium codex Dei, audi Christum dicentem, audi veritatem loquentem. En seipsos de medio prorsus auferendos ipsi Patres docent, ut in controversiis Theologicis terminandis soli sacræ divinæque Scripturæ relinquatur locus.* Postremo prodeat in medium adversarius tertius Isaacus Casaubonus: *Quid in libris patrum,* inquit, *occurrit frequentius quam hæc verba?* ὅτι διδάσκειν ἐκ τῶν γραφῶν quæ docentur in Ecclesia Dei è verbo Dei peti debent: aut hæc: ἡ θεόπνευστος ἡμῖν διαιτησάτω γραφή *judicium de controversiis in causa religionis penes Scripturam esto locus integer: Non putamus justum esse obtinentem apud ipsos consuetudinem legem & regulam facere rectæ doctrinæ. Igitur Scriptura divinitus inspirata judex a nobis constituatur, & apud quos inventa fuerint dogmata divinis sermonibus concordantia, hiis omnino etiam veritatis suffragium accedat.* Simile illud est quod habet *Henricus Paræus* adversarius quartus, in sua *Iohānis Reynoldi* versione. *Quærendi sunt aliqui hujus controversiæ judices: In terrenis de hac re nullum reperiri potest judicium: de cælo quærendus est judex; sed ut quid pulsamus ad cælum cum habeamus hic in Evangelio Testamentum?* &c. Sic Augustinus: *Hæc controversia judicem requirit, & quis erit judex? judicet Christus: judicet cum illo & Apostolus, quia in Apostolo ipse loquitur Christus.* Rursus: *Sedeat inter nos judex Apostolus Iohannes:* Citat & ista Thomas Martonus: pag. 2. lib. 5. c. 11.

P. 2. lib. 1. c. 49.

Ibid. lib. 2. c. 20.

Defenc. Apol p. 1. c. 9. d. 1.

Cont. Petil. c. 3.

In Psal. 57.

Epist. ad Peron. p. 33. & 34.

Epist. 85.

Cont. Parmen. lib.

De Nupt. & concup. lib. 2 c. 33.

De grat. & libero arbit. c. 18.

Septimo, Scriptura sola interpretatur. Contra hanc thesin contrariam iniquissime astruunt passim Hierarchici: *patres nimirum ut Scripturæ interpretes credendos esse*: quorum sententiam vel unus ex *Saravia* locus ita patefacit: *De verbo Dei,* inquit *aut de ejus anthoritate nulla inter nos est controversia, quin ei tanquam certissimæ regulæ parendum sit: sed id nos cogitare oportet, veteres, qui proxime a temporibus Apostolorum præfuerunt Ecclesiæ, verbo Dei non fuisse destitutos, nec omnes pariter Ecclesias simul a verbo Dei potuisse deficere. Si quis contra*

De trip'ic. episcop. in Prolog.

tra contendat, atque adeo amore sui, suæque ætatis cæcus est, ut sibi nostra tantum ætas sapere videatur, fruatur ille per me sapientia sua: ego illud iudico & admittendum primarum Ecclesiarum morem & usum universalem Interpretem *obscurorum locorum qui dubij sunt & controvertuntur, arbitror.*

Primo, huic papistico dogmati minùs assentiendum putabit, qui secum considerat, quàm illius fundamentum blasphemum sit; *Scripturam* nempe *ex sola Scriptura interpretandam non esse, quia muta, quia obscura, quia non perfecta*: ut apud Iuellum videre est, Defens. Apolog. cap. 9. Divis. 1. Ecclesiæ vero praxim ad opem ferendam advocare quam iniquum? Recte enim *Guilielmus Whitakerus* quum Hierarchicorum more objecisset *Bellarmnius*: *Consuetudo Ecclesiæ subsequentis optima est interpres Scripturarum*, ita respondet: *Imo consuetudo semper habita est pessima Scripturarum interpres: a Tertulliano, & Cypriano, & ab Augustino*: Ita illi cum partibus non consentiunt.

De Concil. q. 8. c. 3. p. 99 Secundò, aperta testimonia præstò sunt, Scripturam non nisi ex ipsa Scriprura interpretandam esse; nam & Levitæ Neh. 8:8. dabant intelligentiam per Scripturam ipsam, & Christus Scripturæ vitiatæ a Diabolo, sensum verum ex Scripturarum aliarum collatione elicuit, Mat. 4. & nullo alio adminiculo quàm diligenti comparatione veteres Prophetas in suis epistolis interpretati Apostoli sunt: Act. 9: 29. & Apostolorum lucem clariorem cum illa Prophetarum obscuriore conferre nos jubet Sanctus *Petrus*: 2. Pet. 1. 19. & consilium Tridentinum denique Ap. 11. c. 8, Scripturas occidisse dicitur, & in cadaver merum vertisse: quum earum interpretatio ipsis esset adempta, & humano judicio emancipata: de quo *Brightmannus* consulendus est, p. 296,

Tertiò, rationes suppetunt ex Scripturis manifestæ: Nam cum Scriptura non in verbis sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice rationis consistat, ut rectè Hieronymus: *petatur jam interpretatio Scripturæ ex scriptis humanis*: In Galat. c. 1. *& domini in fidem homines erunt*, 2 Cor. 1, 24. *fides humana authoritate nitetur, non divina*: 1. Cor. 2: 5, *Scriptura privatæ interpretationis erit*: 2. Pet. 1, 20. Patres æqualis cum Scripturis authoritatis erunt (ut recte Whitakerus) vel etiam majoris, quia patrum Cont. 1. q. c interpretatio *dion* illud erit, propter quod, quidque verum æstimabitur.

Quartò, consulantur testimonia ipsorum patrum, quæ a nostris condensantur, ut probetur Scripturam non nisi per ipsam Scripturã interpretandam nobis esse: apud *Iuel.* Defen. Apolo p. 1. c. 9. divis. 1. *Ioh. Reynoldum* collat. cum *Hart.* c. 1. Diuis. 2, *Guil. Whitakerum* cont. 1. q. 5. c, 13. *Thomam* deniq; *Mortonum* Apolog. Catholic. p. 2. lib. 5. c. 9. ex toto acervo, sufficiat nobis adversus eam, quæ est in *Anglia* Hierarchiam illa *Tertuliani* appellatio. *Surge veritas: ipsa scripturas* De veland. virg.

tuas

tuas interpretare: quam consuetudo non novit, nam si nosset non esset. Frustra quidem, quia falso universam Ecclesiæ antiquæ praxin obtēdunt Hierarchici: sed quid si ea Hierarchiam Anglicanam recepisset? num inde sequitur eam approbandam esse, aut Scripturis consentaneam? Minime verò: ipsa etenim Scripturarum veritas, scripturas interpretari debet, non consuetudo: quia ea ejusmodi esse potest, quæ si Scripturas nosset, omnino non esset: Id quod de ista consuetudine Hierarchica verissimè dici potest.

Quintò, non desunt huic veritati vel ipsa quidem, ipsorum adversariorum testimonia, qui cum papistis decertantes, Scripturam per solam Scripturam interpretandam esse liberrimè protestantur. Sic Thomas Bilsonus *Frustra illius sensum & interpretationem in Ecclesia quæritis, quod nusquam in Scripturis reperitur.* Sic *Richardus Fyldus*, qui *Cajetanum* & *Andradium* contra *Canum* defendit; *licere contra torrentem patrum, & communem antiquitatis consensum, cuivis ratione munito Scripturam sacram interpretari.* Matheus Scutclivius ita. *Iurisconsulti dicunt principis esse summi, qui leges condidit, eas interpretari: sic Scripturas cum non ediderit Pontifex, nec edere possit, nec eas interpretari debet.* Thomæ Mortoni hæc adversus Pontificios positio est: *Scriptura eam studiose perscrutantibus, est sui interpres. Hadrianus Saravia* adversus *Gretzerum*: *Quicquid disputatur ad Scripturæ insufficientiam demonstrandam, nisi Papæ accedat interpretatio, ad injuriam Spiritus sancti & Domini nostri Iesu Christi ex eo pertinere* probat, quòd *in Scriptura omne Dei consilium traditum sit.* At valet hæc ratio, tam adversus interpretationes patrum quàm Papæ, id quod dilucidiùs perspicietur, si addantur quæ ipse subijcit: *Omnes hæreses ex* SOLIS *Scripturis convincendas esse veteres Orthodoxi docuerunt: idque juxta Dei verbum: Scriptura divinitus inspirata est——ut integer sit Dei homo, ad omne opus bonum apparatus.*

Cont. Apol. p. 4. p. 547. De Eccles. li. 4. c. 2. & 16 De Pontif. Rom. l. 4. c. 2. p. 283. Apolog. p. 2. lib. 5. c. 9 Con. Gretz. p. 347.

Octavò, Scriptura sola conscientiæ satisfacit. *Mihi satisfecit.* inquit Dovvnamus, *quod* Ambrosius Archippum *Episcopum appellarit.* Vide quantum distamus: mihi etenim è contra satisfacit, quod eum Paulus minimè Episcopum Hierarchicum vocitarit, quodq; hujus muneris in literis sacris nullibi aliâs mentio fiat: Non enim oportet supra id quod scriptum est sapere 1 Cor. 4. 6, unde rectè *Ambrosius* aliter; *Sanctis Scripturis non loquentibus quis loquetur?* Non abludit Gregorius magnus: *Qui verè loqui desiderat è sacris sumere debet quid loquatur: ut omne quod loquitur, ad divinæ authoritatis fundamentum revocet*: quæ cum *Thomas Mortonus* citet, *Downamum* condemnat, qui absque ullo textus *Paulini* fundamento, Episcopum *Archippum* dicere ausus est, Episcopum nempe qualis jam in *Anglia* Hierarchicus viget. Citat & illa præcedentia ex *Ambrosio* alibi, cui addit *Basilium*: *Quodcunque verbum vel factum coroborandum est divinæ Scripturæ testimonio, ad plerophoriam bonorum, & confusionem malorum: quasi absque Scripturæ testimonio plerophoria nulla esse possit, quæ conscientiæ satisfaciat.*

De Pœnit. li. 1. c. 4. Moral. li. 1. c. 4. Apolog. p. 2 lib. 5. c. 11.

Digitized by Google

Ib. l. 1. c. 50 *satisfaciat.* Hinc Theodoretus: *Non audeo dicere aliquid quod tacuit divina Scriptura.* Tenerior scil. *Theodoreto* cõscientia fuit, audacior *Downamo*,
Dialog. 2. cujus præsumptionem in citandis patribus, reliquorumque Hierarchicorum confidentiam, ita refutat Augustinus: *Ubi de re obscurissima*
Catal. 125. Tertul. & *disputatur, non adjuvantibus divinarum Scripturarum certis clarisque documentis, cohibere se debet humana præsumptio.* A *Downamo* ad *Ban-*
305. Aug. D peccat. *croftum* transeamus, qui cum illud *Cartwrighti* de patribus exagitet,
Merit. lib. 2. c. ult. *periculosum est super homines Ecclesiæ politeiam fundare*: nonne apertè super homines absque periculo fidem disciplinariam fundari posse docet? Quàm verò hoc absonè ab eo dictum, demonstrat usitata Apostoli phrasis, qui cum aliquid fallibiliter dictum efferre vellet, id se-
Survey. c. 27. p. 348. cundùm hominem dictum appellat: Roma. 3: 5. 1 Cor. 9: 8. Ratio in aperto est, *Solus Deus verax, omnis autem homo mendax*: unde
Serm. 8. rectè Ambrosius: *Ad illum doctorem Propheta contendit, qui solus est magister verus. Quomodo enim potest homo quasi verum docere quod nesciat, cùm ipse sit mendax?* Et quidni *Bancrofto* Hierarchicos ipsos opponam alios, imprimis verò *Thomam Bilsonum*: qui ex *Augustino* statuit, *Scripturas solas montes illos Israel esse, ubi* TANTUN *pascua*
Cont. Apol. p. 2 p. 266 *saluberima sunt, nihil autem venenosum, nihil alienum: sic ut quicquid extra eas est, respuendum nobis sit.* Consonat huic quod alibi habet
De doct. Christian li. 3. c. 28. Augustinus: *Per scripturas divinas multo tutiùs ambulatur: quas cum scrutari volumus, aut hoc inde exit, quod non habet controversiam, aut si habet, ex eadem scripturâ ubicunque inventis, atque adhibitis ejus testibus terminetur.* Sequitur *Thomas Mortonus* Hierarchicus alius, qui ex *Augustino* scripturam solam stateram infallibilem, humanum verò quodcunque judicium dolosum probat. *Non afferamus*, inquit Au-
Apolog. p. 2 lib. 1, c. 50 gustinus, *stateras dolosas, ubi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio nostro, sed stateram divinam de Scripturis sanctis:*
De baptism, l. 2 c, 6. *in illis quid sit gravius appendamus, vel potiùs a Domino appensa recognoscamus.* Adjungendum huic quod habet alibi: *Recurro ad illam state-*
Ibid. c. 14. *ram dominicam, ubi non ex humano sensu sed ex authoritate divina, verum momenta pensantur.* Quid igitur? cum scriptura sola infallibilis sit, ex scriptura sola lux affulget, pax quiesq; conscientiæ, quæ in dolosis patrum scriptis non reperitur. Concludendum igitur cum Iustino Martyre: *Dixi tibi sedulo te operam dare debere* (TV TVS *ut sis in om-*
Cont Tryph. *nibus*) *ut Scripturis adhæreamus.* cum Hilario: *Bene habet ut eis* TAN-
De Trin, l. 7 TVM *quæ scripta sunt* CONTENTVS *sis.* ad postremum cum The-
Dialog, 1, odoreto: *Decet tè* ACQUIESCERE *Apostolicis & Propheticis demonstrationibus.*

Nonò, scriptura sola conscientiam obligat: *Unus* siquidem *legislator est* Iesus Christus in verbo suo edicta sua omnia proponens, *qui solus*
De Pontif. Rom. lib. 1. c. 1. *potest salvare & perdere*: Iac. 4: 12. ac proinde interim ligare & solvere, quæ *Matheus Sutclivius* ad externam Ecclesiæ politeiam accommodasse repertus est. Quod ad pastores autem, rectè à *Mortono* Hierarchico approbatum *Hieronymi* illud: *Quod de scripturis sanctis non*

non habet authoritatem, eadem cum facilitate contemnitur, qua probatur. Sic Lactantius: *Nihil habent ponderis humana praecepta, quae authoritate majori, id est divina carent.* Sic Augustinus: *Quia non est Canonicum, non me astringit.* Rursus: *In hominem quemlibet liber sum.* Rursus: *Nec ego Ariminensis concilij authoritate, nec tu Nicaeni detineris.* Rursus: *In opusculis posteriorum liberum habet lector auditorum judicium, quo vel approbet, vel improbet: non cum credendi necessitate, sed cum judicandi libertate, legenda sunt.*

Multa ejusmodi testimonia proferri possunt: sed properandum ad exitum hujus orationis est: breviter igitur sententias eas patrum proponam, quibus solam scripturam in omni controversia Theologica valere volunt, seclusis hominum quorumcunque authoritatibus. Ita Irenaeus: *Polycarpus docuit quae ab Apostolis didicerat quae & Ecclesia tradit & SOLA sunt vera.* Ita Clemens Alexandrinus: *Non satis est solùm absolute dicere quod visum est, sed oportet etiam probare . . . ex voce Domini, quae est magis fide digna quam quaevis demonstratio, vel potius quae est SOLA demonstratio, &c.* Ita Cyprianus: *Si SOLUS Christus audiendus est, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putaverit, sed quid (qui ante omnes est) Christus prior fecerit: nec enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem.* Ita Lactantius: *Solâ scripturâ sanctâ nobis opus est.* Rursus: *Doctrina caelestis SOLA sapientia est.* Iterum: Cypr. *captus eximia cognitione sacrarum literarum ut eis SOLIS contentus esset, quibus constat fides.* Ita Gregorius Nyssenus: *Dei verbum, VNICA vitae norma.* Ita Ambrosius: *Christus est solus quem nemo deserere debet, nemo mutare: cui bene dicitur, Domine ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes.* Ita Augustinus: *Ego solis eis scripturarum libris qui jam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum authorem scribendo aliquid errasse firmissime credam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaque praepolleant, non video verum puteum, quia ipse senserunt, sed quia mihi vel per illos authores canonicos, vel ratione probabili persuadere potuerunt.* Ita Vincentius Lyrinensis: SOLVS *scripturae canon sibi ad universa sufficit:* & ante apertiùs: SOLVS *Canon scripturae ad omnia satis superque sufficit.* Ita August. rursus: *In quorumlibet hominum scriptis sum liber: quia* SOLIS *Canonicis debeo sine ulla recusatione consensum.* Ita Chrysostomus: *Nullo modo cognoscitur Ecclesia, nisi solummodo per scripturas.* Ita Iohannes Cassianus: SOLA *ad dictorum confirmationem, rerum sufficit demonstratio, quando probatio in authoritate dicentis est.* Ita Origenes: *Vide quàm proximi periculis fiant hi qui exerceri in divinis literis negligunt, ex quibus solis hujusmodi examinationis agnoscenda discretio est.* Accedant his vel ex ipsis Hierarchicis nonnulli. Isaacus Casaubonus etsi ante duo κριτήρια constituisset, verbum DEI & antiquitatem, Pag. 25. ad postremum tamen nempe Paginâ 33. ita scribit. *Dogmata fidei à sola scriptura sacra peti debent, neque à quorumvis mortalium authoritate pendent;*

sed

In Math. c. 23.
L. 3, c. 57.
Cont. Faustum, lib. 23,
L. de nat. & grat.
Cont. Maximin, lib. 3, c. 14.
Cont. Faustum l. 11, c. 5.
Euseb. lib. 4, c. 14.
Stromat. lib. 7.
Epist. ad Pamphil.
Instit. lib. 2, c. 9.
L. 3. c. 26.
Lib. 5. c. 4.
Epist a Morell. impress. an 1551.
In Luc. lib. 6, 9.
Epist. 19.
C. 41.
C. 2.
Lib. de nat. & grat.
In Math. Homil. 49.
L. 4. c. 1.
In Rom. lib. 11, c. 16.

Digitized by

sed a verbo Dei duntaxat, quo suam ipse nobis voluntatem per Spiritum Sanctum declaravit. Patribus enim & Ecclesiæ veteri, fidei articulos eliciendi a sacra scriptura & explicandi ius fuisse, novos articulos comminiscendi nullum jus fuisse. Thomæ Mortoni Hierarchici alterius, hæc thesis est adversus traditiones posita. *Quemadmodum verbum scriptum iudicij Ecclesiastici principium verum esse liquet: sic idem quoque vivum esse demonstrabimus.* Approbat alibi illud Cajetani: *Solis scripturis reservata est hæc authoritas, ut ideo id ita esse credamus, quia ita scripserunt.* In eandem sententiam concedit *Henricus Paræus* Episcopus Glocestrensis in sua versione Reynoldiana. Exprobrat *Bristous Castellum* protestantium *solius* scripturæ infirmum & ementitium esse: *Mot.* 48, respondet *Reynoldus*, castellum hoc scripturæ solius validius esse, quâm ut portæ tenebrarum adversus illud prævalere possint. Accedit postremo *Hadrianus Saravia*. Citat etenim ex *Hieronymo Zanchio* & probat illam apud *Theodoretum*, in Ἀτρέπτῳ Christiani hominis vocem Ἐγὼ γὰρ μόνῃ πείθομαι τῇ θείᾳ γραφῇ. *Ego soli scripturæ fido.* Ex his luce clariùs cõstat, & ipsis patribus & sibi ipsis Hierarchicos bellum indicere, si nos de patrum cõtemptu suggillare non desistant, ipsi nuda sanctorum patrum testimonia promere minimè cessent: totam hanc denique disciplinariam quæstionem, ex solis scripturæ authoritate, sepositis patrum quorumcumque calculis, terminari non patiantur.

Apolog. Cathol. p. 2. l. 1 cap. 32.

Ibi. l. 2. c. 20.

Collat. Hart. c. 5. D. 1.

De Trip. epis. Pag. 103.

CAP 3.

Adversariorum argumenta, & primò ab antiquitate

OPpount tamen firmamenta alia, varia quidem, sed Papistica omnia: sic ut in eis verum sit quod Tertullianus: *Aufer ab hæreticis, quæ cum Ethnicis sapiunt, ut de scripturis solis quæstiones suas sistant, & stare non poterunt.*

De Resurrec. carn.

Primum autem omnium, generali nomine Antiquitas est: cujus fundamentum Hierarchicum ita ponit Hadrianus Saravia: *Antiqui Patres sunt interrogandi de semitis antiquis, movendi enim non sunt termini quos constituerunt Patres. Hesterni enim nos sumus & ignoramus: quoniam sicut umbra dies nostri supra terram: Iob:* 8. 9.

De trip. epis. in Prol. confutatur quinti Janam.

Primo dividendi hic Hierarchici sunt: quorum prima classis Hierarchiam, non jure divino sed humano statuminant. Horum ab antiquitate argumentum nullum esse potest, nisi fortè istud: Quanquam in verbo Episcopatus introductus non sit, rejiciendus tamen minimè est, quia ab antiquo rationabiliter introductus. Atqui hæc ipsissima Constantiensis Concilij ab omnibus jamdiu explosa cantilena est. *Etiamsi a Christo cœna sub utraque specie administrata sit: quum tamen diversa consuetudo ab Ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta*

introducta & diutissimè observata sit, habenda iam est pro lege. Qui verò Apostolicam ordinationem prætendunt; *Ignatium* scriptorum antiquissimum citare solent, qui temporibus *Iohannis* Apostoli postremis vixit: sic ut Episcopos ab Apostolis, *Iohanne* præsertim approbatos fuisse, necesse sit. Atqui hæc ipsissima *Cæsaris Baronij*, pro Ecclesiasticis ordinibus cæteris, Exorcistis, Acolut his &c. ratiocinatio est: sic enim habet. *Licet trium tantùm, Episcoporum, presbyterorum & Diaconorum in scripturis mentio fiat: Ignatius tamen plures commemorat, ita tum temporibus Apostolorum, ab eis approbatos fuisse necesse est.* To. 1. p. 337

Secundò, Antiquitas revera pro nobis est; qui cum *Tertulliano* contestari possumus. *Antiquior omnibus est veritas, hoc mihi proficit. Antiquitas præstructa divinâ literaturâ: ac tum etiam adversus hostes hanc antiquitatem plane divinam violantes contestari. Laudatis semper antiquitatem & nova de die vivitis, per quod ostenditur, dum a bonis maiorum institutis deceditis, ea vos retinere & custodire quæ non debuistis, cum quæ debuistis non custoditis.* Apol. c. ult. Atque hanc solam antiquitatem quæ divinâ literaturâ præstructa est sequendam vel ipsi Hierarchici demonstrabunt. Quid *Guilielmus Barlous* Episcopus Lincolniensis? *Quod ad antiquitatem* (inquit) *attinet, eam judicem postulamus dummodo ea sit, ad quam provocat Ignatius* Τὰ ἀρχαῖα ἡμῶν ὁ Ἰησοῦς. Quid M. Sutclivius? *Christus* inquit *nobis ut olim Igntatio sola* (audi) *antiquitas esse debet*: & ut rectè Auctor Quæst. nov. & vet. Testament. 144. adversus Paganos religionis suæ antiquitatem objicientes, antiquitas & consuetudo non præjudicant viritati. Vtitur etiam testimonio Arnobij: *Religionis authoritas non tempore æstimanda est, sed numine. Neque enim quo die sed quid colere cæperis intueri convenit: quod verum est, serum non est.* Prodeat postremò in medium *Richardus Fyldus* Hierarchicus alius, qui totam hanc rem limatè & accuratè, pro nobis disputat. *Antiquitas*, inquit, *primaria est, vel secundaria. Primaria est primæva cuiusque rei origo, & hæc nota bonitatis & perfectionis est juxta illud Tertulliani: Veritas in omnibus imaginem antecedit, postremò similitudo succedit.* Rursus: *Id verum quodcunque primum, id adulterum quodcunque postremum. Secundaria antiquitas est eorum quæ diu ante cæperunt, & a quorum prima origine, longus temporis decursus fluxit: & hæc antiquitas veritatis nota non est,* juxta Cyprianum: *Non debemus attendere quid aliquis ante nos fecerit, aut faciendum putaverit, sed quid qui ante omnes est Christus prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinē sequi debemus sed Dei veritatem*: Et alibi: *Non est consuetudine præscribendum, sed ratione vincendum.* Et rursus: *Consuetudo sine veritate vetustas erroris est.* Quid igitur? Vel ipsis Hierarchicis judicibus, antiquitate scripturaria sola pugnandum est: Episcopatus Anglicanus Hierarchicus hac destitutus, *adulteratus* Episcopatus est, & veri imago tantum, si tamen imago: Hierarchia Anglicana nihil eo melior est, quòd sit antiqua, quædam enim antiquitas

Defens. Arti. relig. Protestat. p. 20.

De. Eccl. l. 1. c. 6.

Cont. Gent. l. 6.

De. Eccles. l. 2. c. 5.

De. præscript. Cont. Prax.

Epist 63.

Epist. 7. ad. Quint.

Epist. 74. ad Pomp.

quitas, *vetustas tantummodo erroris est*: Postremò iniquè contemptum antiquitatis reformatis ministris objiciunt: *cum non consuetudine præscribendum, sed ratione sola* a sacris petita *vincendum* sit.

Tertiò, antiquitatem patrum nostrorum sequi in rebus divinis, peccatum est, & a spiritu sancto vetitum: id quod *Thomas Bilsonus* ipse Hierarchicus non præterijt, De objectione etenim papistarum quæ ab antiquitate ducitur verba faciens, ita respondet: *Quid vobis in mentē venit, eam de religione judicāda viam præscribere, quam Deus in verbo suo prohibuit? Ne ambuletis in statutis patrum vestrorum. Ego sum Dominus Deus vester: in statutis meis ambulate*: *Ezech.* 20. Accedamus ad hanc ipsam causam propius. Gregorius Hamburgensis ita: *Papa vinum prostitutionis assuefactione Sophisticarum propinat: quæ, prava non dico consuetudine sed corruptela, inebriati, putant omnem talem prostitutionem, ex divina institutione ortam.* Rectè hic vinum meretricium: Ap. 17, 24. interpretatur. Quid enim aureum poculum illud, quàm species ementita antiquitatis & successionis, qua creditum est, prostitutam Antichristi authoritatem, ex divina institutione ortam fuisse? Nonne igitur verentur Hierarchici, antiquitatem venditare? muta enim nomen Papæ in nomen Episcopi, & verè etiam de Hierarchia Anglicana narratur hæc *Gregorij* fabula: factum scilicet jam esse, prava antiquitatis opinione ut ex divina institutione fluxisse putetur. Ap. 13. 2. Papatus assimilatur Pantheræ: quid ita rogo? quia Pantheræ ad instar capitis torvitaté in vepreto aliquo occultantis, corpus verò in propatulo collocantis, ut illius pulchritudine & odore alliciantur bestiæ; terrorem tyrannidis suæ quantum potest palliat, velo antiquitatis & successionis: quarum specie, quasi odore suavi quodam, illecti & capti incautiores, ab intuenda fœditate illa quæ intus est oculos avertunt. Pudeat homines Evangelicos hujus turpitudinis: ac proinde tyrannicam dominationem suam, cessent Hierarchici, antiquitatis fuco linire; sapiant vero, quibus mentem Deus indidit, ne hujusmodi Pantherino odore aliquo decipiantur: Ap. 13. 12. Facit ut terra & ipsius incolæ adorent illā bestiā cujus curata fuerat plaga lethalis. & v. 14. faciat imaginem bestiæ, quæ gladio vulnerata fuit, sed revixit & v. deniq; 15. *Datumq́ est ei ut animaret imaginem bestiæ, ut etiam loquatur imago bestiæ & faciat ut quicumq́ non adorarint imaginem bestiæ, occidantur.* Quid hæc? cur primam bestiam adorari jubet Antichristus, nisi ut emētito antiquitatis nomine se cōmendaret, quasi nihil sibi novum venditaret, sed *primam* illam tantùm dignitatem revocaret, quæ nupero vulnere plagaque sua, intercisa fuisset? Neq; aliud quicquam imago primæ & antiquæ bestiæ & facta & animata, quàm Papatus ementito antiquitatis nomine, & erectus & potens factus, hoc colore: quòd nihil novi obtrudatur, sed imago tantùm illius & umbra revocetur, cujus veritas prioribus temporibus extitit. Nihil igitur antiquitatem eandem venditando agunt Hierarchici, nisi ut de eis dicatur: *qualis mater, talis filia*: scilicet ut ortus Episco-

Cont. Apol. p. 3. p. 538

Catal. test. l. 19. p. 1879

Digitized by Google

Episcopatus Hierarchici Antichristiani ita & progressus etiam: eisdem artificiis statuminatur & illinc Antichristus, & hic Episcopus Anglicanus: non nisi prima bestia ille, non hic alius quàm Episcopus priscus esse vult: ille imago haberi cupit antiquorum Pontificum Romanorum, hic antiquorum Episcoporum, qui in Ecclesia primitiva floruerunt.

Quartò, antiquitas (inquit *Matheus Sutclivius*) veritatis nota esse non potest, quia separatur, & falsis sectis convenit: Atque hoc eodem argumento. *Thomas Mortonus* Hierarchicus, hoc ab antiquitate argumentum Papisticum confodit. *Eo usa* (inquit) *est, mulier Samaritana adversus Christum. Patres nostri adorarunt in monte hoc: Iohan. 4. nec falso: nam referente* Carolo Sigonio *prius in* Zilo *quàm in* Ierusalem *invocatam Dei nomen est. Pharisæi etiam* (inquit) *hoc argumento antiquitatis adversus Christum usi sunt, unde ipsius Christi illud, Math. 5. Dictum est vobis ab antiquo, at ego contrarium huic ementitæ antiquitati doceo. Symachus etiam* (inquit) *hoc argumento antiquitatis, Ethnicismum suum apud Theodosium, confirmavit. Servanda est tot sæculis fides nostra, & sequendi sunt majores nostri, qui secuti sunt fæliciter suos.* Respondet Ambrosius: *Reprehendit messem quia sera fœcunditas est: reprehendit vindemiam quia in anni occasu est: reprehendit olivam quia postremus est fructus. Messis nostra fides est quæ ab ortu mundi manebat in sanctis: explosa igitur ea opinione quæ ante convaluit, id quod erat verum iure prælatum est. Iure inquit* Ambrosius, *Christiana religio quanquam quasi messis sero & in anni quasi occasu renovata est apud Gentiles, quia quanquam Ethnicismus adversus eandem convaluisset, antiqua tamen erat & quæ in ipso mundi exortu constituta.* Quid ni de Senioribus idem ratiocinari liceat? Prævaluit error adversus disciplinam presbyterialem: quid tum? in ipso exortu Evangelij à Christo instituta est: ita antiqua satis est, dignaque, quæ etsi sero, & quasi messis in anni occasu revocetur: Sed ad rem. Patres sanctissimi (inquit *Lous*) nobis apertè favent & non solùm quæ suis quique libris privatim scripserunt, sed quæ decreverunt in Synodis communi consensu, in subsidium nobis militant: At ista de Patribus antiquis jactantia Papistis communis est, quorum clamores ut retundantur consulatur *Iuellus*, qui ostendit, communes eos jam ante hæreticis plurimis fuisse. At falsè, inquies, illi patres ingeminarunt, quod & nunc Papistæ. Quid, *Origenis* libros prorsus falsè allegarunt Ariani? Quod ad Papistas, in nonnullis nonnunquam adæque ac ipsi Hierarchici patres citant: & in nonnullis adæq; hi atq; illi falso. Sed quid si semper verè? Vere etenim Whitakerus: *Urgeant contra nos quanta contentione possint patres. Quid si essent nobis infesti, nec eis respondere possimus? non tamen hoc lædere causam nostram deberet: quia fides nostra, non ex patribus, sed ex scripturis pendet.*

Quinto, antiquitas nota veritatis esse non potest, quia (ut rursus

ubi supra

Apolog. p. 1, li. 1. c. 10. 11.

De. republ. Heb. l. 2. c. 6.

Epist. 32.

Querim. Eccle. 244.

Defen. Apol. p. 9. D. 1.

Cont. 1. q. 6. c. 12.

Digitized by Google

Matthæus Sutlivius) *obscura est*: multa enim videntur nova & inaudita, quæ revera antiqua fuerunt: *Celso* & Paganis religio Christiana nova videbatur: neque alio nomine Iudæos *Haman* in odium adducere conabatur, quàm quòd novas quasdam haberent leges: Hest, 3. & Christi doctrinam Pharisæi ut novam despexerunt: & *Paulus* denique apud Athenienses novitatis convitio exceptus est: quo igitur evanuerunt clamores Hierarchici illi, quas adversus Reformatos cient, de novitate nescio qua, & Innovatione? Certè ubi novitatem maximè exagitat Puritanorum *Cornelius Scultingius*, non tam novitatis studio, quàm Romani Pontificis odio tribuit quòd omnem penitùs primatum abolendum existimemus: & *H. Saravia*: *luce clarius omnibus videre volentibus constare* dicit, *primos Ecclesiarum reformatores nullo rerum novandarum studio permotos fuisse, sed sincero candore, solum veræ pietatis restitutionem sibi in animo proposuisse*. De re ipsa verò in promptu nobis cum *Arnobio* respondere. *Sed quod nos agimus novum est, quod vos, priscum. Et quid hoc aut vos juvat aut causam nostram contristat? Religionis authoritas non est tempore metienda sed numine: sed ne bonam causam prodere videamur, Omnipotens Deus novella res est?* Sic Tertullianus: *Hæreses non tam novitas quam veritas revincit: quodcunque contra veritatem sapit hæresis est, etiam vetus consuetudo*. Sic deniq; Bernardus: *Novitatem dico propter linguas hominum impiorum, qui cum manifestum lumen obnubilare non queunt, de solo novitatis nomine cavillantur. Sed hæc novitas non est novella vanitas: res est enim antiquæ religionis*: &c. Vereor ne hunc reatum *Georgius Downamus* sibi attraxerit, qui cum disciplinam reformatam *Genevæ* primùm constitutam fuisse affirmat anno 1541. & nondum annos 70. vidisse: quàm propè accedit, ad illam similem papistarum calumniam, ad quam ita respondet *Fyldus*? *Magna vanitas illius ineptæ objectionis est qui Ecclesiam nostram non* Hierosolymis *ortam dicunt, sed* Wittenbergæ *&* Genevæ, *in hac ætate mundi ultima*. Eadem nempè utriusque calumniæ ratio est: tam justè illa disciplinæ, quàm doctrinæ hæc impingitur: & peræquè doctrina atque disciplina *Genevæ* noviter restituta est, neque ob id aliter nova tamen, quàm mandatum de charitate novum dicitur: Iohan. 13. Quia de novo redintegratum. Ad magistratum primò ista pertinent: cui ob oculos proponendum quod in jus Canonicum relatum est ex *Augustino*. *Quum Deus aliquid contra morem jubet, etsi ibi nunquam factum est, tamen faciendum est; & si omissum est, restaurandum est*: *& si statutum non erat, instituendum est*. Rursus: *Si consuetudinem fortassis opponas, advertendum est, quod Dominus dicit, Ego sum via, veritas, & vita: non dixit, ego sum consuetudo, sed veritas*. Certè ut beati *Cypriani* utamur sententia, *quælibet consuetudo, quantumvis vetusta, quantumvis vulgata veritati omnino est postponenda, & usus qui veritati est contrarius est abolendus*. Pertinent hæc secundò ad adversarios, quibus regerendum *Tertulliani* illud. *Viderint, quibus no-* vum

De Eccles. l. 1, c. 6.

Hierarch. Anacrys. lib. 10. c. 13

De Trip. Episcop. prol.

Cont. Ien. 2. lib. 2.

De Virg. vel.

De Vit. Solit.

L. 1. c. 4.

De eccles. l. 2. c. 8.

Decret p. 1. dist. 8. c. 2.

Ibid. c. 5.

De virg. vel.

tum est quod sibi est vetus : nec non quod *Gratianus* habet ex Augustino: *Frustra qui ratione convincuntur objiciunt consuetudinem, quasi consuetudo sit major ratione.* Pertinent postremò ista ad populares Anglicanos: ut clamoribus de novitate disciplinæ reformatæ Hierarchicis minimè pesterreantur: sed seriò considerent, quod monet Augustinus *Hic est mos Diabolicus, ut per antiquitatis traducem, commendetur fallacia.* Ægrè fortè vobis est, quod disciplina reformari nequeat, ni evanescant magnifica Episcoporum Palatia, egregius prælatorum splendor violescat, abalienentur denique in usus alios pinguissimi reditus illi, quibus, tanto majorum vestrorum sumptu, Cathedrales Ecclesiæ dotatæ sunt. Sed nunquid res istiusmodi admiramini, dicit Christus? Luc. 21. 6. *Malè vos cepit parietum amor*, habet *Hilarius.*

De 1. p. 1. dist. 8. c. 7.

De quest. vet & nov. Test. q. 14.

Postremò videndum est ne cum Paganis consociemini de quibus *Xaverius*. Indi ne Christiani fierent, causam hanc afferebant, se à majoribus suis semper cultores extitisse, sacerdotibus suis Bontiis plurima largitos esse, sedes & domicilia excitasse, itaque se jam ad Christum si transferrent, omnem superioris vitæ fructum, perdituros. Atquè hæc de extraneo firmamento Hierarchico primo, nempe antiquitate.

L. 4. Epist. 1.

CAP 4.

Argumentum secundum adversariorum a visibili perduratione.

SEcundum à papistis perinde mutuatum est: Visibilis nempè perduratio, à qua *Ricardus Bancroftus* ratiocinatur, quum ex eo probat disciplinam reformatam à Christo nunquam institutam fuisse, quia nunquam in usu recepta est: sed gubernatio Episcopalis per annos plenos 1500. ad hodierna usq; tempora perduravit. Primò nihil hîc objicitur nobis, quàm quod *Waldensibus* majoribus nostris occinibatur. *Num igitur majores nostri tamdiu erraverunt? tam multi hallucinati sunt.* Hos nobiscum in disciplina conspirasse suo loco demonstrabitur: quod igitur *Reynerius Pisanus* de illis testimonium tulit id pro nostra etiam perduratione facit: Sic autem ille: *Non est pestilentior secta quàm Leonistarum: Primò quia est diuturnior. Quidam dicunt, quòd duraverit a tempore Sylvestri, alij dicunt quòd a tempore Apostolorum.* Non igitur à tempore Apostolorum Episcopus semper Anglicanus perduravit: sed à nonnullis fortè etsi latentiùs, ut a Waldensibus, impugnatus potiùs est. Episcopum Anglicanum cum dico, eum secundum praxin Ecclesiæ Anglicanæ æstimo, quæ hodie obtinet, cujus respectu, vere in eum recidunt quæ *Alexander Fabritius* olim de Papalibus Episcopis scripsit: *Superbi sacerdotes & prælati contra doctrinam & exemplum Iesu Christi, quasi reges gentium dominantur*

In Conc. ad cruc. Paulin. anno. 1584. p 10. & 11.

Hist. Papat. p. 307. 308

Catal. Test. l. 15. p. 1509.

Hist. Papat. P. 573. 574.

Digitized by Google

nantur: traditionibus superfluis, & constitutionibus iniquis suos opprimunt —— humiles Christi servos persequuntur, & incarcerant —— quia eorum voluptates reprehendunt. Quid igitur est? Contra exemplum & doctrinam Iesu Christi Episcopus jam hodie Anglicanus cùm apertè delinquat, verisimile nullo modo fuit eum à temporibus Apostolorum perdurasse.

Secundò, *Bellar.* probaturus religionem pontificiam veram, quia hæreses nullæ tamdiu durant, quamdiu illa duravit: causam suam his communit argumentis: 2 Tim. 3:9. *Non proficient amplius, nam eorũ amentia manifesta erit omnib⁹.* Cypr. *Sysmatici semper initio fervent, incrementa vero habere non possunt, sed statim prava sua æmulatione deficiunt.* (L. 4. Epist. 2) Augustinus: *Non vos terreant fratres quidam fluvij qui vocantur torrentes: decurrit aqua, ad tempus strepit, mox cessabit: Multæ hæreses jam emortuæ sunt, concurrent in rivis suis quantum potuerunt, decurrerunt, siccati sunt rivi, vix eorum memoria, vel quod fuerint.* (In Psal. 57.) Quid ad hæc nostri? respondent? Hæc de omnibus hæresibus verum non esse, sed de quibusdam tantùm: nam Mahometismus jam mille annos duravit, Arianismus mille ducentos, At hæ extra Ecclesiam hæreses grassabantur: in ipso gremio Ecclesiæ tamdiu errorem aliquem durasse ostendi non potest, quamdiu Hierarchia Anglicana perduravit. (Whitak, c. 2 q. 5. s. 4.) Imò potest, idque altiùs repitito principio. Insto primò in errore liberi arbitrij, qui à *Iustino Martyre* incipiens, in patrum scriptis, ad tempus usque religionis reformatæ perduravit. Quod *Augustinus* ei restiterit nihili est, duravit tamen: sic & Episcopo Hierarchico (quoad jus divinum præsertim) à patribus nonnullis restitum fuisse suo loco demonstrabitur. Insto secundò in errore de visione Dei: fusè etenim demonstrat *Iohannes Reynoldus* patres omnes uno consensu per quasque ætates credidisse, Animas sanctorum non videre in gloria faciem Dei, ante diem judicij. Insto tertiò in errore Millenario: nunquam etenim ante nostra tempora intellectus ille *Iohannis* de mille annis locus est, sed *Chilliastarum* somnium, per quæque sæcula perduravit. (Cens. Apocr. Prælect. 1.) Atque si in hisce mihi fides non habeatur, audiatur *Whitgiftus: Ferè omnes patres errore Millenariorum infecti fuerant. Fere omnes scriptores Greci, Latini etiam pro majori parte doctrinis liberi arbitrij, Meriti, Invocationis sanctorum, & hujusmodi aliis, commaculati sunt.* (Trac, 8. 472.) Insto postremò in errore de Antichristo: qui hanc ipsam causam nostram intimè attingit. Exæstuat *Richardus Bancroftus,* quod Patres multa ineptè & ridiculè de Antichristo scripsisse *Cartwightus* dixerat. (Surv. c. 27. pag. 343.) Quid igitur? Num ille negare potest, nugare Patres in doctrina de Antichristo, imò prorsus somniare, quinetiam cælo toto aberrare? addo etiam (quanquam nescientes) Antichristo viam communire, aditum patefacere? Iam vero Episcopatus Hierarchicus, Antichristi ovum erat: quid igitur miri, si in Episcopo Hierarchico, quemadmodum in ipso Antichristo, antiqui Patres aberraverint? Operari vero cæpit hoc mysterium iniquitatis etiam tempore

pore

Digitized by Google

pore Apostolorum, & cessare non debuit, donec homo peccati revelaretur: qui non ante tempora religionis reformatæ consumendus: 2. Thess. 2: 8. En igitur apertam ὑσάτω error de Antichristo à primis temporibus per quæque sæcula perduravit. En etiam refutationem de Episcopo Hierarchico luculentam: perduravit ille; verum est, sed ut mysterium iniquitatis perduravit: cujus fundamentum in hujusmodi Episcopatu positum & collocatum erat.

Tertiò, cum visibilitatem Ecclesiæ suæ per omnia sæcula perdurantem urgent Papistæ, responderi à nostris solitum, de Ecclesia prædictum esse, eam in solitudinem fugatam iri: sic ut Ecclesia Romana vera esse non poterit, si modò semper visibilis extiterit, & nunquam in abdito delituerit. Hoc nomine consultiores multo Hierarchici fuissent, si hoc de visibili Hierarchię preduratione argumentum omisissent. Perpetuo perduravit Episcopatus dignitas, inquit *Saravia*: nam & in ipso Papatu verus semper Episcopus remansit. Itane vero? Ergo inquam, vera Christi disciplina, Hierarchia Episcopalis minimè est, quæ interrumpenda erat. Quid enim? Abdita in latibulo Ecclesia ipsa est: Ap. 11.2? Ecclesiæ disciplina interim minimè abdita? Fugit Ecclesia ipsa in solitudinem Ap. 12. 6? Ecclesiæ disciplina non unà fugit? Sed & aliud quiddam est, quod hic urgendum. Si enim præcise agendum sit, dicendum omnino, corruptionem disciplinæ, per introductionem Episcopatus, causam unam inter cæteras extitisse, cur Ecclesia sese abdiderit, & in solitudinem avolarit. Quo enim tempore latebras Ecclesia circumspexit, nisi quando à tempore *Constantini* Episcopi grassari in Ecclesiæ libertatem inceperunt? id quod suo loco docebitur fusiùs. Tantum igitur abest quòd duratio non interrupta Reformatos lædat: ut nihil causam plùs nostram juvet. Hinc enim perspicitur disciplinam reformatam veram esse, Episcopalem vero falsam: quòd illa unà cum muliere in solitudinem fugata sit: hæc pro sua parte mulierem fugarit, sic ut ejus pertæsa, latebras quærere cogeretur.

De Tripl. Epis.

Quartò, affirmat *Downamus*, sicut Episcopi huc usque durarunt, ita alicubi ad finem sœculi duraturos, quod verum vigilantis somnium est ex illo *Senecæ* ortum. *Quod nimis miseri volunt, id facile credunt*. Ap. 18. 17. Prædicit *Iohannes* Hierarchiam Papalem desolatam iri: cujus partes enumerat. Primo prælatos majores (inter quos Episcopi) quos navium gubernatores appellat; secundò ordines inferiores quos nautas & remiges nuncupat. Intelligit, inquis, Episcopos quâ Papales. Quasi consideret ullibi Spiritus Sanctus Episcopos Hierarchicos, ut minime Papales? Intuere hujus vaticinij complementum: ex illo etenim quæ mens fuerit Spiritus sancti facillime innotescet. Circumferto oculos in Ecclesias reformatas, quæ Antichristum prorsus & penitus profligarunt, an in earum aliqua retinetur Episcopus Hierarchicus quasi minimè Antichristianus esset? Certè in singulis unà cum ipso Antichristo, quasi Antichristianus

Digitized by Google

anus Episcopus Hierarchicus exulat. At contra in *Anglia* apparet, inquis. At inquam in *Anglia* hoc *Iohannis* vaticinium non adhuc adimpletum est: neque Antichristum *Anglia* prout debuit, omni ex parte profligavit. Quando adimplebitur verò, tam (quod de Angelo *Laodiceæ*, quæ Ecclesiæ Anglicanæ τύπος est, prædicit *Iohannes*, Episcopus in *Anglia* ex ore Christi evometur. Hæc de extraneo firmamento Hierarchico secundo, Visibili nempe perduratione.

CAP 5.

Firmamentum tertium a perpetua successione Episcoporum refutatur.

TErtium sequitur, à papistis similiter mutuatum. Successio nempe Episcoporum, ad hæc nostra usq; tempora continuata. *Hadrianus* siquidem *Saravia*, vocationem nullam extraordinariam agnoscens, & ordinationem solis Episcopis competere credens; successionem istam Episcoporum, non solùm extitisse dicit, sed & necessario extitisse: absque qua si fuissent *Mart. Lutherus, Huld. Zwinglius*, cæterique primi Evangelij reformatores, legitimè vocari nullo modo potuissent. Quid igitur sentiendum de ministris reformatis qui ab Episcopis non creantur? fortasse in casu necessitatis licere presbytero ordinare: de quo in præsenti nihil dicam, nisi quod *Whitakerus*: qui ita respondet *Bellarmino*, ex hoc *Hadirani Saraviæ* dogmate disputanti. *Respondeo* (inquit) *Lutherum & reliquos illos nostros præclaros & nobiles heroas, fuisse presbyteros*—*ac proinde jure divino Episcopos: ergo quicquid ad Episcopos pertinet idem ad illos quoque jure divino pertinebat: nam quòd Episcopi postea presbyteris prælati sunt, is ordo humanus fuit ad schismata tollenda, ut historiæ testantur.* (Cont. 2. q. 5. c. 6.)

2 Post *Saraviam* prodeat in medium loco jam secundo *Thomas Bilsonus*. Confitenti *Harto* successionem localem solidum argumentum non esse, nisi doctrinæ successio adjungatur: regessit *Iohannes Reynoldus* noster: *Quid tum sibi volunt successionū Catalogi illi, quos* Bristous & Rishtonus *ad nos per mare transmiserunt*; Dixerat olim Thomas Bilsonus: *Successio nullius ponderis est nisi addatur doctrinæ veritas (& proinde ex pari disciplinæ etiam) & pura vitæ conversatio.* Quid tum rogo sibi volunt (liceat enim *Iohannem Reynoldum* imitari) tam longi Episcopalium successionum in plurimis Ecclesiis catalogi illi quos alibi colligis, ac si abunde probata dignitas Episcopalis esset, quòd successio Episcoporum ex historijs ostendi potest? Rationem fortassis redditam dicis in verbis eis quæ hisce Catalogis subjunguntur: *Iure successionis singulari ab Apostolicis usque temporibus Episcopi semper a presbyteris discreti fuerunt, quod certissimè omnibus eis qui non veritatem voluntati suæ mancipatam esse volunt, certissimo argumento potest,*

(Collat. cum Hart. c. 7. Divis. 9. — Cont. Apol. p. 2. p. 268. — De perpet. gubernat. c. 13. p. 305.)

Digitized by Google

test esse, primam Apostolorum supra presbyteros institutionem vere fuisse Apostolicam.

Primò, certissimum argumentum vocas subsequentis Ecclesiæ praxim? revoca hoc dictum, temerè namque evolavit: certissimum nihil est, nisi quod a Deo profectum, in sacris literis reperitur.

Secundò, jus successionis supereminentius nominas? Profer tabulas. Quo sacrarum literarum loco hoc jus statuitur? Certè si omnino fuit, jure humano aut nullo, hæc in Ecclesia prisca supereminens successio fuit: quod si velint sibi sumant Episcopi, dum nostris presbyteris relinquant divinum.

Tertiò, successione supereminenti gavisos fuisse primos Episcopos usq; a temporibus Apostolorum falsissimum est, ab omni non modo veritate, sed & veritatis specie etiam derelictum. Congerit nonnulla *Bilsonus* ex patrum scriptis, quę & *Downamus*, sed eadem, aut ejusdem generis, quæ *Bellarminus*, ad quæ ita respondet *Guilielmus Whitakerus. In his omnibus petiit principium & quod probandum erat, non probavit.* Idem hisce respondendum prorsus est: Probanda etenim illis erat successio Episcoporum talis quæ in reliquos ministros potestatem Anglicanam exerceret: hoc verè in nullo testimonio dicitur eorum omnium quæ protulerunt. Conglomerantur quidem loca quædam in quibus successio Episcoporum ab Apostolis commemoratur, sed quales hi Episcopi fuerint, aut quòd potestatem Hierarchicam (quæ jam in *Anglia* nostra obtinet,) exercuerint, id minimè dicitur: sic ut in manifestam petitionem principij incidant, tales Episcopos & non alios olim fuisse, atq; nunc in *Anglia* falsissimè præsumentes. Sed de hac re alias.

Ibid. p. 307 308.
l. 4. p. 112, 113.
ubi supra.

Tertio in loco loquatur *Downamus*, qui postquam huius Episcoporum in primis Ecclesijs successionis mentionem fecisset, ita subinfert. *Atque hæc moderato Christiano commendatio functionis Episcopalis sufficiens videri posset, etsi nihil aliud pro eadem posset dici.* Heu spiritum prorsus Scultingianum: sic enim ille: *Tametsi ne sillaba quidem vel apex de dictis officijs in sacra scriptura extaret, tamen oportebat nos sequi ordinem traditionis Ecclesiasticæ: Constat enim iam inde ab Apostolorum temporibus istorum officiorum mentionem fieri in singulorũ sæculorum patribus, in historiis Ecclesiasticis & Conciliis, quæ* Iohannes Whitgiftus *in Defensione, & Censor in examine* (Bancroftum intelligit in Survegio) *& illustrissimus Cardinalis* Baronius *in Annalibus magno cumulo & acervo proferunt. Baronium* hic medium, inter *Whitgiftum* & *Bancroftum* sedere, quam pulchrum? Ex eorum societate se *Whitakerus* segregavit, qui a successione ad scripturã provocari posse dicit, & licere nobis successionem reijcere, & clarum aliquod ex scripturis testimonium requirere. *Hæc* enim est constans omnium patrum Catholicorum sententia, *Nihil esse in religione recipiendum aut approbandum quod scripturæ testimonio non nitatur, quodque ex Scripturis probari &*

L. 4. c. 4. p. 113.
Hirar. Apot. l. 10. c. 15. p. 69.
Cont. 2. q. 5 c. 16.

& confirmari non potest. Et meritò quidem cum scriptura sit absoluta & sufficiens veritatis regula. Hinc pro successione quasi veritatis nota quum *Augustinum* protulisset *Bellarminus* Epistol, 161. regerit ille quod in eadem Epistola reperitur: *Quanquam nos non tam de istis documentis præsumimus, quam de sacris Scripturis.* Sic igitur est. Præsumunt Hierarchici de minimè idoneo documento, cum per successionem, Episcopalem dignitatem satis comprobatam putant: scripturis sanctis agendum illis erat: sanctæ vero Scripturæ argumētū nobis solidū suppeditant, quo hoc documentū de successione episcopali jugulatur? prædicit etenim subingressurā in Ecclesiā Hierarchiam ementitam, quæ specie antiquitatis & successionis, quasi aureo meretricis poculo mētes hominū dementaret? Ap. 17, sic ut successionē Hierarchicā adversarij dum premunt nihil aliud agunt quàm ut Episcopalem Hierarchiam suam meretriciam prodant & Antichristianam esse. Atque revera ut primis sœculis Antichristi embryo erat, ita nostris temporibus illius cauda quædam est: de quo concludo cum Whitakero: *Apostasia operabatur diebus Apostoli, & quantumvis Apostoli ista & Christus clarissime prædixerunt, tamen multi non credunt mutari Ecclesiæ statū potuisse, & perpetuum successionis argumentū urgent, quo imperiti homines falluntur, quasi nihil ejusmodi futurum esset.* Cont. 4. q. 5. c. 1.

Quarto in loco, locus *Bancrofto* dandus est: Dixit *Cartwrightus* quosque ministros Apostolorum successores esse qua Apostolorum doctrinam prædicant, & *Antonius Sadeel* fideles item quousque, quâ Apostolorū doctrinam retinent, & Apostolicis vestigiis insistunt: & id solùm voluisse patres quum successio Apostolicam cōmendarunt. Quid ille ad hæc? *Ita personalis successio* (inquit) *penitus excluditur*: hanc vero patrum interpretationem talem postea esse affirmat, qualis illa est psalmi Mat. 4, *Angelis tuis mandavit de te.* Quid igitur? personali successioni tribuit quod Pontificij? Sic quidē videtur: neq; obstat quod ante ab eo dicitur, bene a nostris responderi Papistis, personalem successionem nihili esse ad probandam veritatem religionis: nam eodem loco concludit, Episcopalem successionem valere ad probandum eorum originē ab Apostolis, licet ad caput aliquod fidei probandum non valeat, nisi & successio veræ doctrinæ adjungatur. Atqui ego putarem, perinde requiri in successione veritatem disciplinæ, ad probandam questionem disciplinariam, atque requiritur veritas doctrinæ, ad probandam quæstionem doctrinalem. Hoc posito, nulla argumenta proferunt nostri adversùs personalem successionem in causa fidei: quæ non pariter valent adversus personalem successionem in causa disciplinæ. Surv. c. 27. p. 135. & 334.

5 Primo, personalis successio (disputant nostri) in causa fidei solidum argumentum non est, quia hæreticis competit: ad eundem modum Episcopalis successio, (disputamus nos) in causa disciplinæ solidum argumentum non est, quia extraneis officiis competit, quæ in verbo minimè fuisse constituta constat. Patet hoc

ex

Digitized by Google

ex *Cornelio Scultingio* supra citato: vere etenim affirmat, in singulorum sæculorum patribus, historijs Ecclesiasticis & conciliis, mentionem fieri diaconorum Episcopo ministrantium, Accoluthorum, Exorcistarum, Lectorum, Cantorum, &c. mentionem fieri, perinde & ipsorum Episcoporum, Diaconos nisi eleemosynarios non agnoscit scriptura, Acoluthos & Exorcistas non omnino agnoscit: successionem tamen personalem, adæque ac Episcopi, in patribus historiis. concilijs, habent: personalis igitur successio minimè probat Episcopos Hierarchicos in verbo Dei institutos fuisse. Quod igitur dicit, *T. Mortonus* Hierarchicus successionem personæ pompæ aptiorem esse quàm pugnæ, id hac in causa locum habet. Citat *Nazienzen.* *Successio sedis est nomine tenus successio nisi fidei habeat veritatem*: sic successio Episcopalis est nomine tenus successio, nisi probetur eam habere disciplinæ veritatem. Citat Ambrosium: *Non habent hæreditatem Petri qui Petri fidem non habent*: sic non habent hæreditatem Apostolorum Episcopi, nisi probetur, eos eandem potestatem habere quam Apostoli ecclesiæ ministris tradiderunt. Postremò *Tertull.* ita; *Non ex personis fidem, sed ex fide personas probare oportet*: sic non ex personis Episcoporum disciplinaria veritas, sed ex disciplinaria veritate in verbo Dei patefacta Episcoporum personæ probandæ & examinandæ sunt.

Apolog. Cathol. p. 1 l. 1. c. 23.

De præscrip.

6 Secundò, personalis successio (disputant nostri) in causa fidei solidum argumentum non est, quia Apostasia in fide contigit, sicut scripturæ prædixerunt, sic ut successiorum eadem fides non fuerit, quæ majorum suorum erat: eundem in modum personalis successio in causa disciplinæ (disputamus nos) solidum argumentum minimè est, quia mutatio disciplinæ contigit, sicut scripturæ prædixerunt, sic ut successorum disciplina eadem non fuerit, quæ fuerat majorum. *R. Fyldus* Hierarchicus illa *Nazianzeni* citat & approbat, quę in laudibus *Athanasij* scribit: *Neque qui per vim irrupit successor habendus est, sed qui vim perpessus, nec qui contrariam sententiam tuetur, sed qui eadem fide præditus est, nisi quis fortassis ita successorē dicat, quemadmodum morbum sanitati, tenebras luci, tempestatem tranquillitati, prudentiæ dementiam succedere dicimus.* Sic qui vim jam presbyteri perpetiuntur, veri veterum Episcoporum successores habendi sunt, quia veterē Episcopalem & non aliam potestatem revocant: sed Episcopi Hierarchici qui contrariā vendicant, successores non sunt: quia mutata per illos disciplina veteri, non aliter, veteribus Episcopis succedunt, quam quomodo luci succedere tenebræ solent. *Quod quum Eusebius*: (disputat Dovvnamus) *sequentium Episcoporum successiones recensct eosdem eos cum veteribus facit.* At *Eusebio* aureus ille calamus defuit, sui sœculi unda abrepto, qui nostrorum temporum historiographis datus est Apoc. 11. 2. ut intervalla temporum, discrimina morum, Ecclesiarum inclinationes, Hierarchiæ denique Antichristianæ incrementa & progressus metirentur: quæ *Eusebius* paulatim

De Eccl. l. 5. c. 6.

 irrepentiā,

Digitized by Google

irrepentia, & non ut postea conspicua facta, non denique, ut nostro tempore, ad suum usque fastigium perducta, non ita dilucidè observare potuit. Est tamen ubi vestigium reliquit, vetustissimæ disciplinæ, eo nempe in loco, quem *Bellarminus* de successione istâ disputans, incautius allegavit. *Nomen* (inquit) *presbyteri* commune erat olim presbyteris & Episcopis, ut patet ex Epistola *Irenæi* ad *Victorem* quæ est apud *Eusebium* Histor. lib. 5. c. 24. Vbi Romanos Pontifices, *Victorem*, *Anicetum*, *Pium*, *Telesphorum*, *Xystum*, appellat presbyteros. At nihil hoc inquies facit, ut probetur veteres Episcopos, non alios quam presbyteros fuisse. Falsus igitur *Guilelmus Whitakerus*, qui ita respondet Bellarmino: *Fateor olim inter presbyterum & Episcopum discrimen nullum fuisse, non opus ergo fuit his testimoniis ad hoc probandum. Sed si hi presbyteri qui olim, & à quibus ordinatus erat* Timotheus, *tales Episcopi erant, quales nunc sunt in Ecclesia Romana, tunc plures erant unius urbis Episcopi, ut patet Act. 20: 17. ubi Paulus dicitur accersivisse presbyteros & Episcopos Ephesinæ Ecclesiæ. Hij si Episcopi fuerunt tum unius Ecclesiæ Ephesinæ plures simul Episcopi fuerunt*, Habet & hæc: *Fuisse semper tales Episcopos in Ecclesia quales nunc sunt Pontificij, falsissimum est, nec unquam probari potest. Erant quidem in initio in singulis Ecclesiis Episcopi, id est pastores, non tales quales nunc sunt in Ecclesia Romana.*

Cont. 2. q. 5. c. 6. p. 284.

p. 281.

Tertiò, ut Papæ à nostris omnibus objicitur, eum Apostolorum successorem non esse, quia opera eorum non exercet, non docet, non gregem curat &c. ita & nobis jam Episcopis Anglicanis occinere licet, eos veterum Episcoporum successores appellandos non esse, quia ambitione, luxu, negligentiâ, sævitiâ impia & tumidâ potentiæ suæ ampliatione, Episcoporum priscorum humilitatem, frugalitatem, diligentiam, & cum suis collegis socialitatem polluerunt, profanarunt, dehonestarunt. Dixit olim *Symacus Petrum perennem meritorum dotem cum hereditate innocentiæ transmisisse ad posteros, ut si desint bona acquisita per merita, sufficiant quæ à loci prædecessore præstantur.* Tantum verò abest, quòd hoc verum sit, ut ex adverso condemnentur successores eò magis, quo magis successionem ostentant eorum à quorum pietate degenerarunt. Sic condemnat *Moses Iudæos* degenerantes, quo magis *Mosi* fidunt, Ioh. 5: 45. & condemnat *Abraham* eos qui contrarium faciunt, quò magis se *Abrahæ* filios glorientur: Ioh. 8: 39, 40.

Nonne eò Tyrannus sibi gravius accersit judicium, quô magis se Pij Principis successorem venditat? Citat *Thomas Mortonus* Hierarchicus illa *Basilij*: *Non cathedræ sed religionis propriam successionem existimare debemus: ——qui contrariam fidei doctrinam amplectitur, adversarius quoque in throno censeri debet.* Contrariam de Episcopali dignitate sententiam Episcopi Anglicani jam sectantur: & per ambitionem, contraria veteribus Episcopis faciunt: non tantùm igitur non pro successoribus, sed & pro adversariis habendi sint. Citat *Gulielmus*

Apolog. Catholic. p. 1. l. 1. c. 23.

elmus Whitakerus illa *Hieronymi* apud *Gratianum* distinct. 40. c. 6. non est facile : *Non sanctorum loco sunt qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum.* Sic ut operibus Episcoporum Anglicanorum longissimè diversis, apertè pateat eos veterum Episcoporum successores minime esse. Cont. 2. q. 5. c. 6. p. 275.

Ad postremum, dixit olim *Hieronymus* ad *Damasum* : *Facessat Romani culminis ambitio, ego veteri cathedræ consocior.* Similiter jam nos: Facessat Episcopi Anglicani ambitio : nobis humili Episcoporum antiquorum cathedræ consociari liceat.

Quintò jam & ultimo loco, *Downamus* rursus audiendus: qui hinc Seniores nostros presbyteriales jugulat, quòd eam successionem ostendere nequeant, quam ostendere Episcopi possunt. Respondemus ex nostrorum omnium communi sententia, linearis successionis interruptionem, successionis legitimæ veritatem minimè tollere : sic ut quamvis Ecclesia nostra omninò intercisa fuisset, vera tamen Ecclesia fuisset, quandiu cum illa vetustissima conspirat & consentit. Lib. 4 c. 4. p. 113 & 114.

Probat hoc ex instantia ipsius Christi *Whitakerus* : *Vera & legitima successio potest esse interrupta : Christus enim* Melchisedeco *per multos annos successit.* Sic nos dicimus, licèt successio per multos annos fuerit interrupta; si quis tamen veram doctrinam docet, eum Apostolis succedere. Quid igitur? Nullus inter Christum & *Melchisedecum* per annos quam plurimos, ejusdem ordinis rex & sacerdos lineari successione intercedebat : & tamen Christus verus *Melchisedebi* successor erat : ita quid si nullus seniorum senatus per multos annos extitit? non hoc impedit, quin moderni seniores illis Apostolicis verè successisse credantur. Cont. 2. q. 5. c. 6.

Accedit *Thomas Mortonus* Hierarchicus : *Successio personæ cum adest non est aspernanda, cùm abest, modo ne desit Catholicæ doctrinæ successio, non est vehementius exigenda.* Hinc illa *Stapletoni* probat: personalem successionem nihil moramur, modò doctrinam nostram consentientem scripturis ostendere possimus : necnon illa *Æneæ Sylvij* : *Mihi nec laudi nec vituperio erit, dummodo verus Christianus sum, majorum meorum matutina aut vespertina conversio.* Ita contra seniores plumbeo pugione pugnavit *Downamus*, quamdiu veritas disciplinæ illibata est, secundùm quam senioribus Apostolicis confirmantur : successio personalis urgenda non erat nec exigenda, illius defectum morari seniores non debent, nec vituperio illis danda est vespertina majorum suorum conversio, ad Senatum presbyterialem, juxta Dei institutum, restaurandum. Hæc, de extraneo firmamento Hierarchico tertio, successione. Apolog. p. 2. l. 1. c. 23. Princip. doctrinal. l. 3. c. 6. De Gest. concil. Basil.

Digitized by Google

CAP 6.

Firmamentum quartum ab unanimi consensu refutatur.

Vide Sarav. de divers. Prolog. . . & I. Whit. 324. & 101.

QVartum sequitur, à Papistis similiter mutuatum, Vnanimis consensus: nam quòd causa nostra traducatur acerrimè, quæ omnis quasi communem antiquitatis consensum infestum habeat, tragicæ illæ cum *Bancrofii* tum *Downami* vociferationes, non sinunt quenquam ignorare. Quin & *Isaacus Casaubonus*, nimiùm huic consensui unanimi attribuisse videtur, quum eo sublato controversias hodiernas finem nunquam τὸ κατ' ἀνθρώπους accepturas, neque ulla disceptatione terminandas fore dicit. Fortè causam ponit in pervicatia papistarum: sed ita quid si secundùm hominem sine hoc consensu litium finis sperandus non sit: secundùm Deum tamen scripturam habemus, absque hujus consensus adminiculo, absolutissimam dijudicatricem. Atq; sane hoc sensu, adeò consensum antiquitatis depereunt Hierarchici, ut vix quoad homines, hæc controversia disciplinaria ut unquam finiatur, sperandũ sit. Quid tum? eorum error detegendus: neque tam leges hujus consensus (quod *Isaacus Casaubonus*) figendæ, quàm ipsius authoritas prorsus tollenda, ut ita tandem ad Scripturæ solius limam res tota revocetur.

Epist. ad. Peron. Card. p. 32, 33.

Cont. 1. q. 5. 6, 10.

Hoc ut fiat, sciendum est primò, appositè ad causam nostram *Whitakerum* affirmasse. *Adversariorum vero humana media sunt: Nam praxis Ecclesiæ est consuetudo hominum, Patrum sententia, est opinio hominum, Conciliorum definitio, est judicium hominum.* Hæc ita cum sint, robur totum unanimis consensus istius in eo ponitur, quòd multitudinem hominum consentientium ponit: cujus in rebus divinis ecquod quæso robur est? provoco hic ego ad *Thomam Mortonum* Hierarchicum, qui adversùs istud argumentum Papisticum ab unanimi consensu ductum, pugnat, & ita pugnat, ut in medium producat *Salmeronis* illa. Contra hanc quam objectant multitudinem, *respondemus ex verbo Dei*, Exod. 23: 2. *In judicio plurimorum non acquiesces sententiæ, ut à vero devies.* Provoco deinde ad *Henricum Paræum* Episcopum *Glocestrensem*, in sua *Iohannis Reynoldi* versione. Quum unanimem consensum ursisset *Hartus* ex *Vincentio Lyrinensi*, respondet *Reynoldus*, *Vincentium in eo supra petram ædificasse, quod scripturam solam ad controversias dirimendas adhibuisset: in hoc vero, quod unanimem consensum requisivisset, super arenam humanarum opinionum.* Atq; huic *Vincentio* opponit *Augustinum*, qui & *Scripturam solam pro fundamento ponit & scripturæ interpretationem ex ipsa scriptura sola sumendam* dicit, non ex incertis hominum sensibus.

Apolog. p. 2. l. 2. c 14.

Collat. cum Hart c 5. Divis. 1.

De doc. Christian. lib. 1. 2. c c

Epist. ad Peron. Card. p. 32. 35.

Secundò, argumentum hoc ab unanimi consensu ductum, incertum est: nullo etenim modo liquere potest, utrum antiqui in re aliqua consenserint necne. Imò inquit *Isaacus Casaubonus*, *duas regulas posuit*

posuit Cardinalis Peroneus, quæ omnino recepiendæ videntur. Prior est ut tunc existimetur satis probatus esse consensus patrum, quando eminentissimi quique singularum nationum, in rei alicujus affirmatione consenserint, neque illis sese quisquam opposuerat, qui quidem orthodoxus censeretur. Posterior, quando Patres non ut doctores loquuntur, neque dicunt hoc aut illud sic esse credendum aut faciendum, sed tanquam testes eorum quæ suis temporibus Ecclesia universalis credebat aut faciebat, dicunt hanc esse fidem aut praxim Ecclesiæ Catholicæ per totum orbem terrarum; tunc eum honorem illis habendum esse, ut ad unanimem consensum Ecclesiæ ejusmodi affirmatio satis credatur valere. Atqui inquam hæc consensus indicia, ipsi *Vincentio* Lyrinensi, hujus consensus primo, aut primario saltem patrono, infirma visa sunt. Ille namque non alium consensum ad quæstiones determinandas adhibendum esse censet, quàm quando omnes pariter uno consensu, idem manifestè, comiter, constanterque tenent, scribunt, docent. Atque hic ille est, quem dissimulato nomine perstringit *Peronius*, quando ait: *Sententia eorum palam iniqua est qui de consensu patrum satis liquere non posse contendunt, nisi quando res eadem totidem verbis apud omnes patres reperitur.* Miror igitur, maluisse se *Isaacum Casaubonum, Peronium, Bellarminum*, hujusq; farinæ Papistas reliquos sequi, potiùs quàm *Vincentium Lyrinensum*, & scriptores protestantes, quorum eadem cum *Vincentio* sententia est. *Guil. Whitakerus* ita: *Quomodo sciemus reliquos non dissentire? nam multi libri patrum perierunt & multi patres nihil scripserunt: fieri potest ut illi dissenserint. Præterea à patribus etiam nonnullis multa tradita sunt, quæ vel Papistarum confessione non sunt Apostolica. a quibus tamen reliquos ab illis dissensisse non possunt ostendere.* Similiter *Iohannes Reynoldus* necnon in illius versione *Henricus Pareus*: Cum eadem quæ *Peronius* supra posuisset Hartus: *Quando interpretatio a multis patribus fit, & non contradicunt reliqui, aut nihil omnino de eadem dicunt: tum eam unanimi consensu factam putamus.* Regerit Reynoldus: *Hæc summa male colligitur: quia in scriptis Patrum, unus nonnunquam contra quam omnes reliqui scripturas exponit (quod &* Sixto Senensi *&* Aloysio Lippomano *constat), & quia probabile est in patribus eis quos non habemus, diversam interpretationem traditam fuisse ab ea quæ jam reperitur, in eis quorum monumenta extant.* Subjungit deinde: *Consensus via non est per quam tuto incedere licet, si viam veritatis quærimus: nam & siti enecabimur, sicut qui* Timane *aquas expectant, Iob. 6.18: 9. & quod peius est, pro limpida veritatis unda lutum & cœnum propinabitur.*

Cont. hæres. c.4. & 5.

Cont. 1. q. 6. c. 4.

Collat. cum Hart. c, 2. D 2.

Tertiò, si unanimus consensus patrum ad dirimendas lites sufficiat, tum ad exitum profligata est hæc quæstio disciplinaria. Quid etenim? Citat *Thomas Mortonus Medinam* verè affirmantem: *Non dubito affirmare sanctum Hieronymum, Sedulium, Primasium, Theodoretum, Oecumenium, Theophylactum, cum Aerianis hæreticis sensisse, quòd Episcoporum ac presbyterorum ordinem jure divino, eundem esse dicunt.*

Apolog. p.2 lib. 2. c. 12.

Hæc

Hæc de extraneo] firmamento Hierarchico quarto, Vnanimi consensu.

CAP 7,

Argumentum quintum ab Ecclesiæ universæ praxi solvitur.

Com. 1. lib. 4. c. 9.

QVintum sequitur, à Papistis iterum mutuatum: Vniversæ nempe Ecclesiæ praxis: quam cum urgeret *Bellarminus*, supponit Ecclesiam in universa praxi sua minimè errare potuisse. Hucusque fortè Hierarchici non progredientur, ut Ecclesiam non potuisse errare dicant: dicunt tamen (quod eodem ferè recidit) eam non erravisse, id quod dicere necesse est, ut huic argumento vis solida insit. Hinc Apostolicum illis est, quodcunque in Ecclesiæ subsequentis communem usum receptum est: quò Tertullianum citant: *Constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum.* Respondeo, Videri mihi Tertullianum per Ecclesias Apostolorum eas tantùm intelligere, quæ Apostolorum tempore exiterunt: quo sensu verum est quod dicit.

Bilsonus de perpet. gubernat. c. 15. p. 304. Saravia cont. Bez. c. 23. p. 227. Downam. defens. l. 4. c. 3.

Primò etenim in hac citatione delumbata, si Ecclesias sequentes intellexisset, dixisset profectò quod apud Ecclesias Apostolorum est sacrosanctum, non quod fuerit: tempus etenim præteritum, non præsens, hæc verba notant.

Secundo, scribetur locus integer. *Si cōstat id verius quod prius, id prius quod ab initio, ab initio quod ab Apostolis; pariter utique constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum.* Initio respondent Ecclesiæ tantum quę ab initio plantatę sunt: & non dicit apud Ecclesias Apostolicas, sed apud Ecclesias Apostlorum quę non nisi illę esse poterant, quas Apostoli plantaverunt, aut saltem quę eorum tempore plantatę erant. Sequitur locus ille celebris ex Augustino, qui fere una cum isto Tertulliani citari ab Hierarchicis solet: *Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi authoritate Apostolica traditum rectissime creditur.* Hoc illud Achilleum Hierarchicorum argumentum est: quo miseros puritanos sufflatos putant: certè ab omnibus aut saltē coram pluribus magna contentione allegatur. *Downamus* etiam in fronte concionis posuit, tanquam eorum quę sequerentur, omnium fundamentum. Neque Angelum septem Ecclesiarum, vel ex vocis significatione, vel ex ulla textus sui circumstantia, Episcopum Hierarchicum significare, probare nititur: sed hoc solo (quantum ego assequi possum) argumento pugnat. Ecclesia subsequens Episcopos Hierarchicos habuit: ergo hic Angelus Apocalypticus Episcopus Hierarchicus erat.

Cont. Marc. l. 4.

Cont. Donatist. lib. 4. c. 24.

2 Consequentiam argumenti probaturus, pręfatur ex hoc *Augustini*

stini loco: *Quod universa tenet Ecclesia, nec a Conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi authoritate Apostolica traditum rectissimè creditur.* De mente *Augustini* non controversatur: quanquam per *semper retentum* prima facie, id tantùm intelligere videtur, quod ab ipsis Apostolorum temporibus dimanavit. Sed verba sequentia, inquis, ostendunt, *nec a Conciliis institutum, Augustinum* intelligere omne id *semper retentum* esse, quod primum in Conciliis institutum non est ut exponit *Bilsonus*, aut ejus origo ignota est, ut *Richardus Bancroftus*, & *Georgius Downamus* interpretantur. Ostendunt sanè: neque ego hanc *Augustini* quam Hierarchici adferunt interpretationem rejiciam: tantum admoneo posterioris clausulæ nuditatem folio ficulneo coopertam ab eis esse, ne ejusdem fœditas appareret. Rogo, quid illud sibi vult? ab Apostolica authoritate traditum? Intelligunt, inquit, id ab Apostolis in sacris literis scriptum esse, aut inde colligi posse: quod universa, postmodum Ecclesia tenuit. Apage φλυαρίας. Nihil certius est, quàm traditiones non scriptas *Augustinum* hîc somniasse in hunc sensum. Quod in universa Ecclesiæ praxi retentum est, si ejus origio aliàs, puta, per Concilia cognita non sit: ab Apostolis voce viva traditum censetur, etsi in eorum scriptis non reperiatur. Et nonne pudet Evangelicos præcipuum suæ Hierarchiæ fundamentum ex hujusmodi loco repetere, quod non scriptas Apostolorum traditiones tam fortiter spirat? Hanc etenim *Augustini* mentem fuisse testantur alia ejusdem loca, quæ unà cum isto à *Baronio* copulantur: & etiam ab Hierarchicis allegantur. Anno. 53. Cont. Donatist. l. 2. c. 7.

Quam consuetudinem credo, inquit, ex Apostolorum traditione venientē, sicut multa non inveniuntur in literis eorum & tamen quia custodiuntur per universam Ecclesiam, nonnisi ab ipsis tradita & commendata traduntur. Disputatur locus à *Iohanne Whitgifto*, ut probet Patriarchas ab Apostolis descendisse, & Archidiaconos, Archiepiscopos Metropolitanos: de quibus sic habet: *Quandoquidem origo & initium horum nominum reperiri non potest, ea horum antiquitas est, ut credendum sit ab Apostolis ipsis exorta fuisse: memini etenim Augustinum hanc habere regulam: Illa autem quæ non scripta sed tradita ostendimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis vel plenariis Conciliis (quorum est in Ecclesiis saluberrima authoritas) commendata atque statuta* RETINERI: *sicuti quod Domini passio & resurrectio, & ascensio in cælum, & adventus de cœlo Spiritus sancti, anniversaria solennitate celebrantur, & si quid tale occurrerit, quod servatur ab universa quacunque se diffundit Ecclesia.* Tractat. 8. c. 2. Div. 43 Epist. 118

Videte singulare Hierarchicorum artificium: Commemoratur ab antiquis Episcopus, ideo descendit ab Apostolis, quod testimonium ab antiquissimis scriptis habeat. Metroplitanus & Archiepiscopus è contra, in scriptis antiquis non reperitur, ideo originem ab Apostolis ipsis habebit, quia ejus origo aliàs ignota est. Quid ita? Nempe propter *universam Ecclesiæ praxim*, cujus authoritas infallibilis est;

Digitized by Google

est; in quam etiam sententiam allegatur à *Bilsono*, & *Casaubono*, ille alter *Augustini* locus: *Non facere quod universa facit Ecclesia, insolentissimæ insaniæ est*. Quàm autem parum solidi huic argumento insit, deinceps demonstrandum.

3 Compara *Augustini* locũ cum quibusdam paribus & similibus. *Baronius* postquam sacerdotum apud omnes gentes authoritatem demonstrasset, ita infert: *Rectè Socrat. apud Zenophon. lib. 4. Quod ob omnibus gentibus observatũ est, id non nisi a Deo sancitũ esse, dicendum est. Quidni universa hominum praxis a Deo per lumen naturale: perinde ac universa Ecclesiæ praxis ab Apostolis per lumen supernaturale?* Bellarminus: *Illud proculdubio est Apostolicum habendum & judicandum quod pro tali habetur in eis Ecclesiis in quibus est integra successio Episcoporum*. Exploditur hæc regula *Bellarmini* a *Guilielmo Whitakero*: quis tamen non videt, ex hac *Augustini* regula, robur eam lucemque accipere? Ita Melchior Canus: *Credendum est ea Romanam Ecclesiam per traditionem a Deo recepisse, cujus authoramentum nullum in verbo Dei reperitur*. Exibilatur hæc sententia a *Richardo Fyldo*, nec immerito: ex hypothesi tamen Romanam Ecclesiam veram Dei Ecclesiam esse, ex isto *Augustini* loco, quanquam absurdissimum, dogma istud omninò sequitur.

Tom. 1. p. 458.

Cont. 1. q 6 c. 4.

De Eccles. l. 4. c. 21.

4 Secundò, nihil pro Apostolico habendum nisi id tantummodo quod in scriptis Apostolorũ reperitur: Falsum igitur (quod *Augustinus*) universam Ecclesiæ praxim sufficere, ut quid probetur Apostolicum esse. Disertè Hironymus: *Quæ absque authoritate & testimoniis scripturarum, quasi Apostolica traditione sponte reperiunt atque confingunt, percutit gladius Dei*. Ita Cypr. *Si aut in Evangelio præcipitur, aut in Apostolorum Epistolis & actibus continetur: observetur (alias non) hæc divina traditio*. Ita Theoph. *Diabolicum est extra divinarum scripturarum authoritatem aliquid divinum putare: at divinum est quod Apostolicum est, non igitur illud extra scripturam quærendum ullibi*.

Tom. 6. in Agg. c. 1.

Epist. 74.

Lib. 2. paschal.

Tertio, si vera hæc *Augustini* regula esset, nihil tamen pro Hierarchicis faceret, cum Episcopos a concilio sancitos primò constet: *Superpositus etenim Episcopus fuit totius orbis decreto*, inquit Hieronymus, *statuente Concilio* Ambrosius. *At non nominat Ambrosius quo concilio*, respondet Bilsonus, *& totius orbis apud Hieronymum decretum ipsorum Apostolorum decretum erat*: Regerit *Downamus*: Adjicit rationem *Hadrianus Saravia* contra *Bezam*: *Elegantior* Hieronymus *erat, quam ut consuetudinem decreti nomine signaret*. At non nudam cõsuetudinẽ intellexit *Beza*: sed decretum per Ecclesias singulas in suis Synodis particularibus, per consuetudinẽ gradatim, & ut sese *Hieronymus* explicat, *paulatim invalescens*, de quo alius dicendi locus erit. Hoc sensu & ipse Augustinus, *Episcoporum honorem secundum usum Ecclesiæ invaluisse* dicit. Respondet Saravia: *Usus Ecclesiæ*, inquit Augustinus, *obtinuit: quid hoc significat? Male Ecclesiæ usus divinæ institutioni opponitur: quum Augustino qui ita locutus est Ecclesiæ universalis alicujus*

In Ephes. 4.

Lib. 4. c. 11.

Epist. 19.

Cont. Bez. c. 23. p. 227

Digitized by Google

cujus rei usus, argumentum sit institutionis divinæ ut traditionis Apostolicæ. August. de Baptism. cont. Donatist. lib. 4. c. 24. Quod universa tenet Ecclesia, nec Concilijs institutum, sed semper retentum est nonnisi Apostolica authoritate traditum rectissime creditur. Quo teneam vultus mutantem Protea nodo; Quod a Conciliis institutum est, a rebus Apostolicis hac sententia excipit *Augustinus* : & tamen quum Episcopum ex usu Ecclesiæ in Conciliis & decretis suis introductum dicit, tum & quæ a Conciliis sunt, hàc ipsa in sententia includit.

Quartò, si vera hæc regula Augustini sit, tum fides humana authoritate niteretur: nam ecclesiæ praxis nonnisi humana consuetudo est, ut rectè ante *Whitakerus*. Hoc respectu hanc ipsam *Augustini* regulam ab ipso *Augustino* rescissam dico, ut cum consuetudinem absque veritate & ratione nihil esse, imo in quæstione hac nostra de disciplina, ubi ratio, & veritas contra illucet, omnino rejiciendam docet. Sic enim habet: *Quod anterius est inquiunt, falsum esse non potest, quasi antiquitas & vetus consuetudo præiudicet veritati?* Rursus *Veritate manifestata cedat cõsuetudo rationi* —— *Plane quis dubitat veritati manifestæ cõsuetudinẽ cedere? Nemo consuetudinẽ veritati & rationi, proponat, quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit.* Postremò: *Qui contempta veritate, præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus est, aut malignus, quibus veritas revelatur, aut circa Deum ingratus est, inspiratione cujus Ecclesia instruitur.* Nam Dominus in Evangelio; *Ego sum, inquit, veritas, non dixit: Ego sum consuetudo, itaque veritate manifestata cedat consuetudo rationi.* Atque ut *Augustinus Augustino* in his quæ adversus consuetudinem scribit contrarius est: ita *Bilsonus Augustino* pro Ecclesiæ praxi consentiens, adversatus *Bilsono* in eis quæ contra consuetudinem disputat. *In causis* (inquit) *religionis, non quid homines facere consueverunt, sed quid facere debuerunt respiciendum* est. Tertullianus. *Quodcunque adversus veritatem sapit hoc erit hæresis, etiam vetus consuetudo.* & Concilium Carthaginense: *Dominus in Evangelio dicit, Ego sum veritas, non, ego sum consuetudo.* Et Cypr. *Consuetudo sine veritate vetustas erroris est.* Dixit hæc adversus universam Ecclesiæ praxim *Cyprianus* : & licet in materia rebaptizationis erravit, in forma tamen argumentandi non erravit, *Bilsono* ipso teste. Quidni igitur nos absolvamur, etsi contra universam Ecclesiæ praxim, veritate ejus jam manifestata, disciplinam reformandam esse existimamus? Atque ut in materia errans *Cyprianus*, in forma tamen contra universam Ecclesiæ praxim disputandi non erravit, ut *Thomæ Bilsonæ* visum: ita vice versa, in materia non errans *Stephanus* Romanus in forma argumentandi ex universa Ecclesiæ praxi erravit, uti *Domino Mornæo* placet, qui ita hanc historiam penit. *Dixit Stephanus: Nihil innovetur nisi quod traditum est: respondet Cyprianus: Oportet Episcopum non solùm docere, sed discere, quasi dicat, præstaret Stephanum communicato cum collegis consilio religionem discere, quam consuetudinis prætextu impotenter imperare: cum*

Quæst. vet. & novi Testam. 114
De unic. baptism. li. 2
De baptis. parvul.
Cont. Apol. p. 4. p. 603.
De virginib. veland.
Histor papat. p. 14.

præsertim consuetudo absque veritate vetustas erroris sit.

En sententiam in Stephanos nostros Anglicanos capitalem. Consuetudinis & universæ Ecclesiæ praxis prætextu impotenter collegis imperant: qui nonnisi communicato cum collegis consilio, quicquam agere debuerunt. Post hos Hierarchici ipsi consulendi. Ita Richardus Fyldus: *Quanquam tota multitudo fidelium, uno tempore per totum orbem errare non potest pertinaciter & damnabiliter in falsa traditione recipienda: qui tamen in Ecclesia plurimum pollent, errare omnes possunt.* Quorsum hæc, inquis; Nempe ut pateat errorem tantùm pertinacem & damnantem ab universa Ecclesiæ praxi excludi, non hunc nostrum disciplinarium, quem non ex pertinacia sed ignorantia, in re minimè absolutè salutem fidelium destruente, in universam Ecclesiam grassatum fuisse dicimus, si tamen in universam grassata sit. *Thomas Mortonus* Hierarchicus illud *Cani* approbat: *Infirmum est ex omnium patrum consensu argumentum, & contraria sententia potiùs probabiliter & piè defenditur.* Hadrianus Saravia ita: *Mos populi Dei ab omnibus Ecclesiis totius orbis receptus, inviolabilis quædam lex est. Verisimile non est universalem consensum omnium Ecclesiarum & temporũ, sine verbo Dei aut Apostolica traditione potuisse accidere. Tamẽ quia nullus consensus, nulla cõsuetudo, nulla longi tẽporis præscriptio contra Dei verbũ locũ in Ecclesia Christi retinere debet: ponderandæ sunt nobis rationes, & scripturæ loca examinanda, quibus inducti patres illud regimen in Ecclesia receperant, quod nostræ ætatis hominibus minime probetur, ut certò sciamus, illine, an nos erremus.* En confessionem luculentam: ut omnia dicantur quæ in laudem universæ praxeos congeri possunt: non ea tamen à sese certos nos facere potest; sed ad verbum examinanda, & si absque ea, vel præter eam, reperiatut, eliminanda.

De Eccles. li. 4. c. 21.

Apolog. Catholic. p. 2. l. 2. c. 14.

Tract. Theolog. in prolog.

Quintò, ita hanc regulam *Augustini* interpretatus *Dolmanus* acsi per Concilia, generalia Concilia tantùm intellexit, ita probat Episcopalem functionem ab Apostolis descendisse, quia ante annos 300 extitit, quo tempore generale Concilium nullum celebratum est. Primum autem generale Concilium Nicænum fuit: in quo tantum abfuit, quòd Episcopalis functio tum primùm instituta fuerit, ut Patriarchalis etiam ab ipso Concilio agnoscatur, more antiquo, longè ante inolevisse. Respondeo primo, hinc sequi *Augustini* hanc regulam falsam esse, nisi statuatur pro fundamento, Ecclesiam in sua praxi minimè potuisse errare per annos 300, per quod temporis spacium, generale Concilium nullum extitit, quod quicquam in universam praxim inducere potuit, non ab Apostolis institutum. Vidit hæc Bellarminus: *Ecclesia*, inquit, *non magis operando quàm credendo errare potest, juxta Augustinum, qui ait, insolentissimæ insaniæ esse, disputare num id faciendum sit, quod tota die per orbem frequentat Ecclesia.* Hoc autem quàm absurdum sit, ostendunt nostrorum scripta omnia, quibus Ecclesiam errare posse probant. Ego pro præsenti ipsius unico *Augustini* exemplo insistam, Disputabat contra *Cypriani*

Lib. 4. c. 1. p. 5. 11. & 84.

Con. 1. lib. 4. c. 9.

ani rebaptizationem ex universa Ecclesiæ praxi intra hos trecentos annos: & hoc argumento contra Donatistas uti noluit *Augustinus*, inquit *Whitakerus* noster: Quid ita? quia humanum documentum erat: *Cont. 1. c. 4.* at si humanum documentum erat universa intra annos 300. Ecclesiæ praxis, & infirmum etiam ad rem quamlibet Apostolicam probandam erit. Imitentur igitur *Augustini* ipsius quo nituntur exemplum: de hac universa praxi in posterum sileant, scripturisque solis agant, cum eo denique dicant: *Ne videar humanis argumentis id probare, ex Evangelio profero certa documenta.* *De baptism. cont. Donat. l. 2. c. 7.* Certè hoc exemplo *Augustini* tolluntur opprobria illa quæ ex superiori *Augustini* sententia, de insania insolentissima, nobis obiectari à *Bilsono* aliisque solent. Quid enim? humani argumenti certitudinem diffiteri an insania insolentissima quæso est? cum ipse hujusce sententiæ author *Augustinus*, contra documenta & humana argumenta, quasi contraria opposuerit? Quanto justiùs nos insaniæ Hierarchicos insimulare possumus, ex Chrysostomo. *Tom. 1. in Genes. homil. 2.* *Sed quid si non credat scripturæ? Tu ipsum aversaris velut furibundum & mente captum.*

Secundò, respondeo hoc ipsum generale Concilium in quo insistit *Georgius Downamus*, hanc ipsam ex *Augustino*, ipsius regulam impugnare. *Nihil nisi Apostolicum*, inquit, *in universa Ecclesiæ praxi fuit ante concilium Nicænum, quia nullum tum generale concilium extitit, quod universam praxim noviter introducere potuit.* At conclamant ipsissima Concilij verba, quæ etiam *Downamus* in margine apposuit, ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω: quæ ad ea quæ humano jure introducta fuerunt, vel ipse *Downamus* defert. Consequitur igitur eum ipsum fateri in universa Ecclesiæ praxi, ante primum Concilium generale, quosdam mores fuisse, qui humano jure introducti, non Apostolica authoritate traditi fuerunt.

Sextò, hæc regula *Augustini* ab universa Ecclesiæ praxi ducta, incerta est: sicuti de eadem adversus *Bellarminum* noster *Whitakerus* agens, verissimè asseverat. *Cont. 1. q. 6. c. 12.* *Magnum*, inquit, *est* Augustini *nomen in Ecclesia Dei, & merito quidem. Sed meminisse debeamus hominem fuisse, ac proinde errare potuisse. Et licèt hoc loco quidem videatur favere traditionibus, tamen aliis in locis scripturæ perfectionem acerrime defendit. 2, probare non potuit traditiones ab Ecclesiis omnibus fuisse servatas. Neque enim narrat quid ab Ecclesiis aliis factitatum erat. Vicinæ fortasse Ecclesiæ hanc consuetudinem servarunt, & non dubium est, Hipponensem totam Ecclesiam servasse: sed non constabat illi similiter de omnibus aliis Ecclesiis.* *Tom. 3. Th. 7. c. 63.* *Dixit* Waldensis *olim, traditiones Apostolicas a purè Ecclesiasticis jam temporis vetustate discernere nescimus:* Non agnovit igitur hanc regulã *Augustinus* de universa Ecclesiæ praxi, ut hanc Ecclesiæ praxim despexit, quòd jam temporis vetustate confusa & ignorata sit.

Septimò, aut falsa hæc regula *Augustini* est, aut nullæ fuerint olim consuetudines latenter & paulatim irrepentes, quæ neque ab Apostolis, neque à Conciliis introductæ fuerunt, Hujusmodi autem

consuetudines olim extitisse, hæc *Tertulliani* fidem faciunt: *Veritati nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non privilegium regionum. Ex his enim fere consuetudo initium ab aliqua ignorantia aut simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur & ita adversus veritatem vindicatur.* Quod si regerant autem in consuetudinibus universa Ecclesiæ praxi observatis, locum ista non habere: ab ipso *Tertulliano* alibi luculenter refutantur: recenset etenim exempla plurima, quæ sine ullius scripturæ instrumento, solius traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocinio vindicantur. Nominat, *renuntiationem, trinam mersionem, baptismi interrogationes, abstinentiam a lavacro per totam hebdomadam, oblationes pro defunctis, natalitia anniversaria, jejunium & geniculationem dominica die prohibitam, crucis signum fronti impressum, quæcunque veterum conversatio exerceret*: quæ nonne quæso ab universa tum Ecclesia usurpata fuerunt?

De veland. virg. c.1.

De coro. milit. c.3.

Octavò & ultimò, pessimam operam locare Ecclesiæ Hierarchicos dico, qui de universa Ecclesiæ praxi hanc *Augustini* regulam probant & complectuntur, imò & aliis etiam imponunt: ut *qua data porta ruant* in Ecclesiam, tanta fere traditionum papalium infesta agmina: Non etenim absque causa *Cæsar Baronius*, hanc regulam *Augustini* qua Apostolicum esse vult, quodcunque olim ab Ecclesia universa est observatum *funiculum* appellat, qui traditionum latitudinem metitur. Atque scire vis lector quàm hęc falsa regula sit? Percurre illas antiquas consuetudines omnes, quæ in nullo concilio sancitæ sunt, & ignotam orginem habent, quæque jam à Pontificiis pro Apostolicis obtruduntur: & non solùm quàm *Augustinus* falsus, sed etiam quàm Papistici Hierarchici, facillime deprehendes.

Tom. 1. an. 53.

Primò, insto cum *Sibrando Lubberto* in observatione Paschatis: de qua sic ille: *Non quis statim inferat hoc vel illud Apostolicum esse, quoniam ab Ecclesia servabatur, inquirendum in illud paulò diligentius. Nemo tamen existimet hæc in* Augustinum *ferri*: *ejus enim memoria est apud me in benedictione: sed tantum veritatis indagandæ studio facio.* Augustinus *dicit observationem certi diei paschatis observari ab universa Ecclesia, ideo esse vel ab Apostolis vel à plenariis Conciliis profectam. Verum tempore* Polycarpi *&* Aniceti, *Apostoli nullum diem certum statuerant. Anicetus enim prætendebat* Iohannem, *&* Polycarpus *è contra. majorum suorum morem contrarium, Euseb. Histor. lib. 5. c. 24. neque eo tempore in ullo Concilio de eo actum erat. Sequitur ergo certæ diei paschæ observationem non esse ab Apostolis profectam.* Excipiet fortasse quis nullam tum fuisse diei paschatis observationem universam, quod falsum est: quanquam enim in ipso die differentia erat: in hoc tamen Ecclesiæ omnes conspirarunt, diem paschatis observandum aliquem esse. Atqui nego hoc ab Apostolis profectum esse: nihil illi de festis diebus aliquibus, nedum de paschate tradiderunt: vel ex hac unica igitur universæ Ecclesiæ observatione constat, ex eo non sequi Apostoli-

De princip. Christian. dogmat. l.7. c.10. p. 694.

cum

cum quid esse, quòd eo universa Ecclesia *utatur*. Atq; liceat hîc mihi quod poëta admonere: *Ex uno disce omnes*. Fac Episcopatum ab universa Ecclesia pristina observatum; nonne illa in Episcopatu tanquam ab Apostolis tradito errare potuit, perinde ac in paschate?

Secundò, insto in Symbolo Apostolico, quod intra primos trecentos annos prodiisse *Downamus* censet. Hoc quoad ipsam formam in nullo plenario Concilio sancitum est, sed origine ignota est, ab universa tamen Ecclesia usurpatum est: quid igitur, ab Apostolis quoad formam traditum? Imò negat ipse *Fyldus*: negabit sat scio *Downamus*: certè negat ipse *Augustinus*: *Illa verba, inquit, quæ audivistis per divinas scripturas sparsa, sunt inde collecta & ad unum reducta.* Nihil igitur apertius, quàm quiddam ab universa Ecclesia observatum fuisse, non sancitum in plenario Concilio, aut ab Apostolis traditum, ac proinde hanc regulam *Augustin* de universa Ecclesiæ praxi vacillare. De eccles. l. 4. 20. Ad cathec. de Symbol. l. 1, c. 1.

Tertiò. insto in quadragesima, quam ab universa Ecclesia observatam, & ab omnibus patribus, non *Ignatio* prætermisso, pro Apostolica traditione habendam, ideoque ab Apostolis ipsis profectam, & semper cùm fusissimè tum falsissimè contendit *Lous*. Atque quidem ab *Ignatio* commemoratam quadragesimam esse, perinde ac Episcopum certum est: universam etiam Ecclesiam, quoddam ante pascha jejunium constanter observasse constat: quadragesima tamen, (cur non & Episcopus, quanquam ab *Ignatio* commemoratus, & ab vniversa Ecclesia receptus?) ab Apostolis tradita minimè erat, sed in ea lapsi patres sunt, (prout in Episcopo) quum eam traditionem Apostolicam existmarunt, ut Theologis nostris omnibus constat. *Iohannes Iuellus* Defen. Apolg. p. 2. c. 9. divis. 1. *Guili. Whitakerus* cont 1. q. 6. c. 3. *Sibrandus Lubbertus* de princip. Christ. dogmat. lib. 7. c. 5. & ut alios omittam, *Thomas* Mortonus Apolog. Cathol. p. lib. 1. c. 75. & 88. Observandum autem est cum quadragesima discrimen Episcopi à presbytero *Iohannem Hardingum* unà conjunxisse, sic ut necessum haberet *Iuellus* interrogare, utrum hoc discrimen ipsius judicio Traditio Apostolica esset: videant ergo Hierarchici quàm latam portam Traditionibus apperiant: consideret verò lector, hoc discrimen quanquam per universam Ecclesiæ praxim comprobatum, nihil aliud *Iuelli* iudicio, quam merum humanum inventum fuisse. *Neq; pro hæretico habendus est*, inquit, *qui hanc universã Ecclesiæ praxim repudiarit*: sic ut innocentiam hac in re nostram, adversus clamores Hierarchicos egregiè tueatur. *Tantane hæresis est*, inquit, *Episcopum & presbyterum eundem esse, asseverare? vel Hardingus quo & ad quos extendit hæretici nomen*, Hardingus *intelligit? Certè Chrysostomus dicit inter Episcopum & presbyterum interest fere nibil. Hieronymus, Apostolus perspicue docet eosdem esse presbyteros, quos Episcopos* Augustinus *dicit, Quid est Episcopus nisi primus presbyter, hoc est summus sacerdos? Ambrosius dicit: Episcopi & presbyteri una ordinatio est: uterque enim sacerdos est,* Querimon. Eccles. p. 89 ad 94. &c. In 2. Tim. Homil. 11. Ad euagr. Quæst. vet. & nou. Test. p. 101.

sed

irrepentia, & non ut postea conspicua facta, non denique, ut nostro tempore, ad suum usque fastigium perducta, non ita dilucidè observare potuit. Est tamen ubi vestigium reliquit, vetustissimæ disciplinæ, eo nempe in loco, quem *Bellarminus* de successione istâ disputans, incautius allegavit. *Nomen* (inquit) *presbyteri* commune erat olim presbyteris & Episcopis, ut patet ex Epistola *Irenæi* ad *Victorem* quæ est apud *Eusebium* Histor. lib. 5. c. 24. Ubi Romanos Pontifices, *Victorem*, *Anicetum*, *Pium*, *Telesphorum*, *Xystum*, appellat presbyteros. At nihil hoc inquies facit, ut probetur veteres Episcopos, non alios quam presbyteros fuisse. Falsus igitur *Guilelmus Whitakerus*, qui ita respondet Bellarmino: *Fateor olim inter presbyterum & Episcopum discrimen nullum fuisse, non opus ergo fuit his testimoniis ad hoc probandum. Sed si hi presbyteri qui olim, & à quibus ordinatus erat* Timotheus, *tales Episcopi erant, quales nunc sunt in Ecclesia Romana, tunc plures erant unius urbis Episcopi, ut patet Act. 20: 17. ubi Paulus dicitur accersivisse presbyteros & Episcopos*
Cont. 2. q. 5. c. 6. p. 284. *Ephesinæ Ecclesiæ. Hij si Episcopi fuerunt tum unius Ecclesiæ Ephesinæ plures simul Episcopi fuerunt*, Habet & hæc: *Fuisse semper tales Episcopos in Ecclesia quales nunc sunt Pontificij, falsissimum est, nec unquam*
P. 281. *probari potest. Erant quidem in initio in singulis Ecclesiis Episcopi, id est pastores, non tales quales nunc sunt in Ecclesia Romana.*

Tertiò, ut Papæ à nostris omnibus objicitur, cum Apostolorum successorem non esse, quia opera eorum non exercet, non docet, non gregem curat &c. ita & nobis jam Episcopis Anglicanis occinere licet, eos veterum Episcoporum successores appellandos non esse, quia ambitione, luxu, negligentiâ, sævitiâ impia & tumidâ potentiæ suæ ampliatione, Episcoporum priscorum humilitatem, frugalitatem, diligentiam, & cum suis collegis socialitatem polluerunt, profanarunt, dehonestarunt. Dixit olim *Symacus Petrum perennem meritorum dotem cum hereditate innocentiæ transmisisse ad posteros, ut si desint bona acquisita per merita, sufficiant quæ à loci prædecessore præstantur.* Tantum verò abest, quòd hoc verum sit, ut ex adverso condemnentur successores eò magis, quo magis successionem ostentant eorum à quorum pietate degenerarunt. Sic condemnat *Moses Iudæos* degenerantes, quo magis *Mosi* fidunt, Ioh. 5: 45. & condemnat *Abraham* eos qui contrarium faciunt, quò magis se *Abrahæ* filios glorientur: Ioh. 8: 39, 40.

Nonne eò Tyrannus sibi gravius accersit judicium, quô magis se Pij Principis successorem venditat? Citat *Thomas Mortonus* Hierarchicus illa *Basilij*: *Non cathedræ sed religionis propriam successionem existimare debemus: ——qui contrariam fidei doctrinam amplectitur, adver-*
Apolog. Catholic. p. 1. l. 1. c. 23. *sarius quoque in throno censeri debet.* Contrariam de Episcopali dignitate sententiam Episcopi Anglicani jam sectantur: & per ambitionem, contraria veteribus Episcopis faciunt: non tantùm igitur non pro successoribus, sed & pro adversariis habendi sint. Citat *Guli-*

elmus *Whitakerus* illa *Hieronymi* apud *Gratianum* distinct. 40. c. 6. non est facile : *Non sanctorum loco sunt qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum.* Sic ut operibus Episcoporum Anglicanorum longissimè diversis, apertè pateat eos veterum Episcoporum successores minime esse. Cont. 2. q. 5. c. 6. p. 275.

Ad postremum, dixit olim *Hieronymus* ad *Damasum* : *Facessat Romani culminis ambitio, ego veteri cathedræ consocior.* Similiter jam nos: Facessat Episcopi Anglicani ambitio : nobis humili Episcoporum antiquorum cathedræ consociari liceat.

Quintò jam & ultimo loco, *Downamus* rursus audiendus: qui hinc Seniores nostros presbyteriales jugulat. quòd eam successionem ostendere nequeant, quam ostendere Episcopi possunt. Respondemus ex nostrorum omnium communi sententia, linearis successionis interruptionem, successionis legitimæ veritatem minimè tollere : sic ut quamvis Ecclesia nostra omninò intercisa fuisset, vera tamen Ecclesia fuisset, quandiu cum illa vetustissima conspirat & consentit. Lib 4 c. 4. p. 113 & 114.

Probat hoc ex instantia ipsius Christi *Whitakerus* : *Vera & legitima successio potest esse interrupta : Christus enim* Melchisedeco *per multos annos successit.* Sic nos dicimus, licèt successio per multos annos fuerit interrupta; si quis tamen veram doctrinam docet, eum Apostolis succedere. Quid igitur? Nullus inter Christum & *Melchisedecum* per annos quam plurimos, ejusdem ordinis rex & sacerdos lineari successione intercedebat : & tamen Christus verus *Melchisedechi* successor erat : ita quid si nullus seniorum senatus per multos annos extitit? non hoc impedit, quin moderni seniores illis Apostolicis verè successisse credantur. Cont. 2. q. 5. c. 6.

Accedit *Thomas Mortonus* Hierarchicus : *Successio personæ cum adest non est aspernanda, cùm abest, modo ne desit Catholicæ doctrinæ successio, non est vehementius exigenda.* Hinc illa *Stapletoni* probat: personalem successionem nihil moramur, modò doctrinam nostram consentientem scripturis ostendere possimus : necnon illa *Æneæ Sylvij* : *Mihi nec laudi nec vituperio erit, dummodo verus Christianus sum, majorum meorum matutina aut vespertina conversio.* Ita contra seniores plumbeo pugione pugnavit *Downamus*, quamdiu veritas disciplinæ illibata est, secundùm quam senioribus Apostolicis confirmantur : successio personalis urgenda non erat nec exigenda, illius defectum morari seniores non debent, nec vituperio illis danda est vespertina majorum suorum conversio, ad Senatum presbyterialem, juxta Dei institutum, restaurandum. Hæc, de extraneo firmamento Hierarchico tertio, successione. Apolog. p. 2. l. 1. c. 23. Princip. doctrinal. l. 3. c. 6. De. Gest. consil. Basil.

CAP 6.

Firmamentum quartum ab unanimi consensu refutatur.

[Vide Sarav. de divers. Prolog. . . & I. Whit. 324. & 101.]

QVartum sequitur, à Papistis similiter mutuatum, Vnanimis consensus: nam quòd causa nostra traducatur acerrimè, quæ omnis quasi communem antiquitatis consensum infestum habeat, tragicæ illæ cum *Bancrofii* tum *Downami* vociferationes, non sinunt quenquam ignorare. Quin & *Isaacus Casaubonus*, nimiùm huic consensui unanimi attribuisse videtur, quum eo sublato controversias hodiernas finem nunquam τὸ κατ' ἀνθρώπους accepturas, neque ulla disceptatione terminandas fore dicit. Fortè causam ponit in pervicatia papistarum: sed ita quid si secundùm hominem sine hoc consensu litium finis sperandus non sit: secundùm Deum tamen scripturam habemus, absque hujus consensus adminiculo, absolutissimam dijudicatricem. Atq; sane hoc sensu, adeò consensum antiquitatis depereunt Hierarchici, ut vix quoad homines, hæc controversia disciplinaria ut unquam finiatur, sperandū sit. Quid tum? eorum error detegendus: neque tam leges hujus consensus (quod *Isaacus Casaubonus*) figendæ, quàm ipsius authoritas prorsus tollenda, ut ita tandem ad Scripturæ solius limam res tota revocetur. Hoc ut fiat, sciendum est primò, appositè ad causam nostram *Whitakerum* affirmasse. *Adversariorum vero humana media sunt: Nam praxis Ecclesiæ est consuetudo hominum, Patrum sententia, est opinio hominum, Conciliorum definitio, est judicium hominum.* Hæc ita cum sint, robur totum unanimis consensus istius in eo ponitur, quòd multitudinem hominum cōnsentientium ponit: cujus in rebus divinis ecquod quæso robur est? provoco hic ego ad *Thomam Mortonum* Hierarchicum, qui adversùs istud argumentum Papisticum ab unanimi consensu ductum, pugnat, & ita pugnat, ut in medium producat *Salmeronis* illa. Contra hanc quam objectant multitudinem, *respondemus ex verbo Dei*, Exod. 23: 2. *In judicio plurimorum non acquiesces sententiæ, ut à vero devies.* Provoco deinde ad *Henricum Paræum* Episcopum *Glocestrensem*, in sua *Iohannis Reynoldi* versione. Quum unanimem consensum ursisset *Hartus* ex *Vincentio Lyrinensi*, respondet *Reynoldus*, *Vincentium in eo supra petram ædificasse, quod scripturam solam ad controversias dirimendas adhibuisset: in hoc vero, quod unanimem consensum requisivisset, super arenam humanarum opinionum.* Atq; huic *Vincentio* opponit *Augustinum*, qui & *Scripturam solam pro fundamento ponit & scripturæ interpretationem ex ipsa scriptura sola sumendam* dicit, non ex incertis hominum sensibus.

[Epist. ad. Peron. Card. p. 32, 33.] [Cont. 1. q. 5. 6, 10.] [Apolog. p. 2. l. 2. c 14.] [Collat. cum Hart c 5. Dim. 1.] [De. doc. Christian. lib. 1. 2. c. c.]

Secundò, argumentum hoc ab unanimi consensu ductum, incertum est: nullo etenim modo liquere potest, utrum antiqui in re aliqua consenserint necne. Imò inquit *Isaacus Casaubonus*, *duas regulas posuit*

[Epist. ad Peron. Card. p. 32. 33.]

posuit Cardinalis Peroneus, quæ omnino recepiendæ videntur. Prior est ut tunc existimetur satis probatus esse consensus patrum, quando eminentissimi quique singularum nationum, in rei alicujus affirmatione consenserint, neque illis sese quisquam opposuerat, qui quidem orthodoxus censeretur. Posterior, quando Patres non ut doctores loquuntur, neque dicunt hoc aut illud sic esse credendum aut faciendum, sed tanquam testes eorum quæ suis temporibus Ecclesia universalis credebat aut faciebat, dicunt hanc esse fidem aut praxim Ecclesiæ Catholicæ per totum orbem terrarum; tunc eum honorem illis habendum esse, ut ad unanimem consensum Ecclesiæ ejusmodi affirmatio satis credatur valere. Atqui inquam hæc consensus judicia, ipsi *Vincentio* Lyrinensi, hujus consensus primo, aut primario saltem patrono, infirma visa sunt. Ille namque non alium consensum ad quæstiones determinandas adhibendum esse censet, quàm quando omnes pariter uno consensu, idem manifestè, comiter, constanterque tenent, scribunt, docent. Atque hic ille est, quem dissimulato nomine perstringit *Peronius*, quando ait: *Sententia eorum palam iniqua est qui de consensu patrum satis liquere non posse contendunt, nisi quando res eadem totidem verbis apud omnes patres reperitur.* Miror igitur, maluisse se *Isaacum Casaubonum, Peronium, Bellarminum,* hujusq; farinæ Papistas reliquos sequi, potiùs quàm *Vincentium Lyrinensem,* & scriptores protestantes, quorum eadem cum *Vincentio* sententia est. *Guil. Whitakerus* ita: *Quomodo sciemus reliquos non dissentire? nam multi libri patrum perierunt & multi patres nihil scripserunt: fieri potest ut illi dissenserint. Præterea à patribus etiam nonnullis multa tradita sunt, quæ vel Papistarum confessione non sunt Apostolica. a quibus tamen reliquos ab illis dissensisse non possunt ostendere.* Similiter *Iohannes Reynoldus* necnon in illius versione *Henricus Pareus*: Cum eadem quæ *Peronius* supra posuisset Hartus: *Quando interpretatio a multis patribus fit, & non contradicunt reliqui, aut nihil omnino de eadem dicunt: tum eam unanimi consensu factam putamus.* Regerit Reynoldus: *Hæc summa male colligitur: quia in scriptis Patrum, unus nonnunquam contra quam omnes reliqui scripturas exponit (quod &* Sixto Senensi *&* Aloysio Lippomano *constat) & quia probabile est in patribus eis quos non habemus, diversam interpretationem traditam fuisse ab ea quæ jam reperitur, in eis quorum monumenta extant.* Subjungit deinde: *Consensus via non est per quam tuto incedere licet, si viam veritatis quærimus: nam & siti enecabimur, sicut qui* Timane *aquas expectant, Iob.* 6. 18: 9. *& quod peius est, pro limpida veritatis unda lutum & cœnum propinabitur.*

Cont. hæres. c. 4. & 5.

Cont. 1. q. 6. c. 4.

Collat. cum Hart. c. 2. D 2.

Tertiò, si unanimus consensus patrum ad dirimendas lites sufficiat, tum ad exitum profligata est hæc quæstio disciplinaria. Quid etenim? Citat *Thomas Mortonus Medinam* verè affirmantem: *Non dubito affirmare sanctum Hieronymum, Sedulium, Primasium, Theodoretum, Oecumenium, Theophylactum, cum Aerianis hæreticis sensisse, quòd Episcoporum ac presbyterorum ordinem jure divino, eundem esse dicunt.* Hæc

Apolog. p. 2 lib. 2. c. 12.

Digitized by Google

Hæc de extraneo] firmamento Hierarchico quarto, Vnanimi consensu.

CAP 7,

Argumentum quintum ab Ecclesiæ universa praxi solvitur.

Com. 1. lib. 4. c. 9.

QVintum sequitur, à Papistis iterum mutuatum: Vniversa nempe Ecclesiæ praxis: quam cum urgeret *Bellarminus*, supponit Ecclesiam in universa praxi sua minimè errare potuisse. Hucusque fortè Hierarchici non progredientur, ut Ecclesiam non potuisse errare dicant: dicunt tamen (quod eodem ferè recidit) eam non erravisse, id quod dicere necesse est, ut huic argumento vis solida insit. Hinc Apostolicum illis est, quodcunque in Ecclesiæ subsequentis communem usum receptum est: quò Tertullianum citant: *Constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum.* Respondeo, Videri mihi Tertullianum per Ecclesias Apostolorum eas tantùm intelligere, quæ Apostolorum tempore extiterunt: quo sensu verum est quod dicit.

Bilsonus de perpet. gubernat. c. 15. p. 304. Sarania cont. Bez. c. 23. p. 227. Downam. defens. l. 4. c. 3.

Primò etenim in hac citatione delumbata, si Ecclesias sequentes intellexisset, dixisset profectò quod apud Ecclesias Apostolorum est sacrosanctum, non quod fuerit: tempus etenim præteritum, non præsens, hæc verba notant.

Secundo, scribetur locus integer. *Si cōstat id verius quod prius, id prius quod ab initio, ab initio quod ab Apostolis; pariter utique constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum.* Initio respondent Ecclesiæ tantum quę ab initio plantatę sunt: & non dicit apud Ecclesias Apostolicas, sed apud Ecclesias Apostlorum quę non nisi illę esse poterant, quas Apostoli plantaverunt, aut saltem quę eorum tempore plantatę erant. Sequitur locus ille celebris ex Augustino, qui fere una cum isto Tertulliani citari ab Hierarchicis solet: *Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi authoritate Apostolica traditum rectissime creditur.* Hoc illud Achilleum Hierarchicorum argumentum est: quo miseros puritanos sufflatos putant: certè ab omnibus aut saltē coram pluribus magna contentione allegatur. *Dovnamus* etiam in fronte concionis posuit, tanquam eorum quę sequerentur, omnium fundamentum. Neque Angelum septem Ecclesiarum, vel ex vocis significatione, vel ex ulla textus sui circumstantia, Episcopum Hierarchicum significare, probare nititur: sed hoc solo (quantum ego assequi possum) argumento pugnat. Ecclesia subsequens Episcopos Hierarchicos habuit: ergo hic Angelus Apocalypticus Episcopus Hierarchicus erat.

Cont. Marc. l. 4.

Cont. Donatist. lib. 4. c. 24.

2 Consequentiam argumenti probaturus, prefatur ex hoc Augustini

Digitized by Google

stini loco: *Quod universa tenet Ecclesia, nec a Conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi authoritate Apostolica traditum rectissimè creditur.* De mente *Augustini* non controversatur: quanquam per *semper retentum* prima facie, id tantùm intelligere videtur, quod ab ipsis Apostolorum temporibus dimanavit. Sed verba sequentia, inquis, ostendunt, *nec a Conciliis institutum, Augustinum* intelligere omne id *semper retentum* esse, quod primum in Conciliis institutum non est ut exponit *Bilsonus*, aut ejus origo ignota est, ut *Richardus Bancroftus*, & *Georgius Downamus* interpretantur. Ostendunt sanè: neque ego hanc *Augustini* quam Hierarchici adferunt interpretationem rejiciam: tantum admoneo posterioris clausulæ nuditatem folio ficulneo coopertam ab eis esse, ne ejusdem fœditas appareret. Rogo, quid illud sibi vult? ab Apostolica authoritate traditum? Intelligunt, inquit, id ab Apostolis in sacris literis scriptum esse, aut inde colligi posse: quod universa, postmodum Ecclesia tenuit. Apage φλυαρίας. Nihil certius est, quàm traditiones non scriptas *Augustinum* hîc somniasse in hunc sensum. Quod in universa Ecclesiæ praxi retentum est, si ejus origio aliàs, puta, per Concilia cognita non sit: ab Apostolis voce viva traditum censetur, etsi in eorum scriptis non reperiatur. Et nonne pudet Evangelicos præcipuum suæ Hierarchiæ fundamentum ex hujusmodi loco repetere, quod non scriptas Apostolorum traditiones tam fortiter spirat? Hanc etenim *Augustini* mentem fuisse testantur alia ejusdem loca, quæ unà cum isto a *Baronio* copulantur: & etiam ab Hierarchicis allegantur. *Anno. 53. Cont. Donatist. l. 2. c. 7.*

Quam consuetudinem credo, inquit, *ex Apostolorum traditione venientē, sicut multa non inveniuntur in literis eorum & tamen quia custodiuntur per universam Ecclesiam, nonnisi ab ipsis tradita & commendata traduntur.* Disputatur locus à *Iohanne Whitgifto*, ut probet Patriarchas ab Apostolis descendisse, & Archidiaconos, Archiepiscopos Metropolitanos: de quibus sic habet: *Quandoquidem origo & initium horum nominum reperiri non potest, ea horum antiquitas est, ut credendum sit ab Apostolis ipsis exorta fuisse: memini etenim Augustinum hanc habere regulam: Illa autem quæ non scripta sed tradita ostendimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis vel plenariis Conciliis (quorum est in Ecclesiis saluberrima authoritas) commendata atque statuta* RETINERI: *sicuti quod Domini passio & resurrectio, & ascensio in cælum, & adventus de cœlo Spiritus sancti, anniversaria solennitate celebrantur, & si quid tale occurrerit, quod servatur ab universa quacunque se diffundit Ecclesia.* *Tractat. 8. c. 2. Div. 4.* *Epist. 118*

Videte singulare Hierarchicorum artificium: Commemoratur ab antiquis Episcopus, ideo descendit ab Apostolis, quod testimonium ab antiquissimis scriptis habeat. Metroplitanus & Archiepiscopus è contra, in scriptis antiquis non reperitur, ideo originem ab Apostolis ipsis habebit, quia ejus origo aliàs ignota est. Quid ita? Nempe propter *universam Ecclesiæ praxim*, cujus authoritas infallibilis est;

Digitized by Google

est; in quam etiam sententiam allegatur à *Bilsono*, & *Casaubono*, ille alter *Augustini* locus: *Non facere quod universa facit Ecclesia, insolentissimæ insaniæ est*. Quàm autem parum solidi huic argumento insit, deinceps demonstrandum.

3 Compara *Augustini* locū cum quibusdam paribus & similibus. *Baronius* postquam sacerdotum apud omnes gentes authoritatem demonstrasset, ita infert: *Rectè Socrat. apud Zenophon. lib. 4. Quod ob omnibus gentibus observatū est, id non nisi a Deo sancitū esse, dicendum est. Quidni universa hominum praxis a Deo per lumen naturale: perinde ac universa Ecclesiæ praxis ab Apostolis per lumen supernaturale?* Bellarminus: *Illud proculdubio est Apostolicum habendum & judicandum quod pro tali habetur in eis Ecclesiis in quibus est integra successio Episcoporum*. Exploditur hæc regula *Bellarmini* a *Guilielmo Whitakero*: quis tamen non videt, ex hac *Augustini* regula, robur eam lucemque accipere? Ita Melchior Canus: *Credendum est ea Romanam Ecclesiam per traditionem a Deo recepisse, cujus anthorum entum nullum in verbo Dei reperitur*. Exibilatur hæc sententia a *Richardo Fyldo*, nec immerito: ex hypothesi tamen Romanam Ecclesiam veram Dei Ecclesiam esse, ex isto *Augustini* loco, quanquam absurdissimum, dogma istud omninò sequitur.

Tom. 1. p. 458.

Cont. 1. q 6 c. 4.

De Eccles. l. 4: c. 21.

4 Secundò, nihil pro Apostolico habendum nisi id tantummodo quod in scriptis Apostolorū reperitur: Falsum igitur (quod *Augustinus*) universam Ecclesiæ praxim sufficere, ut quid probetur Apostolicum esse. Disertè Hironymus: *Quæ absque authoritate & testimoniis scripturarum, quasi Apostolica traditione sponte reperiunt atque confingunt, percutit gladius Dei*. Ita Cypr. *Si aut in Evangelio præcipitur, aut in Apostolorum Epistolis & actibus continetur: observetur (alias non) hæc divina traditio*. Ita Theoph. *Diabolicum est extra divinarum scripturarum authoritatem aliquid divinum putare: at divinum est quod Apostolicum est, non igitur illud extra scripturam quærendum ulibi*.

Tom. 6. in Agg. c. 1.

Epist. 74.

Lib. 2. paschal.

Tertiò, si vera hæc *Augustini* regula esset, nihil tamen pro Hierarchicis faceret, cum Episcopos a concilio sancitos primò constet: *Superpositus etenim Episcopus fuit totius orbis decreto*, inquit Hieronymus, *statuente Concilio* Ambrosius. *At non nominat Ambrosius quo concilio*, respondet Bilsonus, *& totius orbis apud Hieronymum decretum ipsorum Apostolorum decretum erat*: Regerit *Downamus*: Adjicit rationem *Hadrianus Saravia* contra *Bazam*: *Elegantior* Hieronymus *erat, quam ut consuetudinem decreti nomine signaret*. At non nudam cōsuetudinē intellexit *Beza*: sed decretum per Ecclesias singulas in suis Synodis particularibus, per consuetudinē gradatim, & ut sese *Hieronymus* explicat, *paulatim invalescens*, de quo alius dicendi locus erit. Hoc sensu & ipse Augustinus, *Episcoporum honorem secundum usum Ecclesiæ invaluisse* dicit. Respondet Saravia: *Usus Ecclesiæ*, inquit Augustinus, *obtinuit: quid hoc significat? Male Ecclesiæ usus divinæ institutioni opponitur: quum Augustino qui ita locutus est Ecclesiæ universalis alicujus*

In. Ephes. 4.

Lib. 4. c. 11.

Epist. 19.

Cont. Bez. c. 23. p. 227

Digitized by Google

cujus rei usus, argumentum sit institutionis divinæ ut traditionis Apostolicæ. August. de Baptism. cont. Donatist. lib. 4. c. 24. Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est nonnisi Apostolica authoritate traditum rectissime creditur. Quo teneam vultus mutantem Protea nodo; Quod a Conciliis institutum est, a rebus Apostolicis hac sententia excipit *Augustinus* : & tamen quum Episcopum ex usu Ecclesiæ in Conciliis & decretis suis introductum dicit, tum & quæ a Conciliis sunt, hàc ipsa in sententia includit.

Quartò, si vera hæc regula Augustini sit, tum fides humana authoritate niteretur: nam ecclesiæ praxis nonnisi humana consuetudo est, ut rectè ante *Whitakerus*. Hoc respectu hanc ipsam *Augustini* regulam ab ipso *Augustino* rescissam dico, ut cum consuetudinem absque veritate & ratione nihil esse, imo in quæstione hac nostra de disciplina, ubi ratio, & veritas contra illucet, omnino rejiciendam docet. Sic enim habet : *Quod anterius est inquiunt, falsum esse non potest, quasi antiquitas & vetus consuetudo præiudicet veritati!* Rursus *Veritate manifestata cedat cõsuetudo rationi* —*Plane quis dubitat veritati manifestæ cõsuetudinẽ cedere? Nemo consuetudinẽ veritati & rationi, proponat, quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit.* Postremò: *Qui contempta veritate, præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus est, aut malignus, quibus veritas revelatur, aut circa Deum ingratus est, inspiratione cujus Ecclesia instruitur.* Nam Dominus in Evangelio; *Ego sum, inquit, veritas, non dixit : Ego sum consuetudo, itaque veritate manifestata cedat consuetudo rationi.* Atque ut *Augustinus Augustino* in his quæ adversus consuetudinem scribit contrarius est : ita *Bilsonus Augustino* pro Ecclesiæ praxi consentiens, adversatus *Bilsono* in eis quæ contra consuetudinem disputat. *In causis* (inquit) *religionis, non quid homines facere consueverunt, sed quid facere debuerunt respiciendum est.* Tertullianus. *Quodcunque adversus veritatem sapit hoc erit hæresis, etiam vetus consuetudo.* & Concilium Carthaginense: *Dominus in Evangelio dicit, Ego sum veritas, non, ego sum consuetudo.* Et Cypr. *Consuetudo sine veritate vetustas erroris est.* Dixit hæc adversus universam Ecclesiæ praxim *Cyprianus* : & licet in materia rebaptizationis erravit, in forma tamen argumentandi non erravit, *Bilsono* ipso teste. Quidni igitur nos absolvamur, etsi contra universam Ecclesiæ praxim, veritate ejus jam manifestata, disciplinam reformandam esse existimamus ? Atque ut in materia errans *Cyprianus*, in forma tamen contra universam Ecclesiæ praxim disputandi non erravit, ut *Thomæ Bilsonæ* visum: ita vice versa, in materia non errans *Stephanus* Romanus in forma argumentandi ex universa Ecclesiæ praxi erravit, uti *Domino Mornæo* placet, qui ita hanc historiam ponit. *Dixit Stephanus : Nihil innovetur nisi quod traditum est : respondet Cyprianus : Oportet Episcopum non solùm docere, sed discere, quasi dicat, præstaret Stephanum communicato cum collegis consilio religionem discere, quam consuetudinis prætextu impotenter imperare : cum*

Quæst. vet. & novi Testam. 114

De unic. baptism. li. 2

De baptis. parvul.

Cont. Apol. p. 4. *p.* 603.

De virginit. veland.

Histor papat. p. 14.

 præsertim

præsertim consuetudo absque veritate vetustas erroris sit.

En sententiam in Stephanos nostros Anglicanos capitalem. Consuetudinis & universæ Ecclesiæ praxis prætextu impotenter collegis imperant: qui nonnisi communicato cum collegis consilio, quicquam agere debuerunt. Post hos Hierarchici ipsi consulendi. Ita Richardus Fyldus: *Quanquam tota multitudo fidelium, uno tempore per totum orbem errare non potest pertinaciter & damnabiliter in falsa traditione recipienda: qui tamen in Ecclesia plurimum pollent, errare omnes possunt.* Quorsum hæc, inquis; Nempe ut pateat errorem tantùm pertinacem & damnantem ab universa Ecclesiæ praxi excludi, non hunc nostrum disciplinarium, quem non ex pertinacia sed ignorantia, in re minimè absolutè salutem fidelium destruente, in universam Ecclesiam grassatum fuisse dicimus, si tamen in universam grassata sit. Thomas Mortonus Hierarchicus illud Cani approbat: *Infirmum est ex omnium patrum consensu argumentum, & contraria sententia potiùs probabiliter & piè defenditur.* Hadrianus Saravia ita: *Mos populi Dei ab omnibus Eccl sus totius orbis receptus, inviolabilis quædam lex est. Verisimile non est universalem consensum omnium Ecclesiarum & temporũ, sine verbo Dei aut Apostolica traditione potuisse accidere. Tamẽ quia nullus consensus, nulla cõsuetudo, nulla longi tẽporis præscriptio contra Dei verbũ locũ in Ecclesia Christi retinere debet: ponderandæ sunt nobis rationes, & scripturæ loca examinanda, quibus inducti patres illud regimen in Ecclesia receperant, quod nostræ ætatis hominibus minime probetur, ut certò sciamus, illine, an nos erremus.* En confessionem luculentam: ut omnia dicantur quæ in laudem universæ praxeos congeri possunt: non ea tamen à sese certos nos facere potest; sed ad verbum examinanda, & si absque ea, vel præter eam, reperiatur, eliminanda.

De Eccles. li. 4. c. 21.

Apolog. Catholic. p. 2. l. 2. c. 14.

Tract. Theolog. in prolog.

Quintò, ita hanc regulam *Augustini* interpretatus *Doctnamus* acsi per Concilia, generalia Concilia tantùm intellexit, ita probat Episcopalem functionem ab Apostolis descendisse, quia ante annos 300 extitit, quo tempore generale Concilium nullum celebratum est. Primum autem generale Concilium Nicænum fuit: in quo tantum abfuit, quòd Episcopalis functio tum primùm instituta fuerit, ut Patriarchalis etiam ab ipso Concilio agnoscatur, more antiquo, longè ante inolevisse. Respondeo primo, hinc sequi *Augustini* hanc regulam falsam esse, nisi statuatur pro fundamento, Ecclesiam in sua praxi minimè potuisse errare per annos 300, per quod temporis spacium, generale Concilium nullum extitit, quod quicquam in universam praxim inducere potuit, non ab Apostolis institutum. Vidit hæc Bellarminus: *Ecclesia, inquit, non magis operando quàm credendo errare potest, juxta Augustinum, qui ait, insolentissimæ insaniæ esse, disputare num id faciendum sit, quod tota die per orbem frequentat Ecclesia.* Hoc autem quàm absurdum sit, ostendunt nostrorum scripta omnia, quibus Ecclesiam errare posse probant. Ego pro præsenti ipsius unico *Augustini* exemplo insistam. Disputabat contra *Cypria-*

Lib. 4. c. 1. p. 5. 11. & 34.

Cont. 1. lib. 4. c. 9.

ani rebaptizationem ex universa Ecclesiæ praxi intra hos trecentos annos: & hoc argumento contra Donatistas uti noluit *Augustinus*, inquit *Whitakerus* noster: Quid ita? quia humanum documentum erat: at si humanum documentum erat universa intra annos 300. Ecclesiæ praxis, & infirmum etiam ad rem quamlibet Apostolicam probandam erit. Imitentur igitur *Augustini* ipsius quo nituntur exemplum: de hac universa praxi in posterum sileant, scripturisque solis agant, cum eo denique dicant: *Ne videar humanis argumentis id probare, ex Evangelio profero certa documenta.* Certè hoc exemplo *Augustini* tolluntur opprobria illa quæ ex superiori *Augustini* sententia, de insania insolentissima, nobis obiectari à *Bilsono* aliisque solent. Quid enim? humani argumenti certitudinem diffiteri an insania insolentissima quæso est? cum ipse hujusce sententiæ author *Augustinus*, contra documenta & humana argumenta, quasi contraria opposuerit? Quanto justiùs nos insaniæ Hierarchicos insimulare possumus, ex Chrysostomo. *Sed quid si non credat scripturæ? Tu ipsum aversaris velut furibundum & mente captum.*

Cont. 1. c. 4.

De baptism. cont. Donat. l. 1. c. 7.

Tom. 1. in Genes. homil. 2.

Secundò, respondeo hoc ipsum generale Concilium in quo insistit *Georgius Downamus*, hanc ipsam ex *Augustino*, ipsius regulam impugnare. *Nihil nisi Apostolicum*, inquit, *in universa Ecclesiæ praxi fuit ante concilium Nicænum, quia nullum tum generale concilium extitit, quod universam praxim noviter introducere potuit.* At conclamant ipsissima Concilij verba, quæ etiam *Downamus* in margine apposuit, τὰ ἀρχαῖα ἤθη κρατείτω: quæ ad ea quæ humano jure introducta fuerunt, vel ipse *Downamus* defert. Consequitur igitur eum ipsum fateri in universa Ecclesiæ praxi, ante primum Concilium generale, quosdam mores fuisse, qui humano jure introducti, non Apostolica authoritate traditi fuerunt.

Sextò, hæc regula *Augustini* ab universa Ecclesiæ praxi ducta, incerta est: sicuti de eadem adversus *Bellarminum* noster *Whitakerus* agens, verissimè asseverat. *Magnum*, inquit, *est* Augustini *nomen in Ecclesia Dei, & merito quidem. Sed meminisse debeamus hominem fuisse, ac proinde errare potuisse. Et licèt hoc loco quidem videatur favere traditionibus, tamen aliis in locis scripturæ perfectionem acerrime defendit. 2, probare non potuit traditiones ab Ecclesiis omnibus fuisse servatas. Neque enim narrat quid ab Ecclesiis aliis factitatum erat. Vicinæ fortasse Ecclesiæ hanc consuetudinem servarunt, & non dubium est, Hipponensem totam Ecclesiam servasse: sed non constabat illi similiter de omnibus aliis Ecclesiis.* Dixit Waldensis *olim, traditiones Apostolicas a purè Ecclesiasticis jam temporis vetustate discernere nescimus:* Non agnovit igitur hanc regulã *Augustinus* de universa Ecclesiæ praxi, ut hanc Ecclesiæ praxim despexit, quòd jam temporis vetustate confusa & ignorata sit.

Cont. 1. 6. c. 12.

Tom. 3. Tit. 7. c. 63.

Septimò, aut falsa hæc regula *Augustini* est, aut nullæ fuerint olim consuetudines latenter & paulatim irrepentes, quæ neque ab Apostolis, neque à Conciliis introductæ fuerunt, Hujusmodi autem

cum quid esse, quòd eo universa Ecclesia *utatur*. Atq; liceat hîc mihi quod poëta admonere: *Ex uno disce omnes*. Fac Episcopatum ab universa Ecclesia pristina observatum; nonne illa in Episcopatu tanquam ab Apostolis tradito errare potuit, perinde ac in paschate?

Secundò, insto in Symbolo Apostolico, quod intra primos trecentos annos prodiisse *Downamus* censet. Hoc quoad ipsam formam in nullo plenario Concilio sancitum est, sed origine ignota est, ab universa tamen Ecclesia usurpatum est: quid igitur, ab Apostolis quoad formam traditum? Imò negat ipse *Fyldus*: negabit sat scio *Downamus*: certè negat ipse *Augustinus*: *Illa verba, inquit, quæ audivistis per divinas scripturas sparsa, sunt inde collecta & ad unum reducta.* Nihil igitur apertius, quàm quiddam ab universa Ecclesia observatum fuisse, non sancitum in plenario Concilio, aut ab Apostolis traditum, ac proinde hanc regulam *Augustin* de universa Ecclesiæ praxi vacillare. *De eccles. l. 4. 20* *Ad cathec. de Symbol. l. 1, c. 1.*

Tertiò. insto in quadragesima, quam ab universa Ecclesia observatam, & ab omnibus patribus, non *Ignatio* prætermisso, pro Apostolica traditione habendam, ideoque ab Apostolis ipsis profectam, & semper cùm fusissimè tum falsissimè contendit *Lous*. Atque quidem ab *Ignatio* commemoratam quadragesimam esse, perinde ac Episcopum certum est: universam etiam Ecclesiam, quoddam ante pascha jejunium constanter observasse constat: quadragesima tamen, (cur non & Episcopus, quanquam ab *Ignatio* commemoratus, & ab vniversa Ecclesia receptus?) ab Apostolis tradita minimè erat, sed in ea lapsi patres sunt, (prout in Episcopo) quum eam traditionem Apostolicam existmarunt, ut Theologis nostris omnibus constat. *Iohannes Iuellus* Defen. Apolg. p. 2. c. 9. divis. 1. *Guili. Whitakerus* cont 1. q. 6. c. 3. *Sibrandus Lubbertus* de princip. Christ. dogmat. lib. 7. c. 5. & ut alios omittam, *Thomas* Mortonus Apolog. Cathol. p. lib. 1. c. 75. & 88. Observandum autem est cum quadragesima discrimen Episcopi à presbytero *Iohannem Hardingum* unà conjunxisse, sic ut necessum haberet *Iuellus* interrogare, utrum hoc discrimen ipsius judicio Traditio Apostolica esset: videant ergo Hierarchici quàm latam portam Traditionibus apperiant: consideret verò lector, hoc discrimen quanquam per universam Ecclesiæ praxim comprobatum, nihil aliud *Iuelli* iudicio, quam merum humanum inventum fuisse. *Neq́ pro hæretico habendus est*, inquit, *qui hanc universa Ecclesiæ praxim repudiarit*: sic ut innocentiam hac in re nostram, adversus clamores Hierarchicos egregiè tueatur. *Tantane hæresis est*, inquit, *Episcopum & presbyterum eundem esse, asseverare? vel Hardingus quo & ad quos extendit hæretici nomen*, Hardingus *intelligit? Certè Chrysostomus dicit inter Episcopum & presbyterum interest fere nihil. Hieronymus, Apostolus perspicue docet eosdem esse presbyteros, quos Episcopos* Augustinus *dicit, Quid est Episcopus nisi primus presbyter, hoc est summus sacerdos? Ambrosius dicit: Episcopi & presbyteri una ordinatio est: uterque enim sacerdos est,* *sed*

Querimon. Eccles. p. 89 ad 94. &c.

In 2. Tim. Homil. 11. *Ad euagr.* *Quæst. vet. & nov. Test. p. 101.*

De dignitat. Sacerdotal. *Sed Episcopus primus est*. Ex quibus concludit: omnes hij aliique sancti patres unà cum Apostolo *Paulo*, propter hanc sententiam *Hardingi* judicio pro hæreticis habendi sunt.

Tom. an. 57. Epist. 118. Quartò, insto in antiquis Eucharistiæ ritibus: quas ex regula August. *Quod universa Ecclesia tenet &c.* confirmat *Baronius*. Quod si verò dixeris, malè hanc regulam istis ritibus accommodari: subiungit *Baronius* testimonium aliud ex *August*. quod rem totam conficit. *Totum illum agendi ordinem insinuat Ecclesiæ, quem per universum orbem servat, ab ipso* (Paulum *intelligit*) *ordinatum esse, quod nulla rerum diversitate variatur.* Inter cætera, Eucharistiam à jejunis sumendam esse docet eodem argumento: sic enim habet. *Nunquid calumniandum est universæ Ecclesiæ quod a jejunis accipitur?* Non calumniandum Ecclesiæ quidem, affirmandum tamen est, etsi hoc ab universa Ecclesia observatum fuisset, non tamen ab Apostolis ipsis ordinatum, quod si esset & necessarium esset, & mutari ab Ecclesijs posterioribus hoc decretum non potuisset. Solebant veteres in Eucharistia sanctorum demortuorum nomina commemorare, & fælicem eis resurrectionem precari, hinc suffragia pro mortuis papistica probat *Baronius*, P. 247. 248 supposità hac *Augustini* regulâ. *Quod universa tenet Ecclesia, &c.* Malè ille quidem hunc veterem ritum interpretatur: sed certè acceptum ab Apostolis prodiisse quis quæso contendet? eum tamen in nullo Concilio primitùs sancitum, ab universa Ecclesia observatum fuisse, ipse *Bilsonus* confitetur.

De cor. milit. c. 3. P. 256. Quintò, insto in ritibus baptismi, quorum plurimos docuimus supra ex *Tertulliano*, & sola consuetudine introductos, quanquam ab universa tum Ecclesia observarentur. Vrget pro Chrismatis sacramento, hanc *Augustini* regulam *Baronius*, *Quod universa tenet Ecclesia &c*: malè quidem quòd ad sacramentum, moremque Papisticũ: quòd ad sacrum usum olei tamen non ineptè: hunc etenim ab universa Ecclesia observatum fuisse, antequam in Concilio ullo sanciretur adductæ ab illo authoritates apertè probant.

Sextò, insto in ritibus orationis: stabant etenim ex universa Ecclesiæ usurpatione diebus dominicis, & intra Pascha & Pentecosten sine ullo Concilio, ante Nicænum: & versùs orientem precabantur, & non nisi in Paschate & Pentecoste baptizabant: & hæc pro Apostolicis habebantur ubique, quæ tamen haud credo, vel ipsos Hierarchicos dicturos ab Apostolis descendisse.

Epist. 118. Septimò, insto in diebus festis, Nativitatis, Ascensionis, Pentecostis quos *Augustinus* speciatim nominat, ac si ab Apostolis traditi vel à Concilijs sanciti essent: idque ob hanc solam causam quia ab Ecclesia universa absque ulla variatione servabantur: Atque certè hæc festa observata fuisse, idque ab universa Ecclesia, priusquam in Defens. Apolog. p. 2. c. 9 Divis. 1. Concilio ullo stabilita ex historijs liquet: quid igitur? ab Apostolis tradita? Negat *Iuellus* noster ex *Socrate*: l. 5. c. 22. *Euangelium non imposuerat jugum sed homines ipsi suis quique locis, propter remissionem &*

& memoriam passionis, Paschæ & alios Dies festos, sicut voluerant, ex consuetudine quadam celebrarunt. Non enim hoc vel Salvator vel Apostoli lege aliqua observandum esse docuerunt.

Octavò, in jejunijs quartæ & sextæ feriæ apud *Epiphanium* necnon in ieiuniis quatuor temporũ, quæ observata sunt ab universa Ecclesia, antequam in Concilio ullo sanciebantur: & pro Apostolicis habebãtur: neque ab Apostolis prodierunt tamen, sicuti nostris omnibus constat. Excipiendus hic solus *Lous* Hierarchicus est, qui pro ieiunijs antiquis, diebusque festis clamores planè horrendos tollit. *Vel minuantur oportet quæ tanta cum insolentia reformatores pro ieiunijs affirmant, vel solus à Christo passo, ad infælicia hæc tempora Aerius verum pervidisse judicetur. Cum ab Aerio abscesserunt haud unum ex omni antiquitate patrũ reperiunt. Quòd si singulas etiam Synodos à vero aberrasse clamant & eo impudentiæ si prorepuerint, ad extremam impietatem hoc unum deest, ut Ecclesiæ suæ preces per multa sæcula Deum repudiasse, & solum delegisse Aerium quem familiarius doceret, impudenter affirment.* Hos clamores qui audit, in re apertè falsa, (quis enim quadragesimam cæteraque jejunia propter universam Ecclesiæ praxim, aut Apostolica primò fuisse, aut nunc necessariò retinenda censebit:) minùs ut spero commovebitur, quum in causa Seniorum, aut Episcoporum, Tragicas illas Hierarchicorum vociferationes exaudierit. In causa Seniorum ita Scultingius: *O cæcos hæreticos, ô impudentiã singularem: Adeone vos primæ fidei propagatoribus & disseminatoribus auditis Leoninum dentem infigere, ijsdemque vos anteponere?* Hæc præmittenda existimarim, ut coniecturam faciat Lector de spiritu simili *Bancroftiano*, qui pro Episcopis Hierarchicis ita declamat, *Nulli docti extitere, antequam principia disciplinæ Genevensis edocti estis? Sapientia numnam mortua, priusquam vos nati? Quid Apostolorum temporibus factitatum erat, vos melius scitis, quam qui Apostolis succedebant? Noverunt patres trium personarum in sacrosancta Trinitate distinctionem: & quod discrimen inter Episcopum & presbyterum, quod ad regendam Ecclesiam suam reliquit Christus non noverunt? Tenebræ quas secum apportat superbia adeo lucidæ, lux vero patrum adeo tenebrosa evasit: ut Cartwrightus, Traversus, Fennerus (eruditionis vix quidem umbræ) adeo oculati censebantur: & Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, Hilarius* habeãtur *cæci*. Miraris hec stercorea lector? mirari desine. Universa Ecclesiæ praxis, & consensus patrum, unica Hierarchicorum *Helena* est: quid igitur miri, si æstuant, fremant, indignentur, cum horum infallibilem authoritatem in dubium vocari vident? quæ in nobis superbia? quis veterum contemptus? qui quod merentur libenter tribuimus: atque hoc tantùm eis denegamus, ne in throno ipsius Dei collocentur. *An hæc loquor secundum hominem* (inquit Apostolus) *annon hoc ipsum dicit lex?* 1. Cor 9. 8. Hæc nostra jam justissima defensio est: non nosmetipsos patribus præferimus, qui ex nobismetipsis minime loquimur: quod Scriptura dicit, id patribus

Querim. eccles. p. 92. 93. 94.

Hierarch. Anacrys. l. 3. p. 75.

Survey. c. 27. p. 355.

præferimus, quod vitio verti non debuisset. Nihili igitur isti clamores sunt: universa Ecclesiæ praxis à se certa minimè est: ex scripturis hæc causa discutienda: harum judicium qui declinat, Deum ipsum contemnit, qui his solis causam suam sistere tenuit, divinum tribunal pedibus proterit.

CAP. 8.

Argumentum sextum a praxi in prima post Apostolos periodo solvitur.

DIximus de universa Ecclesiæ praxi in genere, jam ad periodos descendendum: & primò quidem de Ecclesia prima videndum est, quæ ipsis Apostolis immediatè succedebat, utrùm certa veritatis index, illius praxis censenda sit? Negamus nos, affirmant Hierarchici, idq; contentione summa. Sic enim *Thom. Bilson.* *Ecclesiæ ab Apostolis plantatæ, quæque proxime ætatem eorum subsecutæ sunt, laicos aliquos presbyteros non agnoverunt, nedum in usu habuerunt. Quod mihi quidem certissimo argumento est, nullos hujusmodi ab Apostolis Ecclesiæ relictos esse. Quid enim? Num omnes totius orbis Ecclesiæ statim ab Apostolis hanc regendæ Ecclesiæ formam ab ipsis præscriptam & impositam uno impetu rejicerent, aliamque novam & incognitam nullo præcepto aut Apostolorum exemplo munitam inveherent? Quomodo alij in hac parte affecti sint nescio, ut universam Christi Ecclesiam protinùs idque consulto in gravissimam incidisse Apostasiam existiment: de me autem profiteor, malle recentiorum quorundam conjecturis & opinionibus diffidere, quam tot Apostolicos viros, tot doctrina & antiquitate reverendos patres, pro manifestis disciplinæ Apostolicæ contemptoribus, & acerrimis Antichristianæ tyrannidis & superbiæ propugnatoribus, ne dicam invectoribus, habere.* Rursus: *Quo propius ab Apostolorum temporibus aberant, eo melius eorum sensus attingere poterant. Omnes totius orbis Ecclesiæ simul in eadem gubernandi forma minime conspirassent, nisi ab Apostolis eorumque discipulis, veluti fidei Christianæ seminatoribus, tradita & præscripta fuisset.* Ita Georgius Downamus: *Incredibile est omnes sanctos patres, & Christi Ecclesias disciplinam a Christo & Apostolis institutam abolere voluisse: & impossibile omnino, ut gubernatio ab Apostolis non recepta, neque a Concilijs statuta, uno impetu in omnibus partibus Christiani orbis surrigeretur.* Quæ de Apostasia consultò invecta, & patrum voluntariâ disciplinæ Apostolicæ rejectione contemptuq; interseruntur: quæq; de disciplina, quasi uno impetu mutatâ garriunt, ea præter quæstionem sunt, ad invidiam conflandam, & verum quæstionis statum obscurandum excogitata. Non volentes, sed nescientes, non per Apostasiam aut contemptum sed per infirmitatem & ignorantiam, lapsi sunt patres, qui in disciplina aberrarunt: neque uno impetu disciplina statim tentata est, sed gradatim & paulatim: quæ de-

De perpet. Gubern. c. 10. p. 206.

Ibid. c. 13. p. 300.

Defen l. 4. cap. 1.

fectio

fectio in Ecclesia quidem ipsa Apostolorum ætati proxima, adeò cæpit : ut argumento certo, nedum certissimo, illius universa praxis esse nequeat.

Primò etenim argumēta certa, ex solis scripturis hauriuntur: ita, nè Ecclesię immediatæ quidē quāquā universa praxis, nos certos reddere potest. *Non interest* (inquit) *Tertullian*⁹, *quādo qui l sit, quod sub Apostolis non fuit: adulterum est quod ab Apostolis nominatum non est. Posterior res nostra non est: imo omnibus prior est : hoc erit testimonium veritatis ubique occupantis principatum. Quod ab Apostolis non damnatur, imò defenditur, hoc erit judicium proprietatis.* Quid igitur? Nihil interest, quando Hierarchia Episcopalis exoriebatur: sive anteriùs, sive seriùs satis hoc est ut adultera sit, quòd ab Apostolis non nominetur, Disciplina è contra reformata quo tempore labefactata fuerit, sive in prima Ecclesia necne, sive tempore subsequente nihil refert : prior omnibus erat & ab Apostolis defensa: hoc satis est ad iudicium proprietatis, & veritatis testimonium. *Eis etenim veritas adjudicanda est* (ut subinfert *Tertullianus*) *qui in ea regula incedunt, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo tradidit. Constat ratio propositi, qui hanc pro se adferre potest: illi usq; professio prior, quia origines firmas habet, ab ipsis authoribus quorum fuit res.* Ad has origines *Tertulliani*, adiunges illas *Cypriani*: *Si ad divinæ traditionis caput & originem revertamur : cessit omnis error humanus.* Adiunge etiam illud *Hilarij*: *Hoc proprium est Apostolicæ doctrinæ, Deum ex lege & Prophetis in Evangelijs prædicare.* Hæc adfert *Iuellus* ut probet, nullo modo quid Apostolicum sit cognosci à nobis posse : nisi ex ipsis Apostolorum originalibus : sic ut originalis illa Ecclesia quæ Apostolis proximè successit, pro indice certa, recipienda non sit.

De præscript. c. 24. & 25

Cap. 27.

Epist. ad Pomp.

In Psal. 65.

Def. Apolog. p. 1. c. 9. divis. 4.

Secundo, mutationem disciplinæ ex parte cæpisse in Ecclesia immediata, *incredibile & impossibile* (ut *Downami* utar verbo) videre quî potest? cum Ecclesiarum nonnullarum exempla præsto sint, quæ si non uno impetu, citò tamen & celeriter defecerunt : nam rectè Seneca. *Quod cuiquam contingere potuit, cuivis potest*: Exod, 32 8. *Recesserunt citò ab ea vii quam præcepi illis* Gal. 1. 6. *Miror quomodo celeriter aversi estis a Christo.* Iudic. 27. *Coluerunt quidem Iehovam populus omnibus diebus Iosuæ & Seniorum qui prolongarunt dies post Iosuam, qui viderunt totum opus Iehovæ quod fecerat Israeli. Sed quum mortuus esset Iosua, & tota illa ætas aggregati essent ad majores suos, & surrexisset ætas altera post illas, qui non agnoscebat Iehovā, nec etiam opus illud quod fecerat Israeli, fecerunt filij Israelis malum in oculis Iehovæ.* 2. Chron. 12. 1. *Reliquit* Rehoboam *legem Iehovæ, & totus Israel cum eo.* Defecit Ecclesia Israelitica celeriter in ipsam quidem Idololatriam: quamprimum per *Mosis* absentiam, eum sublatum existimarunt : & credibile non est in ignorantiam disciplinæ ex parte aliquam, Ecclesiam Christianam incidisse, quum Apostoli è medio per mortem sublati erant? Defecit Ecclesia Israelitica etiam in ipsam idololatriā, statim à mor-

ae Iosuæ & Seniorum qui redemptionem ex *Ægypto* viderant: Ecclesiam Christianam statim à morte Apostolorum, nulla ex parte deficere potuisse confitendum est? Defecit denique Israelitica Ecclesia tota etiam in ipsam idololatriam; statim ab illa illustrissima *Davidis* & *Salomonis* religionis instauratione, & augustissima templi ædificatione: Ecclesiam verò Christianam, labem aliquam contraxisse, statim post Apostolorum Evangelij promulgationem, incredibile videtur? Apostolorum ætate in ἄκμῃ sanitas erat Ecclesiæ: at ex ἀκμῇ sanitatis, periculosissimos in morbos casus sæpissimè fieri, medici tradunt. Apostolorum ætate in summum fastigium elatum Christi externum regnum erat: quod etsi non ruinæ, mutationibus tamen variis expositum est: & consultum politicis est, ex summa regnorum celsitudine, ruinas celerrimas & citissimas persæpe experiri. *Ne imperio ruina immineat his gradibus* (inquit Seneca) *quibus ad summa pervenitur: sæpe inter fortunam maximam & minimam nihil interest.* Correspondet *Corn. Tac. li. 2. Imperium capientibus & habentibus nihil medium inter præcipitia & summa.* Non opus est multis: cum cõmune politicorum hoc placitum sit: *Circumacto tricessimo anno plerumque aliqua mutatio solet fieri in imperijs: è statione sua decedentibus qui antea rebus* communibus præfuerunt, & succedentibus deinde novis, qui intra istos 30. annos adoleverunt, & mores novos sententiasque ad rempublicam attulerunt.

De Ben l. 6.

Re kerm in Polit. l. 1. c. 26.

Tertiò, ex ipsis Apostolorum temporibus conjecturam facere licet, mutationem disciplinæ nonnullam in Ecclesia immediatè subsequente, non solum possibilem, sed & probabilem etiam esse. Tenet hic etenim illa *Mosis* ratiocinatio: Deut. 31. 27. *Dum adhuc ego vivo vobiscum hodie, rebelles fuistis contra Iehovam: quanto igitur magis post mortem meam?* Credendum omnino Paulo Act. 20. 29. *Ego illud scio lupos graves & non parcentes gregi ingressuros esse in vos post discessum meum, & ex vobis ipsis exorituros, qui loquantur perversè ut discipulos post se trahant.* Ne quis verò tempus longinquum somniet: audiatur Tertullianus: *Hæc est institutio, non dico jam quæ futuras hæreses prænunciabat, sed de qua hæreses prodierunt. Sed non fuerat ex illa, ex quo factæ sunt adversus illam. Etiam de olivæ nucleo mitis & optimæ & necessariæ asper oleaster exoritur: etiam de Papavere fici gratissimæ & suavissimæ, ventosa & vana caprificus exurgit.* Similiter Guil. Whitakerus: *Si Paulo mortuo statim futurum erat, ut tales falsi doctores exurgerent, nonne temporis successione plures exortas fuisse existimabimus?* At hæc de hæreticis, inquis, qui ab Ecclesia discesserunt? Quid tum? Evangelij claritas prohibere non potuit, quin etiam hæreses crassissimæ & apertissimæ exorirentur: quanto igitur probabilis, eam nec impedire etiam, quin errores subtiliores & latentiores ad vitiandam politeiam seminarentur. Certè disciplina vel ipsis etiam Apostolis vivis vitiata fuit: nam & in Ecclesia Corinthia a per supinā negligentiam disciplina jacuit. 1. Cor. 5. & in Ecclesiis Asianis

De præscript. c. 36.

Cont. 4. q. 5 cap. 2.

nis illis vigor exaruit Ap. 2. & 3. & ipso denique Iohanne vivo præeminentiam Episcopalem *Diotrephes* arripuit. 3. Ioh. Sed excellit ad propositum nostrum locus ille Paulinus 2. Thes. 2. Vbi *mysterium iniquitatis, vel etiam ipsis diebus suis operari cœpisse dicit:* quia hoc mysterium non in vitianda doctrina tantum, verumetiam disciplina, positum fuisse, omnes norunt. De hoc *Whitakerus* noster ita: Cont. 4 q. 5 c. 2.
Regnum Antichristianum quasi ædificium dicimus, cujus fundamenta temporibus Apostolorum jacta sunt: reliqua structura postea accessit. Si fundamentum sit pars ædificii, tum regni Antichristiani pars eo tempore fuit. Quid igitur? ædificium primatus Romani, nunquam cessavit à quo incepit, donec ad fastigium summum perduceretur. Incepit verò Apostolorum tempore: non cessavit igitur in Ecclesia Apostolos subsequente. In hæreticis, inquies, non cessavit: imo nec in ipsis patribus: sic enim ibidem *Whitakerus, Imo sancti patres licet nescientes, ut Beza recte sensit, hoc Antichristi regnum adjuverunt.*

Quarto, ipsum Ecclesiæ primæ statum, quæ immediate secuta est Errores primæ
tempus Apostolorum inspiciamus, à quo ita disputat Iohannes Ecclesiæ 1.
Bridgesius Episcopus Oxoniensis. *Adeo præcisus Polycarpus, ut ne diem quidem unum prævaricari voluerit, quem ad Pascha celebrandum ab Apostolis traditum existimabat: ergo Episcopatum gerere noluerat, nisi Episcoporum superioritas ab ordinatione Apostolorum deflexisset.* Animadvertenda primò verba Socratis sunt: *Dicebant insuper presbyteros qui immediate Apostolis succedebant, inter se de Paschate variasse.* Audis? *Policarpus* cæterique qui immediate successerunt Apostolis Episcopi, non diocœsani Episcopi erant sed Parochiales, id est, nihil aliud quàm presbyteri fuerunt. Verumenimvero licet nihil aliud quàm presbyteri essent, ad Episcopatum tamen Hierarchicum, quantum licebat, eorum nonnulli enisi sunt, ut in *Victore* Romano liquet, qui in hac de Paschate controversia ita se gessit, ut coactus *Whitakerus* sit de eo dicere. *In istis quidem ecclesiæ incunabulis, cœpit in isto* Victore *ebullire spiritus ille Antichristi qui postea Ecclesiam misere vexavit & perturbavit. Atque in ista, de Paschate controversia, vel* Polycarpus *vel* Victor *erravit:* quis igitur non videt, adversus *Bridgesium* ipsum valere, quod contra nos decolavit argumentum? Quòd si etenim universa Ecclesia prima, quæ immediatè Apostolos sequuta est, aliquid de Paschate ab Apostolis traditum censuit, qui nihil de hæc re quicquam unquam statuerunt: quidni etiam Episcopatum Hierarchicum ab eis traditum opinari potuit qui traditus non fuit: liceat etenim mihi cum *Constantino* argumentari. *Cum in hac re evidente veritatem non videant, quid mirum si in multis alijs errent?*

Pag. 186.

Histor. lib. 5. c. 18.

Cont. 4. q. 4. 260.

Socrat. hist. lib. 1 c. 6.

5 Accedamus ad errorem secundum, quem universa Ecclesia prima recepit, errorem nempe Chiliastarum: ubi ad ipsum *Cæsarem Baronium* provocare non erubesco? Sic ille de *Papia* hujus erroris authore primo, ex Eusebio. *Papias recepit traditiones falsas a presbyteris* (adverte rursus Episcopi primi non nisi Presbyteri vocantur) *qui*

Apostolos viderant: fabulosa miracula ab eo tradita sunt, quæ ab eisdem
Tom. 2. p. 58. 59. *sese recepisse affirmavit: Irenæus ab eo seductus est, præ antiquitatis specie.* Quid? errare igitur in relationibus suis etiam immediatè Apostolorum successores potuerunt? Imò *& errarunt* (inquit:) *ac proinde etiam immediatarum traditionum delectus habendus est.* Bene est: hinc etenim sequetur, Episcopatum Hierarchicum etiam examinandum esse: etsi ab Ecclesia prima comprobatum fuisse demonstrari posset. Quid ni? *sed ad Ecclesiæ universæ praxim delectus* (inquit) *faciendus iste est: ut traditiones eas servandas putemus, quas universa tenet Ecclesia.* Atqui inquam fallacem hanc regulam esse, vel hæc ipsa res demonstrat. Quid enim? errorem istum de mille annis à *Papia* desseminatum, annon *Iustinus, Irenæus, Tertullianus* amplexati sunt, *nemine interim dissentiente: quem consensum primi sæculi universum sufficere dicit* Cardinalis *Peronius*, cui subscribit *Casaubonus.*

Sequitur error hujus Ecclesiæ primæ tertius, quem & à *Papia* ortum putant doctores ex *Eusebio*: *Babilonem* nempè in Epistola *Petri* Lib. 3. c. *notare Romam, Petrum Romæ* fuisse, ibique mortuum: *Marcum* Evangelistam ipsius ibi auditorem, quæ aut fabulosa fuisse aut incerta saltem esse suo loco demonstrabitur, utcunque ab *Irenæo, Tertulliano*, cæterisque hujus ætatis doctoribus universis recepta fuerint.

Error etiam hujus Ecclesiæ quartus quidam est: ut in *Irenæo* cernitur, nempè Christum per annos fere 50. vixisse: quod à presbyteris qui in *Asia Iohannem* viderant, narratum affirmat. Colligere hinc promptum, quàm nulla certa fides, vel antiquissimis viris qui Apostolos vidisse dicuntur, vel Ecclesiis immediatè succedentibus, qui falsissimis narrationibus fidem suam adjunxerunt.

Quintò, quomodo fides huic primæ Ecclesiæ pro certo adhiberi poterit: cum nec ea fidem certam scriptis ipsis Apostolorum
Hist. l. 2. c. 23. adhibuerit? De Epistola etenim *Iacobi* & *Iudæ* nulla apud hanc Ecclesiam mentio fuit, inquit *Eusebius*: sed suspectæ fuerunt: epistola
L. 3. c. 3. secunda *Petri* ab Ecclesia prima neutiquam approbata fuit: Epistola ad *Hebræos* rejecta, cum *Hermæ* pastor interim publicè in Ecclesia
L. 3. c. 14. legeretur: sicut & *Clementis* Epistola ad *Corinthios.* De duabus *Io-*
L. 3. c. 22. *hannis* posterioribus Epistolis, & Apocalypsi in hac Ecclesia dubita-
L. 3. c. 35. tum. Duo *Iohannes* in hac Ecclesia introducti, *Iohannes* Apostolus qui Evangelium scripsit & *Iohannis* Epistolam primam, & alius *Iohannes Senior*, qui Apostolo *Ephesi* successit, qui duas Epistolas Posteriores & Apocalypsin exaravit. Hæc ne Ecclesia illa est, quæ certum testimonium in causa disciplinaria præbitura nobis est? Quæ Apocalypsin intra sacrum *Canonem* esse ignoravit, de progessu Antichristi qui ab Episcopatu Hierarchico initium sumpsit, in Apocalypsi declarato, pro certo dijudicare potuit? Audiatur *Guilielmus*
Cont. 4. q. 5. P. 598. *Whitakerus* de *Iustino & Irenæo* ac proinde de hac ipsa Ecclesia prima & immediata. *Videtis quemadmodum Patres opiniones quasdam su-*

perstitiosas amplexi sint, & non mirum sit si de Antichristo multa præter scripturas finxerint. Rursus: *Non est quod adversarij hic patrum testimonia in hac causa de Antichristo urgeant, quos toto cœlo erravisse constat.* Ibid p. 369.
Ergo inquam non est, quòd Ecclesiæ immediatæ testimonium in causa Hierarchiæ adversarij urgeant: quum Antichristi in hac ipsa Hierarchia, fundamenta iacta sint.

Sextò, de degeneratione immediatæ Ecclesiæ, luculentum habemus apud *Eusebium* testimonium: quod Dominus *Mornæus* ita ponit, cuius ego verba, quàm mea malim. *Mysterium*, inquit, *iniquitatis iam pridem operabatur: Pauli adeo ipsius tempora iam tum monstrum illud superbiæ animo concipiebat Satan. Omnem impuritatem pro virili prævenerunt Apostoli—— At post Apostolorum decessum, non diu otiata est ambitio, quin primis vestigijs insisteret: ut quod nobis apud* Eusebium Egesippus, *non minus in hoc capite, quam in cæteris verum deprehendatur. Ad tempora usque Trajani Ecclesia integra & incorrupta permansrat. At postquam sacer Apostolorum chorus varium vitæ exitum & diversa mortis genera pertulerat: tum rectâ falsa & veteratoria impij erroris conspiratio exordium cæpit, idque illorum fraude & astutia qui doctrinam a veritate penitus alienam disseminare laborarent, quique, cum nemini Apostolorum vita suppeteret, iam nudo capite, sincero veritatis sermoni, falsam & commentitiam doctrinam ex adverso opponere pro viribus niterentur.* Addit D. Mornæus: *Quæ periodus in annum Domini incidit circiter centesimum*: Id est: circiter ultimi Apostoli *Iohannis* mortem. Nullo igitur colore *Cornelius Scultingius* ex *Baronio*, hinc statum Ecclesiæ usque ad *Egesippi* tempora integrum pemansisse affirmat, id est ad tempora *Hadriani*. *Dovnamus* verò, ad annum 169. floruisse, ex *Eusebio* asserit: quo tempora & ipse *Irenæus* floruisse ab *Eusebio* dicitur: Vult verò *Downamus* ad hæc usque *Egesippi* tempora Ecclesiam castam atque integram permansisse: cui apertè *Guilielmus Barlous* Episcopus Lincolniensis contradicit, qui apertè ex testimonio *Egesippi* supra cõmemorato, Ecclesiam statim ab ipsa morte Apostolorum corruptam fuisse contestatur. Immeritò igitur flagellatur à *Scultingio* liber Ræpellensis, quod diceret *Irenæi* tẽpore cæpisse Ecclesiarum pastores & seniores in quibusdam ab Apostolorum tempore deflectere: præsertim cum adjiciat ipse *Idem fere judicat* Whitakerus *contra* Campianum & Duræum, *non diu nascentem Ecclesiam castam mansisse virginem.* Atque certe in hac sententia *Whitakerum* fuisse certum est; sic enim alibi. *Hegesippus apud Eusebium lib. 3. c. 32. Ecclesiam scribit quousque superstites Apostoli essent fuisse καθαρὰν καὶ ἀδιάφθορον: his ereptis, mox infectam esse venenatis & pestiferis hæreticorum doctrinis.* Ita *Maldonatus* de Ecclesia prima tempore Tertullianj: *Nondum adhuc satis culta Theologia, spinas aliquando proferebat.* Rectè quidem: Ecclesia etenim Apostolica sola paradysus est: Ap. 2. ab ea si discedas in spinas & tribulos aliquos, ut doctrinæ, sic disciplinæ ut incidas, necesse est. Ita Richardus Fyldus. *Plures erro-*

Sect. 8. 6.
Hist. Pap. p. 7.
Euseb. l. 3. c. 26 & lib. 4. c. 22.
Hierarch. Ecclesiast. l. 8. p. 145.
L. 4 c. 1. pag. 9.
L. 4 c. 20.
Defens. antiq. relig. protest. p. 20.
L. 3. p. 75.
Cont. 4. q. 1. c. 3.
In Math. 13

De Eccles. l.4.c.20. p.241. *res in scriptis patrum primitivæ Ecclesiæ reperiuntur, quam eorum qui ab illis primis exordiis remotiores extiterunt, quia falsis & incertis relationibus decepti sunt, quas homines illorum temporum avidis auribus hauriebant ab eis qui unà cum eis vixerunt qui cum Apostolis vel eorum discipulis conversati fuissent.* Ita Iohannes Whitus Hierarchicus. *Quod nobis importune objicitur. Verisimile esse plus vidisse doctores Apostolicis temporibus propinquiores, quam nos qui sumus remotiores* : id à *Dominico* De Eccles. D gres. 47. p.325. *Bannes doctore suo denegatur* : *Necessarium non est*, inquit, *quo remotior à temporibus Apostolorum Ecclesia est, eo minus perfecta sit in mysteriis fidei cognitio: quia post Apostolorum tempora, non extiterunt doctissimi viri, qui in rebus fidei intelligendis & exponendis dexteritatem habuerunt.* Quidni igitur cum *Fyldo* ex *Cypriano* concludem : L.2.c.5. *Non est consuetudine præscribendum sed ratione vincendum* : nam cum consuetudo & universa praxis etiam primæ illius Ecclesiæ, quæ immediatè Apostolis successit, nullam certam fidem faciat : superest ut missa istius praxeos authoritate, ad solas scripturas confugiamus.

CAP. 9.

Argumentum septimum ex ecclesiastica praxi in secunda periodo solvitur.

DE Ecclesiæ periodo prima vidimus : jam ad secundam deveniendum, de qua non veretur *Geor. Downamus* affirmare, per annos à Christo trecentos, nihil in disciplina mutatum fuisse. *Nullus color,* inquit, *solidæ rationis reddi potest, ut superioritas & authoritas Episcoporum, qua diocesani, maior esset in quarta centuria, quam in tertia, aut tertia, quam in secunda, aut in secunda quam in pri-* Lib.3.c.8 *ma.* Rursus, *quasi universa & perpetua praxis omnium Ecclesiarum & consensus patrum primis annis trecentis sufficiens demonstratio non esset ad persuadendum homini judicioso, & bona conscientia prædito, quænam illa doctrina, & praxis Apostolorum fuit. Quod si* L.2.c.7. *etenim quis dixerit, omnes Ecclesias Apostolicas, sanctos patres, gloriosos Martyres, semper ab Apostolorum temporibus disciplinam & Ecclesiæ regimen observasse illi contrarium, quod Apostoli præscripserant : de eo dicere non dubito eum ut modestia vacuum, ita & non multum judicij habere aut honestatis.* Rursus, *Reijcit refutator Canonem Apostolorum, concilium Ancyranum & Arelatense, & Cyprianum, qui omnes de superioritate Episcopi testantur, quia intra annos 200 non vixerunt. Quasi omnis veritas illa periodo circumscriberetur: aut patrum nonnulli sequentes (nominatim Cyprianus) tantam quam illi fidem non mercantur? Cyprianus 40 vel 50* Lib.3.c.5. *annis junior est. Concilium Ancyranum annis 50, vel 60 Cypriano posterius est. Non est dubium quin ingens alteratio in disciplina & regimine Ecclesiastico prætendi possit, ante tempus Constantini, dum sub cruce Ecclesia esset. Sed has authoritates quantum vult Refutator æstimet : nemo modestus, & moderatus Christianus nullus est, qui horum affirmationem,*

præsertim

Digitized by Google

præsertim in materia facti, negationi mille refutatori similium præferet. Rursus, *Regimen Ecclesiæ per trecentos a Christo annos, absque omni dubio Apostolicæ institutionis fuit: iuxta Augustinum de Baptis. cont. Donat. l. 4, c. 24. Quod universa tenet Ecclesia, & a conciliis institutum non est, sed semper retentum est, id ab Apostolis traditū certissimè creditur.* Postremò, *Quod communiter in Ecclesiis per trecentos annos receptum, antequam Concilium aliquod Generale erat, quod id definiret, absque omni dubio ab ipsis Apostolis profectum est.* Quid facis homini tam apertè prævaricanti? Ego D. *Downamum* virum doctum & pium agnosco, neque mihi cum persona, sed cum errore lis est: eum hîc tamen apertissimè lapsum fuisse non possum non asserere. L. 4. c. 1.

Primò verò eum à suis refutatum dico, ab eis nempe qui disciplinam mutabilem contendunt, quorum instituto parum hoc dogma *Downami* uti convenit; ita & *Downamo* ipsi: Ex eis etenim *Downamus* est, qui disciplinam mutabilem docent: parum ver est universam praxim Ecclesiarum per annos trecentos adversam habere? Quis enim ausit disciplinam mutare, quam illi non mutandam censuerunt? Consultiores ergo *Downamo*, hujus opinionis reliqui sunt: nam ut mutabilitati disciplinæ viam muniant: communiter tradunt, & in primis Ecclesiis mutationes in disciplina contigisse. Ita Lous. *Ecclesia jam inde ab Apostolorum temporibus, varias administrationum species admisit.* Quæ de disciplinæ mutatione intelligit, aut ineptè disputat: nam infert hæc ut probet disciplinam mutari posse. Querim. Eccles. p. 62. *Iohannes Whitgiftus*, postquam probandum sumpsisset formam regiminis Ecclesiastici mutari posse, instat ex *Ambrosio* in Eph. 4. in mutatione, quam ab illo intra annos *Downami* trecentos contigisse scribitur. *Alteratio gubernationis & ordinum Ecclesiæ* (inquit) *benè ab* Ambrosio *ponitur. Vbi omnia loca circumplexa est Ecclesia, conventicula constituta sunt, & Rectores & cætera officia in Ecclesiis sunt ordinata: & cæpit alio ordine & prævidentia gubernari Ecclesia. Ideo non conveniunt per omnia scripta Apostoli, ordinationi quæ nunc in Ecclesia est, quia hæc inter ipsa primordia sunt scripta.* En apertum testimonium à primordijs Ecclesiarum degeneratum fuisse: sic ut ordo Ecclesiæ minimè scriptis Apostolorum respondeat, idque intra annos trecentos: nam ante concilium *Nicænum*, hunc *Ambrosium* floruisse suo loco demonstrabitur: Accedo ad *Iohannem Bridgesium*, qui pro disciplinæ mutabilitate contendens, ita infert: *Nonne Apostoli consultum putaverunt propter commodiorem Ecclesiæ gubernationem, nonnulla officia addere, quæ à Christo instituta non sunt?* Verbis sequentibus adeò mutabilem disciplinam contendit, ut *patres in Ecclesia primitiva succedentes, potiùs in eo offendere dicat, quod laborarint ordinationes quasdam & officia, ab Apostolis pro suo tempore instituta, retinere, & tanquam perpetua urgere.* Intelligit proculdubio Seniores: vtcunque sit, habet hîc *Downamus*, Ecclesiæ Apostolos succedentis universam praxim condemnatam, à socio suo, ab Hierarchico, ab Episcopo: idque in eo L. 2 p. 168 169.

 quòd

quòd in quibusdam non mutarit disciplinam. Erubescat deinceps igitur clamorum suorum, quos adversus Puritanos ciere solet. *Aut concedendum refutatori est* (inquit) *Apostolicas Ecclesias hoc regimen per Episcopos, ab Apostolis recepisse: aut confitendum* (*secundùm consuetam modestiam suam, totius antiquitatis testimonium nihili æstimantem*) *omnes Ecclesias conspirasse, gubernationem mutare, quam Apostoli instituissent.* Quam hîc conspirationis accusationem appellat, eam paulò post turpem imputationem nuncupat. Quam verò tu conspirationem narras? quam turpem imputationem? *Mutare potuerant disciplinam ab Apostolis institutam* (inquit Whigiftus,) *absque conspiratione aliqua, aut turpis imputationis notâ, imo & mutarunt etiam rectè, legitimè, piè, prudenter, commodè.* Ingens piaculum nos patribus aspergere dicis, quòd eos disciplinam immutasse dicamus? At *Bridgesius* in eo potiùs offendisse patres docet, quòd quædam non mutarent. Quid ipse? Annon disciplinam legitimè mutari posse contendis? pudeat igitur clamorum istorum, de conspiratione patrum, de turpi imputationis nota, de Apostasia, in quam *Bilsonus*, de contemptu Apostolicæ institutionis, in quam primas Ecclesias incidisse *Bancroftus* clamat, si modò Episcopale regimen subintraduxerint ab ipsis Apostolis non receptum. Quidni introducerent aiunt reliqui Hierarchici: veterem etenim Apostolorum disciplinam mutare peccatum non est.

Lib.4.c.11 p.10.& 11

Secundò, ex ipsis sacris colligi potest haud obscurè, intra annos trecentos, Ecclesias plurimùm degenerasse, & quædam invexisse, quæ ab Apostolis non acceperant. Propositum Apocalipsi. primò Christum esse, juxta statum primæ Ecclesiæ, non erit, opinor, contra *Brightmannum* à quoquam dubitatum. Quid autem? Ap. 1, 20. septem candelabræ integro typo Exod. 25. 11. respondent, ad demonstrandum florentissimum Ecclesiæ statum, quandiu lucebant in ea Apostoli, eorumque integri successores. At *Constantini* tempore quinque amissis, duæ tantùm remanent Ap. 11.4. ad demonstrandum luctuosum Ecclesiæ statum, quæ reliquarũ detrimentum passa est. Quid? quinq; lucernæ uno impetu amissæ? Detestantur in nobis quanquam falsò Hierarchici, ac si uno impetu Ecclesiam defecisse dicamus: quod hîc meminisse operæ pretium est. Non enim vno impetu has quinque lucernas amissas fuisse *Constantini* tempore colore ullo dicere poterunt: sed post varias contractas sordes, idque gradatim, intra ipsos præcedentes trecentos annos. Deinde Ecclesia tempore Apostolorum in cælo est, ornata stellis: Apo.12.1. ad exitum verò trecentorũ annorum, *Sol factus est niger, ut saccus cilicinus & Luna tota facta est ut sanguis, & stellæ cæli ceciderunt in terram sicut ficus abjicit grossos suos, quum vento magno concutitur: & cælum abscessit sicut liber qui convoluitur.* Ap. 6. 12: 13:14. Dicuntur hæc de misera Ecclesiæ uastitate sub *Diocletiano & Maximiano:* quando Sol, id est Scriptura ab Ecclesia auferebatur judicijs publicis: Luna. id est

Vide Brightman. in Ap. 11.p.292.

Euss.l.8.c.2

Lib. 8.c.1.

est Ecclesiæ puritas ab hujus solis commercio seclusa Eclipsin passa est: stellæ, id est ministri ad primum impetum defecerunt: & cœlum, id est Ecclesia ipsa, illiusque facies externa, tam atra caligine operiebatur, ut nunquam ferè compareret.

Ad hæc, *Ephesus Brighmanni* judicio, typus est Ecclesiæ veteris ad annos trecentos decurrentis: ea autem quasi ἄφεσις dicta est, & priora opera non facit: quia ad postremum deficere quodammodo illa prima Ecclesia eo magis videbatur, quò magis ad exitum horum annorum trecentorum deveniebat. Sed fac Ecclesias Asianas τύπους non esse, cum omnes tamen, *Philadelphiâ* sola excepta, remissæ disciplinæ etiam intra *Iohannis* tempora redarguantur: quomodo verisimile fiet posteriores Ecclesias per trecentorum annorum spacium non delineasse, multa mutasse, varias denique sordes contraxisse? Atque *Epheso* nominatim remotio candelabri denunciatur, quod pœnitentiâ non intercedente, proculdubio, non ita multo post adimpletum est, saltem ante 800 annos. Per candelabrum intelligitur Episcopalis dignitas, inquit *Riberus*, sed absurdè: intelligitur etenim Evangelij lux, & Ecclesiæ *Ephesinæ* puritas; unde ita disputo: Aufertur candelabrum *Epheso* ante annos 800. Episcopalis dignitas ante annos 800 ablata non est: Episcopalis igitur dignitas candelabri lucisque in eodem fulgentis pars nulla est, sed floret illa candelabro remoto, luce exincta, missa Ecclesiæ puritate.

Tertiò, in doctrina intra annos trecentos multa mutata, vitiata multa sunt: quid ni pariter in disciplinâ? non minus in disciplinâ quàm in doctrina errare patres potuerunt? Sic quidem *Io. Whitgifto* videtur, qui cum neminem modestiæ & eruditionis virum, tempora annorum 500 eorumque ordinationes absque manifesta probatione condemnare velle dicit, præsertim in Ecclesiæ gubernatione: insinuare videtur minùs proclivem in disciplinâ quàm in doctrinâ ad errorem lapsum esse. *Scultingius* è contra doctrinam corrumpi non posse dicit propter Spiritus assistentiam: sed in disciplinâ semper fuisse defectus, modo magis, modo minus. Sed medium veritas iter inter hos duos facit: adæquè in disciplinâ atque in doctrinâ, errare quorumcunque temporum Ecclesia potest. Quanquam è duobus propiùs *Scultingius* ad metam collimavit. Si etenim aliqua disparitas danda sit, faciliùs quidem certè disciplina corrumpitur quàm doctrina: nam cum instar muri ad civitatem sit, quis non videt *Sathanæ* impetum primùm disciplinam sustinere debuisse? præstereà mores corrumpi solent, etiam illabatâ doctrinâ: corruptio vero morum aut ex disciplinâ corruptâ oritur, aut disciplinæ corruptionem secum trahere fere semper solet. Rectè etenim alicubi *Matheus Sutclivius* ex *Plauto*: *Vbi mores deficiunt, non ibi murus centuplex sufficit*. Hinc disciplinam intra annos trecentos corruptam fuisse, aut saltem corrumpi potuisse ex eo licet colligere: quòd mores hoc tempore depravatissimi fuerint: *D. Mornæus* pro degeneratione Ec-

Tractat. 8. c. 2. D. 38.

Hierarch. Anacrys. c. 2.

Hist. Papat. p.19.20. clesiæ in promovendo papatu, affert degenerationem morum. Quid ni & ego eandem adferrem pro degeneratione, in Episcopatu invehendo, in quo Romani primatus Antichristiani fundamenta jacta sunt. Vtcunq; sit, si in moribus degenerare intra annos trecentos Ecclesia potuit, in disciplina etiam potuit: res etenim moralis disciplina est, ad mores proximè descendit,& mores aut flectit, aut eisdem flectitur. Iam verò testimonia de morum intra annos trecentos corruptione, luculenta extant cum apud *Cyprianum*,tum apud *Eusebium*,quæ etiam *D. Mornæus* recenset.

S. de lapsis. Ita Cyprianus: *Non in sacerdotibus religio devota, non in ministris fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina. Quin & Episcopi plurimi quos & ornamento esse oportet cæteris & exemplo, divina procuratione contempta, procuratores rerum sæcularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas provincias oberrantes, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupari, esurientibus in Ecclesia fratribus, habere argentum largiter, velle fundos insidiosis fraudibus capere, usuris multiplicantibus fænus augere. Quid non perpeti tales pro peccatis hujusmodi mereremur?* Ita Euseb. *Episcopi in Episcopos irruerant ac populi contra populum seditiones moverant.——Alij alios sunt odio & contumeliis prosequuti, & tantum non nosipsos per nosipsos armis ac telis verborum ubicunque contigit, impugnavimus:——Et qui pastores nostri videbantur, repulsâ pietatis normâ, mutuis inter se contentionibus fuerunt inflammati, & dum hæc sola, contentiones videlicet, minas, æmulationem, mutuum odium & inimicitiam exaggerant, & ambitionem suam quisque in morem tyrannidis studiose persequitur.* Isaacus Casaubonus probat disciplinæ degenerationem in quarto sæculo, ex eo quòd legantur passim apud pios patres, *Basilium, Nazianzenum, Hieronymum, Chrysostomum, Augustinum*,& alios, gravissimæ querelæ de vitijs Ecclesiarum suarum & varijs depravationibus. At si ita à degeneratione morum, ad degenerationem disciplinæ in quarto sæculo argumentum firmum petitur: quantò magis intra trecentos annos degeneratio morum talis, quæ ambitiosorum Episcoporum typhum, imò & tyrannidem apertè spirat?

L. 8. c. 1.

Epist. ad Perron. p. 30.

4 Quartò, quàm falsò à *Downamo* dictum sit, *Nihil in disciplinâ intra annos trecentos mutatum esse*: constabit ex ipsarum mutationum enumeratione: ubi de mutationibus silebo,quæ Episcopatui Hierarchico introducendo inserviebant: quia de eis alius erit nobis peculiaris dicendi locus. Quod ad reliquas, insto primo in decimis: quas iure divino debitas esse, *Richardus Fyldus, Georgius Carletonus*, & plurimi alij Hierarchici dicunt. Aliquid igitur illorum iudicio de iure divino intra annos trecentos mutatum est: nam vel ipso *Fyldo* confitente voluntarijs contributionibus solis per hæc tempora Ecclesiarum ministri alebantur: decimæ nullæ persolvebantur.

De eccles. lib. 5. c. 05. Secundò, insto in Diaconis: sic enim ipse *Fyldus*: *Diaconi Act. 6. ex primâ intentione ad pauperum curam principaliter ordinati erant, postea*

Digitized by Google

verò cum pauperibus aliter prospectum esset, speciales Episcoporum assistentes facti sunt, &c. Diaconos Episcopo speciales ministrantes intra annos trecentos extitisse, fatetur ipse *Downamus*: in Diaconis igitur à prima principali saltem Apostolorum intentione & ordinatione intra annos trecentos deviatum est.

Tertiò, insto in electione populari: nam Act. 14. & Tit. 2. Episcopos solos eligisse Hierarchici dicunt: intra annos trecentos tamen per universam Ecclesiæ praxim, ministri à populo eligebantur, ut ipsimet fatentur: velint igitur nolint, ipsorum iudicio, mutatio, hâc in parte intra annos trecentos facta est.

Quartò, insto in Seniorum illa exclusione, quam refert *Ambrosius*, 1, Tim. 5. *per doctorum sive ignaviam, sive superbiam, factam, dum soli videri vellent esse aliquid*: nam intra trecentos annos hunc authorem vixisse suo loco constabit, & si non vixerit, tamen de temporibus præteritis scribit. Mutationem hîc factum esse vel ipse *Hadrianus Saravia* dat: cuius hæc verba sunt: *Cæterum quod Ambrosium deplorasse ait D. Beza, non rectè eum intellexit, qui ordinatione presbyteros nusquam abrogatos queritur: sed quod ætate, sapientia, & gravitate senes laici non eo loco haberentur ut olim, quando in rebus gravioribus in consilium adhibebantur. Quo tantum loco si haberentur ut deberent, qui hodie in Ecclesiis reformatis pastoribus adiunguntur, nihil repugnarem.* En hic Seniores abrogatos: adeoque mutationem intra tecentos annos factum. Cont. Bez. c. 23. p. 249

Quintò, insto in Patriarchis, quos intra annos trecentos extitisse, *Downamus* ipse & reliqui Hierarchici docent. Quid igitur? Patriarchæ iuxta hanc regulam Dovvnamianam ab Apostolis prodierunt? Apage has nugas *Whitgiftianas*: audiatur potiùs *Matheus Sutclivius Primatus*, inquit, *Romani Pontificis qui multo est iunior quàm papatus qui fuit ante Nicænum Concilium, a consuetudine populorum originem habuit*: probat ex consilio Nicæno: *Mos antiquus obtineat.* Planior Georgius ipse Downamus: *Negare non possum quin Patriarchæ fuerint supra Metropolitanos longe ante Nicænum cocilium: quorum origo ab invento politico humano ut videtur (concil. Nicæn. c. 6.) ordebatur, sic ut eorum ratihabitio continuatioque antiquo mori ascribitur.* Itane vero? Patriarcha longè ante Nicænum Concilium, & ex jure hnmano, & consuetudine? Ergo tuo te judicio prodidisti: universa Ecclesiæ praxis latenter per consuetudinem irrepere poteft, absque plenario concilio, & intra annos trecentos summum in Hierarchiâ fastigium nempe patriarchatus quanquam in universam Ecclesiarum praxim receptus, ab Apostolis tamen non descendebat. Si patriarcha jure humano, cur non & Metropolitanus, si Metropolitanus cur non Episcopus? donec ad presbyteros devenitur, quorum certa origo desumitur ab Apostolis. De Pontif. Rom. lib. 1. c. 9. Lib. 2. c. 4. p. 114.

Sextò, insto in Chorepiscopis, quos intra annos trecentos extitisse ex concilio Nicocæsariensi liquet: hos tamen sine ulla verbi divi-

Com. 3. De eccles. lib. 5. c. 29.

ni authoritate in Ecclesia invectos *Damasus* in Epistola dicit, quem *Richardus Fyldus* Hierarchicus & citat, & approbat: intra annos igitur trecentos in disciplina aliquid invectum est, universa Ecclesia consentiente: quod non erat Apostolicum.

Septimo, insto in ordinibus inferioribus, postquam hoc unum admonuero: Patriachæ & Metropolitani Episcoporum præsides jure humano invecti sunt: Chorepiscopi episcoporum socij iure humano invecti sunt: ordines hi inferiores Episcoporum ministri (ut nunc sequitur) intra annos trecentos jure humano invecti sunt: & Episcopus se his omnibus circumquaque stipatus propter universæ Ecclesiæ praxim, jure humano introduci non potuit? annon verisimile potiùs, quando in scripturis originem non habet, eum pari cum reliquis more introductum? Sed ad ordines quos vocāt inferiores: de eis

De Benefic. lib. 1. c. 14. De eccles. l. 5. c. 25. Sentent. 4. d. 24. q. 2. In sentent. lib. 4. d. 21. Addit. ad p. 3. q 37. art. 2.

Fr. Duarenus ita. *In vetere Ecclesia non fuit hæc munerū distinctio, quæ postea in usum venit, ut alij ostiarij dicerentur, alij lectores, exorcistæ, aut Acolythi, sed diaconorū Hypodiaconorumq; muneri cōjuncta erant hæc omnia: —verum procedente tempore, unum idemq; munus in plura dispartitum est, idq́; a Lino Pontifice Romano primum, ut quidam scribunt.* Planus *R. Fyldus* Hierarchicus, qui ex *Durando* ab *Lombardo, Aquinate*, inferiores ordines Acoluthorū, exorcistarū, subdiaconorū, lectorum, ostiariorū Apostolorum temporibus non extitisse affirmat, sed post per Ecclesiam ad solemnitatem cultus divini introductos: quos tamen in universa Ecclesiæ praxi receptos, & res ipsa clamat, & *Durandus* loco citato expressè declarat. Addit *Fyldus*, eos *antiquissimos esse* quòd certum est: imo adeo antiqui ut nec ipsorum Episcoporum antiquitas superius ascendere poterit: Meminit etenim horum non solum *Cyprianus* & *Eusebius*, sed & *Ignatius*, qui tempore *Iohannis* Apostoli vixisse dicitur, cujusq; authoritas pro Episcopo Hierarchico tantopere venditatur. Idcirco cum nulla major pro Episcopis quàm pro his authoritas, ex primarum Ecclesiarum universa praxi adferri possit, quis non humana mutatione eos introductos existimabit, perinde ac illi introducti sunt? Octavo, insto in errore contra bigamiā & cōtra uxorē presbyteri post ministerium susceptum ductam: hæc etenim universam Ecclesiæ praxim pervagata fuisse intra annos 300 ex Concilio Nicœcesanensi liquet: Hoc vero Apostolicum non erat, sed ut *Paphnutius* in Concilio Nicæno, *secundum veterem Ecclesiæ traditionem suscepta sunt*. Quædam igitur intra annos 300 non Apostolica invecta sunt,

Com. 1. 4. Socrat. lib. 1 c. 8.

Nono, insto in impositione manuum, quæ Heb. 6: 2. commemoratur, quæque ex sententia Hierarchicorum, impositionem manuum notat, per quam adulti post baptismum confirmabantur. Hoc si ita sit, mutatum quiddam est intra annos trecentos: nam præter, imò contra Apostolorum doctrinam in ista manuum impositione quædam per universam Ecclesiam & credita & usurpata fuisse fusè probat ex scriptis cum *Tertulliani*, tum *Cypriani*, *Simon Goulartius*.

Annotat. in Cypr. iam. de Vnct. chrysmat.

CAP.

CAP. 10.

Argumentum VIII a praxi Ecclesiastica in tertia periodo solvitur.

Vidimus de periodo Ecclesiæ secunda quæ ad annum 300 desinit: de tertia jam, quæ, à tempore *Constantini* ad annum 500 usque porrigitur, videndum est: *Iohannes* siquidem *Whitgiftus* Ecclesiam primitivam ad annum usque 500 extendit: de qua etiam ita habet: *Nulla factio introducta est in Ecclesiam per totos 500 annos, a concilio generali, vel fide digno scriptore aliquo approbata, quæ illis temporibus apta, & per Dei verbum approbata non est.* Tractat. 8. c. 2. divis. 38. *R. Bancroftus* in *Cartwrightum* invehitur quòd dixerat, *tempora post Nicænū conciliū pura castaq; minime fuisse, sed Ecclesiam tum in multis a simplicitate in qua Apostoli eam reliquerant, defecisse: exemplumque ab his temporibus, non absque periculo peti posse*: sic ut hanc periodum castamque puramque censeat, in simplicitate Apostolica Ecclesiam perdurasse autumet: exempla denique ad firmandam disciplinam, tuto & absque periculo sumi posse opinetur. Præcipuè verò observanda hîc sunt, quæ *Georgius Downamus* scripta reliquit: cuius verba ipsa ad majorem perspicuitatem quantumvis longiuscula exaranda videntur. *Nullam rationem video,* inquit, *cur Ecclesia temporis Constantini, non pro exemplari ad imitandum proponi potius debeat Ecclesiis sub magistratu degentibus; paceque & prosperitate per Dei beneficium fruentibus: quam Ecclesiæ ullæ priorum temporum, quæ in omnibus stabilitæ non fuerunt, & pro voto firmatæ, sed persecutione impediebantur: Tempore etenim persecutionis, gubernatio non semper talis erat, quam optabant, sed quam assequi poterant: Atque nisi Ecclesiam semper velimus sub persecucione vivere, requirere ut in omnibus imitandæ sint, insania prorsus esset. Quod vero generali consensu & in usum versum est, tempore pacis & prosperitatis: id ipsorum judicio fundum tum erat, & nobis in eodem casu imitandum, Iam vero Constantini tempore, Episcopos in alios; ministros gradu, potestate, & authoritate, superioritatē habuisse, evidentissimū est. Neq; crevit hæc superioritas & authoritas Christiani magistratus accessione, sed decrevit potius: quandoquidē deficiente magistratu, defectum illum supplebant ipsi, & authoritate propriâ multa fecerunt, quæ postea vel à magistratu facta sunt, vel ab ipsis per assistentiā magistratus. Neq; color ullus rationis est superioritatē Episcopalē majorem fuisse in quarta centuria quam in tertia, in tertia quam in secunda, in secunda quam in prima.* Lib. 1. c. 3. p. 13. Iuxta hæc verba adjicitur in margine: *Forma gubernationis & authoritas Episcopalis per omnia tēpora primitivæ Ecclesiæ eadē fuit*: Ecclesiam vero primitivā quarta hic centuria circumscribere videtur: ita quintā quam addiderat *Whitgiftus* amputavit, vel neglexit saltē. At necessum non erat: æque enim verè *Scultingius*, disciplinam *Gregorij* tempore incorruptam fuisse asserere potuit, & eandem politeiam quæ sub Apostolis erat; atque aut in Hierarch. Anacrys. l. 1. p. 8. quarta

quarta centuria *Downamus*, aut in quinta *Whitgiftus*. Imo & annum 606 includere possunt, usq; ad annũ 607 qui annus natalis Papæ erat. Quæ etenim mutatio? quæ factionum additio, ante hoc tempus, ab ea quæ fuerat centuria quarta, quintaque præcedente? Concilium Chalcedonense, in quo Patriarcha Romanus, & Constantinopolitanus, ita supra cæteros elati sunt, ut hic in oriente, ille in occidente patrimonium Christi invasisse videatur, intra annos 400 fuit. In hoc concilio nomen universalis Episcopi Pontifici Romano oblatum fuisse dicit *Whitgiftus*: quod si verum sit, causam hanc pejorem multo atque deteriorem reddit: quid enim? Numnam tutum (quod ante *Bancroftus*) ab eis temporibus, Conciliis eis, formam gubernationis sumere, quæ usque adeo depravata fuerunt, ut Papatui ipsi fenestram aperirent, & etiamnum aperuissent: ni ipsius Romani Pontificis modestia obstitisset? Sed ad rem? Cum nulla mutatio intra hanc periodum essentialis acciderit, per novorum officiorum additionem: in *Constantini* tempore æram nostram statuemus, a quo exemplar sumendum non esse, Episcopum Hierarchicum non diminutum sed auctum fuisse, disciplinamque Ecclesiasticam miserè fœdatam pollutamque fuisse, manifestissimis contra *Downamum* argumentis comprobabitur.

Tract. 8. c. 2 divis. 30.

2 Primò, disputo ab horum temporum typis: fidem etenim fecit mihi *Thomas Brightmannus* Ecclesias illas tunc Asiacas typos futurarum fuisse. Inter cætera, cum scribere ad has Ecclesias jubetur *Iohannes*: Ap. 1: 19. non tantùm ea que sunt, scriptis commendare jubetur, in his ipsis Ecclesiis scilicet: sed etiam quæ futuræ sunt, id est, futurarum Ecclesiarum delineationem, quæ in his Ecclesiis adumbrantur: cum postea quando ab his particularibus Ecclesiis discessum est, & ad historiam generalem perscribendam devenitur, ea tantum jubetur scribere quæ sunt futura: Ap. 4, 1, Neque tamen funem contentiosum traham: sed ut per me suo cuique sensu frui licet: ita per alios mihi etiam liceat, meo quoque frui. Meminisse igitur debemus priori Ecclesiæ quæ *Constantinum* antecessit, in *Epheso* ejusdem typo denunciatum a Christo fuisse: Ap. 2. 5. *Veniam adversum te cito, & movebo candelabrum tuum a loco suo nisi resipueris.* Quid sibi vult hoc *cito*? Nomen quidem Ecclesiæ *Ephesus* ipsa ad annos 800 tenuit sic ut pollutionem illam hîc intelligi necesse sit, quæ priorem sinceritatem commacularet. Ecclesia vero Ephesina ἀμετανόητος non resipuit, sed ut ante ex *Eusebio* ostēsum, quo propiùs ad *Constantini* tempora accessit, eo magis ad fastum Episcopalem tyrannidemque anhelavit. Inflammatior hic spiritus a *Constantino* quàm ante: sic ut manifestâ experientiâ, exituque rerum edoceamur, hanc citam Ecclesiæ primæ obscurationem, ante *Constantini* tempus inchoatam, a tempore vero *Constantini* indies adauctam, idque ex parte per disciplinæ Hierarchicæ promotionem.

Secundò, *Smyrna* typus Ecclesiæ quæ a *Constantino* ad tempora usque

que *Gratiani* decurrit, ostendit, quàm ea pro exemplari ad imitandum proponenda non sit. Ab *Ephεso* versus Aquilonem tendit, propiusq; ad *Pergamum* Ecclesiæ sub Papatu typum accedit, quæ in Septentrione etiamnum ulterius ponitur. Hoc, quid aliud insinuatur, quã post primę Ecclesię lucẽ obnubilatã porrecturam horũ temporũ Ecclesiam quidẽ a *Constantini* sęculo, in majores indies tenebras esse; donec tandem ad *Pergamum*, ultimam nempe tenebrarum metam peruentum esset. Atque misera *Smyrnæ* facies à Spiritu sancto depicta Ap. 2. 8. commodissimè respondet ad calamitosam Ecclesiam illam quæ & sub *Constantino*, & a *Constantino* extitit. Quàm pauci, quàm despecti, qui hoc tempore veritatem amplectebantur, quamque a falsis Iudæis, id est hypocritis Christianis, *Arianis* pręsertim affligebantur; in exiliũ pellebantur, carcerib⁹ includebantur, varijs iniurijs, contumelijs, imo & tormentis etiã afficiebantur, Episc. suorum contentionibus funestabantur, cum infinitis deniq; malis luctabantur? *Constantinus* ipse ad postremum ab eis aversus, sic ut *Athanasius* & exilio vitam redimere & in exilio vitam finire cogeretur. Hanc ego Ecclesiam (quod *Downamus*) in pace & prosperitate floruisse: aut si floruerit, pro exemplari ad imitandum proponendam esse existimarem?

3 Secundò, disputo à sacræ scripturæ testimoniis, quæ hæc ipsa *Constantini* tempora concernunt, cum eis quæ subsequuta sunt.

Primò, tempore *Constantini*, quatuor Angeli ventos salutiferos tenent, ne in Ecclesiam spirare possint: Ap. 7: 1, sic ut coactus *Constantinus* sit consignare electos, ne communi peste lueque perderentur. Consignatio verò cum paucorum semper & latentium sit, ostendit non adeo fœlicem horũ temporum ecclesię faciem fuisse, ut pro speculo serviat, ad quod Ecclesiæ reliquæ cõponere sese debeãt. Consignavit vero Ecclesiã *Constantinus* per conciliũ *Nicænum*: hoc enim pro remedio usus est, quo à lue *Arianorum* Ecclesia sanaretur. Atqui in Concilio *Nicæno* ante aram stetisse *Constantinus* dicitur: Ap. 8. 3. quò planum est, ipsius tempore occultationem illam inchoatam esse, quia intra atrium interius Ecclesia coarctata est. Hæ angustiæ cum tempore *Constantini* Ecclesiæ acciderint: parùm movere illa *Georgij Downami* debent, quibus pacem externamque horum temporum prosperitatem in cœlum effert. Quid quòd hæc per semihorarium tantùm silentium appelletur: Ap. 8: 8. idque non immeritò: Nam & *Licinius* pace rupta intra triennium in Ecclesiam sævire cæpit: & intra ipsa Ecclesiæ viscera (bello civili multo asperius) Episcopis mutuo inter se exardescentibus, bellum intestinum erectum: de quo citat *T. Bright. Aurel. Vict. de Cæsar.* part. 2. *Euseb.* l. 10. 8, 9. & devit. *Constant.* lib. 1. ad finem: & lib. 2. ad initium.

Secundò, tempore *Constantini* cæpit Angelus primus tuba clangere, contentio scilicet: unde imber grandinis & ignis exoritur: Ap. 8: 5. qui & in ipsis medijs Concilij *Nicæni* patribus perstrepuit:

& post Consilium lata damna dedit: unde Ap. 8. 5. narratur, contentionis ignem ab altari Concilij *Niceni* fuisse, & in terram projectum. Atq; hæc contentio eo usque invaluit ut coactus *Constantinus* ipse fuerit in Synodo *Tyri* congregatis Episcopis exprobrare, quòd nihil aliud agerent quàm ut dissentiones & odia sererent, & ea quæ spectant ad exitium humani generis. En scilicet tempora, quæ ad immitandum *Downamus* proponenda putavit. Immitantur sanè plùs æquo hæc tempora, Episcopi hujus temporis Anglicani, ut qui sub altero *Constantino* regnante, ignem contentionum accendunt, imbrem grandinis mittunt, & pios exagitando, dissidia excitando, mala innumera invehendo, charissimæ simul & illustrissimæ illius Ecclesię, (ni Deus eorum conatibus obsistat) exitium machinantur.

Socrat. lib. 1. c. 34.

4 Tertio, *Constantini* tempore, clangere cæpit Angelus secundus, Ambitio scilicet Ecclesiastica, quo factum est, ut mons ingens ardens igni, in Ecclesiam projiceretur: Ap. 8:8. Accedat velim ad hunc montem contemplandum *Georgius Downamus*; ut pudeat eum deinceps dicere, Episcopalem dignitatem à *Constantini* tempore diminutam fuisse, quum hic videmus ab exiguo quasi colle, in montem ingentem evasisse. Quid etenim hoc montis vocabulum sibi vult, nisi Ecclesiasticæ dignitatis inane funestumque incrementum? quomodo elationem mons significat, Is, 11: 14, 15. & aliis scripturæ locis passim? Accedat etiam *Iohannes Whitgiftus*, qui nullam functionem Ecclesiasticam per annos 500 introductam in Ecclesiam dicit, quæ verbo Dei consentanea non esset. Num hunc montem ardentem verbo Dei consentaneum dicet, quem hìc disertè condemnatum videt? Accedat deniq; *Richardus Bancroftus*, qui superioritatem in ministros Episcopalem, in nullo scripturæ loco damnatam asserit, imo ne à *Iohan.* quidem in Apocal. Si *Iohan.* in Apocal. tibi satisfacere potest: En hìc *Iohannem* Episcopalem superioritatem sub montis nomine condemnantem: Episcopalem dico superioritatem generaliter, quo sensu sumpta Episcopum, Archiepiscopum, & Patriarcham comprehendit. Dixerat supra *D. Morneus* paritatem ministrorum quasi adversùs Antichristum alexipharmacum quoddam Apostolos pro virili præservasse: sic ut Antichristum promoveat imparitas quæque, quæ hìc mons dicitur, supra cæteras vineæ dominicæ æquales partes, suum verticem erigens. Primò etenim Sathanæ conatu mons Episcopalis datus est: cui deinceps superpositus mons Archiepiscopalis: tertiò mons Patriarchalis accessit, & qui summum cacumen occupat. Ne etenim dicat *Bancroftus* hunc montem Papatum significare, sciendum est, quatuor tubas priores, contentionem, ambitionem, hæresim, bellumque illud tantùm significare, quæ quatuor illi noxij Angeli suprà memorati immiserunt à *Constantini* tempore, usque ad tubam quintam, id est usque ad Papatum circa annum 600: sic ut intrà 500 illos annos Hierarchicos, hunc montem ortum fuisse necesse sit, idq; ante hæresim multiplicatam, sive *Arianam*

nam, sive *Macedonianam*, sive *Nestorianam*, sive *Eutichianam*: bellumque *Constantinum* aut *Vandalicum*. Papatus non nisi sub tuba quinta oritur, quæ ab Angelo alio clangitur, non ab ullo ex illorum quatuor, qui in tempore *Constantini* Ecclesiam Dei infensare dicuntur. Neque tubæ confundendæ sunt, ut unam & eandem rem sub tuba quarta, & tuba quinta Spiritum sanctum significare existimemus: quæ ab eo confusio & tautologia longissimè abest. Ita & intervallo temporum, & distinctione Angelorum, & tubarum diversitate liquidè constat, hunc montem ardentem Ecclesiasticam aliquam superioritatem significare, quæ intra annos 500 introducta in Ecclesiam est. Non sequitur, inquis, quia intra annos 500 & 600 projici in Ecclesiam potuit. Nomina igitur intra has centurias sublimitatem aliquam Ecclesiasticam de novo inventam quæ ante intra annos 500 non extiterat. At inquies, dicitur de Papatu sub quinta tuba, non quòd tum caderet, sed quòd ante reciderat: sic enim textus Græcus habet: *Vidi stellam de cælo cecidisse in terram.* Atqui hoc pro nobis facere dico: agitur de Romano Pontifice: si de clavibus interroges, eæ sub tuba quinta natæ sunt post annum 600: si verò de casu roges, quo de cœlo in terram recidit, id est, ex Episcopo divino, Episcopus humanus factus est, is sub tuba secunda incipit, quando Episcopus Hierarchicus Metropolitanus, Patriarcha denique in Concilio Nicæno, non primò factus quidem, sed primò tamen factus conspicuus est. Hæc ita cùm sint, nihil reliqui est ad respondendum, nisi dicatur, non functionem quidem Episcopalem ipsam hoc nomine montis damnari, sed ejusdem tantummodo abusum qui temporibus tubæ secundæ increbuerat. Quem tu mihi abusum nominare potest, nisi contentionem, & externam hæresim in Episcopis Christianis quidem, sed Ecclesiam Christianam hostium more infestantibus? At nihil hæc dico ad tubam secundam pertinere: contentio etenim tubæ primæ est, hæresis tertiæ: sic ut in monte secundæ tubæ non contentio, non hæresis, non abusus extraneus aliquis illiusque temporibus duntaxat proprius, sed ipsa Episcopalis superioritas necessariò intelligenda relinquatur.

Quarto, tempore *Constantini* cæpit Ecclesia se abdere in occulto, in interiori scilicet Templi sacrario: Ap. 11: 1, quo etiam obsignatio illa pertinet: c. 7. 1. quæ & paucorum & occultorum esse solet. Menses etenim illi 42, quibus latitat ecclesia nullo modo commodè iuxta scripturæ anologiam cōputari possunt: nisi à *Constantini* tempore statuantur incipere, desinere vero in messe, vindemiaque illa reformationis quæ capite 14. commemoratur. Consulat lector *Thomam Brightmannum* illiusque rationes ad examen revocet, reperiet nullam habuisse causam *Downamum* cur Ecclesiam temporibus *Constantini* pro exemplari immitandam proponeret: eam in latibulum nempe ie conferentem, in quo delitesceret, usque ad tempora Ecclesiæ nostræ reformatæ. Quid Ecclesiæ pace fruentes, Ecclesias antè In Ap. cap. 11. v.

& post Consilium lata damna dedit : unde Ap. 8. 5. narratur, contentionis ignem ab altari Concilij *Nicæni* fuisse, & in terram projectum. Atq; hæc contentio eo usque invaluit ut coactus *Constantinus* ipse fuerit in Synodo *Tyri* congregatis Episcopis exprobrare, quòd nihil aliud agerent quàm ut dissentiones & odia sererent, & ea quæ spectant ad exitium humani generis. En scilicet tempora, quæ ad immitandum *Downamus* proponenda putavit. Immitantur sanè plùs æquo hæc tempora, Episcopi hujus temporis Anglicani, ut qui sub altero *Constantino* regnante, ignem contentionum accendunt, imbrem grandinis mittunt, & pios exagitando, dissidia excitando, mala innumera invehendo, charissimæ simul & illustrissimæ illius Ecclesię, (ni Deus eorum conatibus obsistat) exitium machinantur.

Socrat. lib. 1. c. 34.

4 Tertio, *Constantini* tempore, clangere cæpit Angelus secundus, Ambitio scilicet Ecclesiastica, quo factum est, ut mons ingens ardens igni, in Ecclesiam projiceretur : Ap. 8:8. Accedat velim ad hunc montem contemplandum *Georgius Downamus* : ut pudeat eum deinceps dicere, Episcopalem dignitatem à *Constantini* tempore diminutam fuisse, quum hic videmus ab exiguo quasi colle, in montem ingentem evasisse. Quid etenim hoc montis vocabulum sibi vult, nisi Ecclesiasticæ dignitatis inane funestumque incrementum? quomodo elationem mons significat, Is, 11: 14, 15. & aliis scripturæ locis passim? Accedat etiam *Iohannes Whitgiftus*, qui nullam functionem Ecclesiasticam per annos 500 introductam in Ecclesiam dicit, quæ verbo Dei consentanea non esset. Num hunc montem ardentem verbo Dei consentaneum dicet, quem hìc disertè condemnatum videt? Accedat deniq; *Richardus Bancroftus*, qui superioritatem in ministros Episcopalem, in nullo scripturæ loco damnatam asserit, imo ne à *Iohan.* quidem in Apocal. Si *Iohan.* in Apocal. tibi satisfacere potest : En hìc *Iohannem* Episcopalem superioritatem sub montis nomine condemnantem: Episcopalem dico superioritatem generaliter, quo sensu sumpta Episcopum, Archiepiscopum, & Patriarcham comprehendit. Dixerat supra *D. Morneus* paritatem ministrorum quasi adversùs Antichristum alexipharmacum quoddam Apostolos pro virili præservasse : sic ut Antichristum promoveat imparitas quæque, quæ hìc mons dicitur, supra cæteras vineæ dominicæ æquales partes, suum verticem erigens. Primò etenim Sathanæ conatu mons Episcopalis datus est : cui deinceps superpositus mons Archiepiscopalis : tertiò mons Patriarchalis accessit, & qui summum cacumen occupat. Ne etenim dicat *Bancroftus* hunc montem Papatum significare, sciendum est, quatuor tubas priores, contentionem, ambitionem, hæresim, bellumque illud tantùm significare, quæ quatuor illi noxij Angeli suprà memorati immiserunt à *Constantini* tempore, usque ad tubam quintam, id est usque ad Papatum circa annum 600 : sic ut intrà 500 illos annos Hierarchicos, hunc montem ortum fuisse necesse sit, idq; ante hæresin multiplicatam , sive *Arianam*

Digitized by Google

nam, sive *Macedonianam*, sive *Nestorianam*, sive *Eutichianam*: bellumque *Constantinum* aut *Vandalicum*. Papatus non nisi sub tuba quinta oritur, quæ ab Angelo alio clangitur, non ab ullo ex illorum quatuor, qui in tempore *Constantini* Ecclesiam Dei infensare dicuntur. Neque tubæ confundendæ sunt, ut unam & eandem rem sub tuba quarta, & tuba quinta Spiritum sanctum significare existimemus: quæ ab eo confusio & tautologia longissimè abest. Ita & intervallo temporum, & distinctione Angelorum, & tubarum diversitate liquidè constat, hunc montem ardentem Ecclesiasticam aliquam superioritatem significare, quæ intra annos 500 introducta in Ecclesiam est. Non sequitur, inquis, quia intra annos 500 & 600 projici in Ecclesiam potuit. Nomina igitur intra has centurias sublimitatem aliquam Ecclesiasticam de novo inventam quæ ante intra annos 500 non extiterat. At inquies, dicitur de Papatu sub quinta tuba, non quòd tum caderet, sed quòd ante reciderat: sic enim textus Græcus habet: *Vidi stellam de cælo cecidisse in terram*. Atqui hoc pro nobis facere dico: agitur de Romano Pontifice: si de clavibus interroges, eæ sub tuba quinta natæ sunt post annum 600: si verò de casu roges, quo de cœlo in terram recidit, id est, ex Episcopo divino, Episcopus humanus factus est, is sub tuba secunda incipit, quando Episcopus Hierarchicus Metropolitanus, Patriarcha denique in Concilio Nicæno, non primò factus quidem, sed primò tamen factus conspicuus est. Hæc ita cùm sint, nihil reliqui est ad respondendum, nisi dicatur, non functionem quidem Episcopalem ipsam hoc nomine montis damnari, sed ejusdem tantummodo abusum qui temporibus tubæ secundæ increbuerat. Quem tu mihi abusum nominare potest, nisi contentionem, & externam hæresim in Episcopis Christianis quidem, sed Ecclesiam Christianam hostium more infestantibus? At nihil hæc dico ad tubam secundam pertinere: contentio etenim tubæ primæ est, hæresis tertiæ: sic ut in monte secundæ tubæ non contentio, non hæresis, non abusus extraneus aliquis illiusque temporibus duntaxat proprius, sed ipsa Episcopalis superioritas necessariò intelligenda relinquatur.

Quarto, tempore *Constantini* cæpit Ecclesia se abdere in occulto, in interiori scilicet Templi sacrario: Ap. 11. 1, quo etiam obsignatio illa pertinet: c. 7. 1. quæ & paucorum & occultorum esse solet. Menses etenim illi 42. quibus latitat ecclesia nullo modo commodè iuxta scripturæ anologiam cõputari possunt: nisi à *Constantini* tempore statuantur incipere, desinere vero in messe, vindemiaque illa reformationis quæ capite 14. commemoratur. Consulat lector *Thomam Brightmannum* illiusque rationes ad examen revocet, reperiet nullam habuisse causam *Donnamum* cur Ecclesiam temporibus *Constantini* pro exemplari immitandam proponeret: eam in latibulum nempe se conferentem, in quo delitesceret, usque ad tempora Ecclesiæ nostræ reformatæ. Quid Ecclesiæ pace fruentes, Ecclesias antè *In Ap. cap. 11. v.*

Constantinum imitarentur, inquit ille, quæ sub persecutione vivebant? quid in quam ego Ecclesiæ nostræ reformatæ, cælo pristino restitutæ, Ecclesiam à *Constantino* incipientem imitarentur, quæ cœlo pulsa secessit in latibulum? Hoc eò dico, quia cælum prioris Ecclesiæ quę *Constantinum* antecessit, abscessisse dicitur Apoc. 6, 14. anno 304, sub sigillo sexto, quod in tempore *Constantini* desinit. Cum vero pristinæ Ecclesię sedes evanuissent, quid ni de novis cogitaret? In ista cogitatione verò, cum alios lites accendere, alios parandis honoribus inhiare, multos & parturire & parere hęreses, omnes accumulandis superstitionibus incumbere, nihil denique sinceri & solidi suo loco consistere animadvertisset, præ mundi tædio a mundi conspectu sibi secedendum putavit, & sub alis Dei sui, intra interius ipsius sacrarium delitescendum. Dura hęc de *Constantini* tempore dicta videntur? cur dura rogo? Neq; enim Ecclesiæ integritas, in gloria illâ, pace illa, externa abundantiâ illâ consistit, quib⁹ temporib⁹ *Constantini* & dotata & ditata floruit: sed in veritate, sinceritate, simplicitate, solida denique pietate: quibus eò magis indies decrescentibus quo magis pestes illæ creuerunt, quas recensuimus: quis mirabitur, secessionem Ecclesiæ in latibulum *Constantini* tempore incepisse?

Quintò, tempore *Constantini* aufugit Ecclesia in solitudinem, Ap. 12.6, 14: sic ut pro exemplari ad imitandum (quod *Downamus*) proponenda non sit, nisi forte Ecclesias (vestigiis *Downami* insisto) semper in solitudinem ablegari velint. Tria verò sunt quę fidem faciunt, hanc Ecclesię solitudinem, ab ipso *Constantino* incepisse.

Primò, partus filij masculi *Constantini* ad imperium evectio est: affirmat verò spiritus sanctus v. 6. mulierem statim postquam ad thronum Dei, id est, ad imperij fastigium, subvectus *Constantinus* esset, in solitudinem aufugisse, ubi haberet locum paratum a Deo. Pertinent huc illæ duę aquilę alę, quę mulieri datę sunt ad fugam maturandam ver. 14. quemadmodum quatuor alę in dorso *Alexandri Magni* indices insignis pernicitatis sunt, Dan. 7. 6.

Secundò, spatium per quod latuit mulier in solitudine quodnam quęso? nempe 1260 dies: quod cum idem prorsus sit, cum tempore obsignationis Cap. 7. & secessionis in interius atrium Cap. 11. Quis non videt has Ecclesię latebras, per obsignationem, sacrarij latibulum, & in solitudinem fugam adumbratas, a sexto sigillo unà cum tubis inchoandas, quę ad tempus *Constantini* nos reducunt?

Tertiò, fugatur mulier in solitudinem a Dracone, plus jam quàm ante sęviente, postquam a cœlo id est Ecclesia dejectus esset, per victoriam *Constantini* in *Licinium* v. 13. Sic igitur est. Tempore persecutionũ in priori periodo Ecclesia in cœlo fuit: contemnebat etenim ferrum, contemnebat equuleum, omnia Ethnicorum Imperatorum vel exquisitissima tormenta quęque contemnebat: tempore verò *Constantini*, quum sub specie Christiani nominis, abusu pacis, Christum

stum per hæreses oppugnari, & salutem animarum periclitari vidisset non jam diutiùs morandum duxit, sed quàm celerimè avolandum. Discere hinc promptum, quàm ineptè *Downamus Constantini* tempora propter pacem, potiùs quàm priora sæcula propter persecutionem, imitanda proponat: cum certum sit per pacis abusum plus damni Sathanam Ecclesiæ dedisse, quàm ante dederat per persecutiones Ethnicorum Imperatorum.

Sextò. sub tempore *Constantini* exorta Bestia est. Apo. 13, 1. sic ut parum causæ habuerit *Downamus* hæc tempora nobis ad imitandum proponere, nisi Bestiæ hujus reliquas (sicut proh dolor jam in *Anglia*) quoad regimen saltem Ecclesiasticum retineri semper in Ecclesijs perpetuarique velit.

Primò, etenim Ap. 13. 5. tempus Bestię idem est quod mulieris in sacrario & in solitudine: illud à sexto sigillo quod ad *Constantinum* pertingit inchoandum: ergo & hoc etiam: nam conspectus bestiæ ille erat, ad quem mulier trepidabat, bestia erat quæ mulierem fugabat, bestia regnante, mulieri locus non erat, cadente verò, egreditur mulier & non ante, è latebris suis; quòd benignissima Dei clementiâ, hoc posteriori sæculo factum.

Secundò, Ap. 17, 11. Antichristus septimum caput Bestiæ est, quod immediatè sexto succedit: sextum caput Imperatores ethnicos notat: Bestia hæc igitur Antichristiana, statim ab ethnicis Imperatoribus, à *Constantino* debellatis exurgere cæpit. Fateor hîc multa objici posse: de hoc igitur *Thomæ Brightmani* argumento, liberum cuique judicium esto.

Tertiò, Bestia thronum accepit à Dracone Apo. 13, 2. id est à Diabolo quidem, sed à Diabolo in ethnicis Imperatoribus operante: nā ut tota Apocalypsis percurratur, per *Draconem* hostes aperti & ethnici: per bestiam, hostes interni & intestini intelliguntur. Quādo *Draco* id est Imperatores ethnici per *Constantinum* debellati essent, tunc caput ex undis elevavit Bestia: *Draco* scilicet projectus è cœlo id est ecclesia Ap. 12. 9. prospexit sibi de hoc Vicario, qui eo absente res suas gereret. Hæc ita cum sint, necesse est Episcopatum Hierarchicum bestiam in scenam produxisse, & in propatulo collocasse. Agitur etenim hoc in loco, non de tempore, quo vitam & spiritum primò Bestia trahere cępit: sed dę tempore quo ex mari, id est ex corrupta cum doctrina tum disciplina ascendit, id est, conspicua facta est, sic ut conspici ab hominibus & facilè animadverti possit. Nemo se spiritu ipso sancto acutiorem putet; Arcessit verò spiritus sanctus originem bestiæ, ab illa prima imparitate, quæ inter ministros, contra divinum institutum, introducta in Ecclesiam est. Peperit hæc imparitas Episcopum primò, post Archiepiscopum, ad postremum, Patriarchiam, idque ante *Constantini* tempora. Hi gradus imparitatis ipsius Papatus quasi embrio erant, a quibus ita ab initio animatus est, ut vivere quidem & spirare cęperit ante tempora *Constantini*, sed

Digitized by Google

sub undis tamen tanquam recens edita *Balæna* se continuerit. In *Niceno* vero Concilio in quo hij gradus imparitatis & sanciti & confirmati sunt: jam se ex undis effert Bestia, caput exerit, corpore emergit, & mundo se denique conspicuum præbet. Putabant quidem Nicæni patres se paci Ecclesiæ consuluisse, sed exitus docuit, quàm hæc ab eis opera pessimè locata sit: tristeq; posteris documentū reliquerūt, quam periculosum sit, rationi propriæ, humanæ prudentiæ, carnis consilio iudulgere, & a divini verbi regula, vel tantillum deviare. Reverà non doctrina tantùm, sed & disciplina Ecclesiæ etiam spiritualis est: unde est, ut spiritus Christi, disciplinam mitem, humilem, cælestem, spiritualem amet, ratio vero humana non nisi mundanam, & superbiam, typhum, fastum, pompam, primatum, redolentem. Hanc verò a concilio *Niceno* confirmatam, sub montis nomine condemnat *Iohannes*: Ap. 8. 8. quo perspicuum redditur, quàm acclivem Bestiæ assensum Concilium illud præparaverat. Triplicem nempe montem, alterum alteri supernè positum erexerat, Episcopatum, Archiepiscopatum, & Patriarchatum: in horum montium summo cacumine Romanum Pontificem posuerunt: sic unus tantùm gradus superfuit, isque quidem ascensu facillimus: quàm enim proclivis, à primo & summo Patriarchatu, ad universalem, id est Papalem transcensio erat? Clarissima à se hæc omnia: testimonijs tamen humanis non destituuntur. *Ante Concilium Nicænum* (inquit Æneas Sylvius:) *Parvus respectus ad Ecclesiam Romanam habebatur*: ac si dixisset, concilium Nicænum ilud erat, quod viam Papatui præmuniebat. Accedit *Socrates*, qui tempore *Cælestini* anno post *Constantinum* octagesimo, *Romanum Episcopatum, ultra sacerdotij terminos ad principatum provectum*, dicit: Idem habet & de *Alexandrino*: & tutum tamen usque *Bancrofto* videbitur, ab hisce temporibus exempla capere ad formandam disciplinam?

De gest. con. Basil.

L. 7. c. 11

Sequuntur iam nonulla testimonia extrinseca: quòd narrat *Nauclerus Constantini* tempore, auditam vocem de cœlo fuisse, quæ *venenum sparsum in Ecclesiam* diceret, in eo a nostris deridetur: quam meritò ipsi viderint. Dominus certè *Mornæus* ita. *Aucta tantis opibus affatim Ecclesia, sinistrum pijs plærisque augurium fuit. Sylvestri* legenda auditam hanc vocem de cælo tradunt: *Hodie infusum est venenum in Ecclesiam*. Citat etiam ad hanc rem alibi *Albericum* de *Rozote*, in hæc verba. *Audivi a magnis viris* (de tempore *Constantini* loquitur) *quòd vox fuerit audita de cælo dicens, Hodie seminatum est venenum aspidum in Ecclesia Dei, & dicunt hoc reperiri in antiquis authenticis scripturis, & etiam narrat dictus magister* Iohannes Parisiensis *in lib. de potest. Papal. & Imperial. c. 21. Sic* Guilielmus Whitakerus. *Quin & ipsi qui favent huic donationi, scribunt tamen auditam esse eo tempore vocem angelorum in aere dicentium, Hodie effusum est venenum in Ecclesiam*. Sed quicquid de ista voce evenerit, rem quidem ipsam agnoscunt *Waldenses*: hic etenim error primus est, quem illis *Reynerius Pisenus* impegit

Præf. trans. Bibl. Anglic.

Hist. Papat. p. 17 & 18

Ibid. p. 603

Cont. 4. q. 4 p. 440.

Catal. test. 1509.

impegit

impegit. Dicunt quod Ecclesia defecerit in *Sylvestro* quum venenum temporalium in Ecclesiam infusum esset. At certè nunc primùm ditari Ecclesiam certum est: ad hæc igitur tempora pertinent, sanctorum querelę subsequentes, etsi apertam *Constantini* mentionem nullam faciant. Ita Isiodorus Pallusiota *Florente Ecclesia & nondũ morbo laborante, divinæ gratiæ circa eam velut chorũ agebant, sancto videlicet spiritu res administrante, atq; antistitum unumquemque incitante, ac Ecclesiam in cœlum convertente. Quod autem posteaquam ea morbo affecta est ac seditione laborant, hæc omnia avolárint ——nemini obscurum est. Vt alia omittam & una re cætera significem, Pacis nomen ubique est, res autem ipsa nusquam, verùm Ecclesia fœminæ cuidam, quæ ex antiqua fœlicitate excidit, & signa tantum habet, similis est; Ornamentorum enim suorum thecas & arculas habet: opibus autem spoliata est: non ob ejus qui eam primò exornavit inerciam, sed ob eorum qui non ut convenit, res administraut, improbitatem.* Sic Barnardus: *Olim prædictum est & nunc tempus adimpletionis advenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius, in nece martyrum: amarior post, in conflictu hæreticorum: amarissima nunc, in moribus domesticorum. Ideo in pace amaritudo amarissima est. Sed in qua pace? Et pax est, & non est pax. Pax à Paganis, & pax ab hæreticis, sed non profectò in filiis, &c.* Pręfert uterque horum puriora illla Ecclesię tempora quę *Constantinum* antecedebant: a quo externa pax quidem, sed Ecclesię inutilis, imo noxia, invecta est. Respicit etiam hæc temporà *Elizabetha* virgo Germana, *Hildegardis* familiaris, ad annum 1150. quum Episcopos Pompaticos *Constantini* tempore primum exorientes, ita alloquuta est. *Occupastis principatum sanctorum meorum & nescivi; unde ascendistis turbare ovile meum, & aggravare cor meum super filios meos, quos genui in amaritudine animæ meæ* (sub persecutionibus Ethnicorum) *in die laboris & angustiarum mearum? Author ætatum Ecclesiæ* degenerationem ex eo incepisse dicit, quòd amplissimis, principum donarijs aucta sit: quo citat *Gregorium*: *Religio peperit divitias, & filia devoravit matrem.* Comparans vero Ecclesię statum qui ante *Constantinum* fuit, cum eo qui subsecutus est, ita infert. *Inde venit quod antiqua sæcula ad ferreum reducta, divitias antiquas amiserunt, quia devotio decrevit & matrem extinxit filia.* Ita Alanus Cartherius: *Non statui vituperare bonos viros sæculares, qui ex perfecta devotione donarent Ecclesiæ prædia: quia exonerarunt se ut ad Deum tanto expeditiores spiritu ascenderent, & ordo sacerdotalis tam magnam gravemque sarcinam humeris suis imposuit, ut ipsum plane in terram decurvet, ac impediat quo minus sursum in cælum possit aspicere ——Mare cum vehit navem nimis grandem, velificatur magno cum discrimine, neq; ullum flumen extra suum alveum diu perdurat.* Accõmodat verò hæc ad *Constantinum* speciatim alibi. *Et te quidem Dantes poeta Florentinus si viveres etiamnum, materiã haberes exclamandi contra* Constantinum, *quem etiam tempore bene observatæ religionis ausus es reprehendere, imputans ei in quodam tuo opere,* quod

Epist. 408.

In cantic. Serm. 33.

Catal. Test.

Catal. Test. l. 18. p. 1723.

Ibid. lib. 19. p. 1850.

Ibi. p. 1852

quod in Ecclesiam ipse coniecisset venenum & toxicum, illaturum eidem vastitatem & desolationem, ideo nempe quia primus Ecclesiæ donavit possessiones & prædia &c. Greg. Hamburg. gloriam primæ Ecclesiæ sub persecutione præfert, gloriæ illi externæ quam persecutione cessante

Catal. Test. lib. 19. p. 1885. assecuta est. *Hujus* (inquit) *Ecclesiæ gloria fuit, non purpura, non divitiarum acervus, non equus albus, non fastus, non dominatus : sed ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te Domine, sperantes ex hoc, non acquirere sedem temporalis eminentiæ, sed sedem iudicantium duodecim tribus Israel, juxta Christi promissum:* Laurentius Valla disputans adversus donationem Constantini, ita loquitur. *Melius summus Pontifex ab augendo Augustus diceretur, nisi quod dum temporalia auget spi-*

Catal. Test. lib. 19. p. 1895. *ritualia minuit.* Negat gesta *Sylvestri* esse Apocrypha, in quibus dicitur vocem de cælo auditam esse, venenum a *Constantino* fuisse infusum in Ecclesiam. Ita *Franciscus Duarenus* : *Puto majores nostros satis*

De Benef. l. 2. c. 4. *animadvertisse, nihil Ecclesiæ exitialius pestilentiusq; esse, quam ministrorū ejus nimiam opulentiam. Res enim ipsa loquitur, immensam principum, munificentiam utcumq; pius esset eorum affectus, tantum virus in Ecclesiam sparsisse, ut ex pixide illa pandoræ a poetis decantata, non plus malorum inter homines & calamitatum exilijsse videatur. Bonifacius Martyr* aliquando interrogatus, an liceret ligneis calicibus in sacris uti, respondisse fertur. *Olim aurei sacerdotes ligneis vasis, nunc lignei aureis utuntur* : haud dubie sentiens immodicis opibus facilè sacerdotes & gubernatores Ecclesiæ corrumpi.

9 Festino ad ipsos Hierarchicos. *T. Bilsonus* apertè *Downamo* con-

Cont. Apol. travenit. Dicit ille *superioritatem Episcopalem a tempore Constantini non auctam sed diminutam fuisse : ac Episcopus Romanus* (inquit Bilsonus) *ut in opulentia crevit, ita etiam in potentia.* Hoc in Romano cum verū sit, numnam probabile in Episcopis cæteris plane contrarium accidisse? nempe ut eorum potestas a tempore *Constantini* decrevit, quo magis opulentia crevit? Miror tanto ingenio, rem tam ridiculam

De Eccles. l. 5. c. 45. prodire potuisse. *Richardus Fyldus* disputat, florere Ecclesiam in persecutione magis quam in prosperitate, & instat in Ecclesia prima ante *Constantinum*, quam magis floruisse probat ex *Augustino* de civitate Dei: & ex *Bernardo*, qui in triplicia tempora Ecclesiam distinguens, primum sub ethnicis Imperatoribus, secundum in conflictu cum hæreticis, tertium in pace ab utrisque, hoc postremum omnium amarissimum facit: Inducit enim Ecclesiam conquerentem. *Amarissima amaritudo in pace mea, omnes amici, omnes inimici, omnes domestici, nulli pacifici, servi Christi serviunt Antichristo. Richardus Stockius*

Rat. 10. p. 243. Hierarchicus *Whitakerum* transferens, hunc illius sermonem probat, quem etiam tanquam memoratu dignum in indicem retulit. *Constantinus quidem, in temporibus tunc Ecclesiæ turbulentissimis, eam pace donavit, & quibus potuit, possessionibus ornavit : & ab illis tempore*

Cont. 4. præfat. p. 5. *ut in opulentia crevit ita decrevit in pietate :* Affinia habet *Gu. Whitak.* alibi. *Tandem pace in Ecclesiis, et Constantinum constituta, captum est de nova*

nova quadam disciplinæ forma cogitare, quæ temporibus consentanea esset, &c. *Illud verum esse constat quod* Hieronymus *scripsit & habetur in* Gratiano. *Ex quo in Ecclesiis sicut in imperio Romano, crevit avaritia, periit lex de sacerdote & visio de Propheta.* Rursus: *Ante Constantinum magnum, qui tyrannis & Ecclesiæ persecutoribus in imperio successit, nihil in conciliis de primatu sancitum est. At ego pluris unum ejusmodi concilium facio, quam quodvis eorum, quæ postea secuta sunt. Nam sæviente persecutione. Episcopi de Ecclesia, & religione magis soliciti erant: eâ vero sublata, mox ambitio Ecclesiam invasit.* Iterum. *Olim Episcopi eis nominibus contenti erant, quæ in Scripturis habentur, per annos trecentos durante persecutione titulis modestis usi sunt: at postea cum pax in Ecclesiis constituta est, ambitio paulatim irrepsit, & tum demum cæptum est de novis nominibus cogitari, quorum etsi quædam non mala fuerunt, tamen satius fuisset ab eis abstineri.* Hadrianus Saravia ita: *Quod contentiones inter Episcopos & presbyteros attinet, non leguntur ante Constantini tempora, & male conjunguntur cum* Ignatij *sæculo. In quiete & otio sub* Constantino, *primum magnæ illæ contentiones, & exitiales Ecclesiæ cæperunt.* Ita Iohannes Bridgesius: *Status Ecclesiæ primitivæ sub persecutione beatior erat, quam pace & prosperitate fruens, & eâdem abutens: unde corruptiones & contentiones exortæ sunt, quo nomine status hic posterior non adeo beatus erat.*

Cont. 4. q. 4. cap. 2.

Cont. 4. q. 4. p. 520.

Cont. Bez. c. 24. p. 272.

Postremò *G. Downamo*, ex diametro se opponit *Is. Casaubonus*, cujus ista verba sunt. *Quod in hac obervatione pluris videntur æstimari tempora post Constantinum quam anteriora: id vero Serenissimus rex valde miratur, & omnino haud probat. Fatetur rex quarti sæculi Ecclesiam, gloria, splendore, opibus, ac doctorum virorũ copia magis quam priora floruisse: at certitudine fidei quam* ὀρθοδοξίαν *vocant, aut incorruptæ disciplinæ sinceritate aut parem, aut etiam superorem, priorem sæculorum Ecclesiã fuisse, dubitare posse putat rex mortalium neminem.——Neq; potest amibigi quo longius ab origine prima decedebatur, eo etiam longius, a primæva puritate & simplicitate esse recessum. Quare si de verrendâ & mundanda domo Dei serio cogitatur, cur ad Apostolorũ tẽpora, aut Apostolicis proxima non potissimũ respiciatur? Verum quidem est, partem multo maximam illius temporis, in tenebris, & squalore, propter continuas persecutiones pijs esse transactam, sed videamus etiam atque etiam, ne in hac quoque re, melius sit ire ad domum luctus, quam ad domum convivij. Paupertas & calamitas bonæ mentis sorores audiunt: divitiæ & gloria non eandem famam obtinent, &c.* Ita tutum non est à temporibus post *Constantinum* exempla sumere, ut *Bancroftus*: multo minùs tempora ipsa *Constantini* (quod vult *Downamus*) pro præcipuo exemplari ad imitandum proponi debent. Hæc de extraneo firmamento Hierarchico quinto: nempe universa Ecclesiarum priscarum praxi.

Ep. ad Cardinal. Peron.

Observat. 4. p. 30. 31.

Digitized by Google

CAP. II.

Firmamentum Hierarchicorum VI. a patrum authoritate solvitur.

SExtum sequitur, à Papistis pariliter mutuatum, Patrum scilicet & doctorum antiquorum authoritas: ubi tria mihi reprehendenda occurrunt: primo, quòd nimiam patribus authoritatem tribuant: secundo, quod patres fictitios & spurios producant: tertio, & ultimo, quod patres & scriptores antiquos recentibus Ecclesiæ reformatæ doctoribus anteponant. Quod ad primum, Papistarum calumniis velificantur,

Primo, errores imbibunt. Vitio nobis Puritanis vertit *Cornelius Scultingius*, quòd disciplinam ex solis scripturis hauriendam existimemus: & contra astruit. *Non ex solis scripturis haurienda disciplina est. Non tantùm petenda ex scripturis disciplina, sed etiam ex saluberrimis statutis sanctorum patrum. Non tantùm ex sacris Scripturis, sed etiam ex antiquorum Canonum institutis, depromenda disciplina est, contra sententiam Puritanorum. Non ex puris & solis scripturis haurienda disciplina, necesse est per posteriores Canones defectam supplere, non in Scripturis solis in specie omnis disciplina comprehenditur. Fontes disciplinæ etiam regulæ patrum, non sola Scriptura. In solis bibiljs sinistrè & male intellectis occupantur: in lectione sanctorum Patrum, Conciliorum, & antiquitatis Ecclesiasticæ, rudes sunt & ignari. Vt* Whitgiftus *pro Episcopis & Archiepiscopis, veteris Ecclesiæ ritu, veterumque Patrum crebris testimonijs fortiter pugnat: sic in id maxime ex altera parte incumbit* Cartwrightus, *aliiq; ejus sodales hoc argumentum pertractantes, ut Patrum consensum veluti Paleas, Ecclesiæ veteris exemplum ut putidas nænias audacissime rejiciant. Puritani perverse interpretantes scripturam in Politeiâ & disciplina sanctorum patrum, Conciliorum, traditionis Ecclesiæ authoritatem perperam penitus repudiant, quàm Anglo-*Calvinistæ *à nobis stantes, plurimi faciunt.* Anglo-Calvinistæ *pro nostra veteri disciplina & politeia condensant patrum testimonia & consensum antiquæ Ecclesiæ producunt de singulis partibus politeiæ: Puritanos veteris Ecclesiæ consensum & authoritatem repudiantes, graviter accusant & damnant. Dum Puritani à patribus ad scripturas appellant, regerunt optime, Patres antiquos melius scripturas ipsis intellexisse.* Citat in margine *Bancrofti Survegium*, sub nomine examinis disciplinæ pretensæ, *Londini*, per *Iohannem Woolffe* ann. 1593. ex quo multa transcribit, pagina sequenti. *Egregie & pulchre* (inquit) *declamitat censor iste contra Puritanos. An hactenus nunquam in Ecclesia viri docti extiterunt priusquam disciplinæ Genevensis axiomata, à vobis prodita sunt; Ante vos exortas sapientia omnis extincta iacuit? Rectius vos quid Apostolorum tempore creditum vel factum fuit intelligitis, quàm patres illi Apostolorum successores? &c.* Accedens deinde ad examinis

[Margin notes: Hier. Anac. l. 1. p. 15. — Ibid. p. 19. — Ibid. p. 24. — Ibid. p. 25. — L. 2. p. 42. — L. 10. c. 9. p. 63. — Lib. 10. c. 13. p. 65.]

Digitized by Google

minis *Bancroftiani* finem, *Hæc omnia* (inquit) *author examinis, multoque his plura se accumulasse scribit, ut hinc Dei judicia glorificentur, quandò ex* Barovvistarum *adversus Puritanos criminationibus acerbissimis adimpletum videmus quod Christus dixit. qua mensura mensi fueritis, eadem & remetietur vobis. Qua enim arrogantia, acerbitate, maledicentia, Ecclesiæ Anglicanæ politeiam Puritani criminati & calumniati sunt: ea lem vicissim Puritanorum consistoria, a* Barovvistis *calumniosa & acerbissima criminatione fœdari. Hoc certe Dei Judicium summa admiratione est dignum: sectas istas, in una Anglia mutuas sibi pœnas tam strenuè dare, mutuisque vulneribus sese ita conficere.* L. 10 p. 67 & 68.

Secundò, Ex his ita positis hæc pauca breviter observari vellem. Primò, in citandis patribus colludere Hierarchicos cum Papistis. Non negant inquies ex scriptura solâ petendam disciplinam esse. Quid ni, illi quidem qui disciplinam nisi ex parte, in verbo præscriptam negant: Coguntur hi certè verbis ipsis Scultingianis affirmare, defectum hac ex parte scripturæ, ex patribus supplendum esse. Quod ad reliquos, qui disciplinam exactè, quoad essentialia in verbo exaratam dicunt: disciplinam ex sola Scriptura examinandam ubi quæso dicunt? Dicunt persæpè ex Scriptura & ex antiquitate, ex scriptura & usu Ecclesiæ, nempe, ut rem disciplinæ in Scriptura contineri concedant, hujus tamen rei interpretationem, non ex ipsa scriptura sola, sed ex patribus etiam petendam existimant.

Secundò, Hierarchici sua nimia erga patres honorificentiâ, Papistas indurant in sua erga solam Scripturam blasphemia, & patrum veterum ut ita dicam idololatria: vt ex ista *Scultingij* gloriatione videre est, ex eo desumpta, quòd *Anglo-Calvinistæ*, tâm acriter patres adversus Puritanos condensent & urgeant.

Tertiò, præcipuos Ecclesiæ reformatæ columnas, *Calvinum* præsertim & *Bezam*, papistis deridendos proponunt, ut ex ista *Scultingij* illatione constat. *Calvino* indignantur Anglo-calvinistæ quòd vetera Concilia quoad doctrinam recipiat, & quoad Ecclesiæ gubernationem repudiet: sed Ecclesiæ veteris contemptus in *Calvino* ab una parte, ipsius *Calvini* contemptum ex altera parte peperit: idemque sibi circa *Calvini* consistoria & disciplinam soli Anglo-calvinistæ licere existimarant, quod circa vetera Concilia licere sibi *Calvinus* voluit. Pag. 68.

Quartò, parum commovere debent, quæ objiciunt Hierarchici, Puritanis de patrum contemptu sicut parùm commoventur Hierarchici, quod idem contemptus eis à Papistis objiciatur ut cum ex eodem principio separemus quoad disciplinam à Papistis nos, scripturæ soli scilicet innitendo, ex quo illi quoad doctrinam separarunt: non magis ab illis nos hoc nomine, quàm illi à Papistis exagitari debent, Pensitentur hîc illa *Scultingij* verba, *Anglo-Calvinistæ & Puritani ex eisdem principiis* (*soli scilicet scripturæ adhærendo*) *schisma fecerunt illi in doctrina, hi in disciplina.* Pag. 68.

Ee 4 Postremo

Digitized by Google

Postremò, si glorificandum Dei Iudicium (quod *Bancroftus.*) quòd eandem mensuram *Barowistæ* nobis remetiantur: glorificandum multò magis, quod eandem mensuram (de hoc patrem contemptu) Papistæ Hierarchicis remetiantur. Quid enim lucratus *Bancroftus* est invectiuâ illa sua, quâ adeò Papistis gratificatur? Nempè ex ea ita infert Scultingius. *Quantum* (inquit) *ad doctrinam fidei hæc ipsa in Calvino-Papistarum capita recidunt: in qua ipsi quoque veteres patres contemnunt. Plura & graviora sunt quæ contra totius antiquita-*
C.10.p.66 *tis consensum Calvinistica secta circa dogmata fidei violavit: quàm quæ Consistorium Genevense circa Politeiam Ecclesiasticam peccavit.*

Sequitur. Nimiâ suâ observantiâ erga patres Hierar. in patre patrũ qui solus pater agnosci debuit, Math. 23, in filium ejus Iesum Christum, qui solus propheta audiendus est Heb. 11. in spiritum sanctum, qui solus veritatem docet & scripturas interpretatur, 1. Ioh. 5. & ab his omnibus profectam scripturam injurij sunt: cui soli propter authoritatem suam auscultare debemus, exclusis hominum omnium scriptis. Patet hoc ex Eccl. 12: 11. *Quæsivit Ecclesiastes assequi verba delectabilia & singula scripta rectè, verba fidelia: Verba sapientum similia aculeis & similia clavis infixis ad caulas, tradita à Pastore eodem. Potiùs inquam ex istis fili mi admonitus esto: faciendi libros multos nullus est finis, & lectio multorum fatigationi est carni.* Quanquam autem hîc patres exclusos videas, nosque ad scripturas sacras easque solas revocatos: authoritatem tamen quæ soli scripturæ debita est, communem patribus Hierarchici faciunt, ut in eorum antesignano *Iohanne Whitgifto* videre est. Probarat ille *Timotheum* solum ordi-
Tract.3.c.7. nasse, ac proinde solum Episcopum ordinare debere, ex *Ambrosio*,
D.1.p.200 *Chrysostomo*, & *Hieronymo* in illum locum. Replicarat inter alia *Cartwrightus*, omnes *Whitgifti* probationes per totum librum in hominum authoritatibus positas esse: quas *Aristoteles* non nisi ἀτέχνους πίστεις vocat. Quid hîc ille? Non negat probationes suas in humanis authoritatibus positas esse: sed hanc illius probandi viam ita ornat. *Semper Iudicium & opiniones piorum hominum plurimi fieri: & tum mihi rationem sufficientem habere videor, quando habeo authoritatem scripturarum & doctorum hominum. Locutus est* Aristoteles *de humanis scientijs quæ ratione nituntur: sed quam nos profitemur, ea in authoritate, non ratione fundata est. Atque miror quid tibi velis toties mecum litigando, quòd authoritates doctorum scriptorum a me allegatæ sunt. Vt breviter respondeam. Existimo authoritatem in rebus divinis optimam rationem esse (in margine, optimum probationis genus) sive ea ipsarum scripturarum sit, sive doctorum hominum qui rectè scripturas interpretantur.* Iudicet hîc lector, annon patres cum Scripturis conjungantur: annon eorum authoritas, etiam absque ratione, optimum probationis genus dicatur: annon denique nuda patrum authoritas à se his arguere & probare permittatur? Quòd addit, scripturam rectè interpretantem, aut tergiversatio, aut mera ἀβλεψία est: addit hæc clausula.

clausula ad improprietatem sermonis, addit etiam ad absurditatem sensus : nam aut principium petit, rectam semper doctorum homi- num interpretationem esse, aut nihil hac clausula pro se, doctorum hominum authoritatem rationi praeponente, respondet.

Quid multis opus? Authoritatem patrum praevalere debere putat, contra quàm Hieronymus : *Nemo post Apostolos authoritatem habet*, In psal. 68. Argumentum à patribus ductum, optimum probationis genus dicit, contra quam *Tho. Mortonus* Hierarchicus : qui illud *Cani* approbat. *Infirmum est ex omnium patrum consensu argumentum.* Authoritatem deniq; patrum rationi praeferendam affirmat : contrà quam idem ex Salmerone. *Rationum efficacia omni authoritati praestare dignoscitur.* Apol. p. 2. l. 2. c. 14. Ibid. c. 17. Secundò, ideò scripturae interpretationem rectam esse probare Hierarchici solent, quòd eam ita patres interpretati sint, etsi nullam suae interpretationis rationem afferant ex scripturis. Exempli gratia, locum 1. Tim. 5. 17. de solis sacerdotibus intelligendum esse probat *Bilsonus*, quicquid docti homines recentiores sentiant, *quia Patres ita dixerunt, & secum hunc locum intellexerunt.* Rectè *Whitakerus* in causa simili, *Suam hanc expositionem consensu totius Ecclesiae comprobatam esse affirmat Iesuita. Ita mox a scripturis ad patres delabitur, nosque atria servantes postico fallit. Per quam hoc tenue fuit a Scripturis argumentum: cumque nullum haberet aliud, reliquum fuit, ut fugeret ad commentarios sententiasque patrum.* Cont. 4. q. 2. c. 2.

Tertio, ex eo, interpretationem scripturae malam esse arguere Hierarchici solent, quòd patrum suffragijs destituatur. Sic enim *Bancroftus* interpretationem nostram, Math, 18. *Dic Ecclesiae*, absurdam probat, quia nullus de patribus unquam ita hunc locum intellexit : & *Georgius Downamus* locum illum 1. Tim. 5. 17. de Senioribus nostris minimè intelligendum arguit : quia patres hunc locum de hujusmodi senioribus non intellexerunt : nam si unquam extitissent, eos patribus notos fuisse oportuit. Quid ego hic aliud responderem, quàm scripturam non fore scripturam istis, nisi hominibus placeat : quemadmodum olim *Tertullianus* : *Apud vos de humano arbitratu divinitas pensitatur. Nisi homini Deus placuerit, Deus non erit : homo iam Deo propitius esse debebit.* Oppono verò *Richardum Fyldum* Hierarchicum. *Professus est Cajetanus se scripturam etiam contra torrentem patrum interpretari velle si ratio suppetat*, reprehendit eum *Canus*, defendit contra *Canum Andradius*, cui accedit *Fyldus*. *De terrestri Paradyso concordant omnes patres*, Eugenius & Pererius *adversantur omnibus*, reprehendit eos *Bellarminus, defendit* Fyldus. Oppono deinde *Thomam Mortonum* Hierarchicum, qui *Bellarminum* & *Maldonatum* in eo approbant, quòd Scripturam ex ratione interpretentur, etiam cum authorem neminem haberent. Ita patres Scripturae aequiparant Hierarchici, cum authoritatem eis a se tribuunt perinde ac Scripturae : anteponunt autem, quum eiusdem interpretationem ideo verá volunt, quia patres adstipulantur, aut falsam quia adversantur.

Conc. ad cruc. Pauli ann. 1588. sect. 2. & 3. L. 1. p. 84. Apol. c. 5. De Eccles. l. 4. c. 2. Apol. Cathol. p. 2. l. 2. c. 17.

4 Hoc verò dum faciant multiplici peccato se obstringunt.

In 2. Cor. Homil.13. Primò, absurditate, cuius eos ita coarguit *Chrysostomus. Quomodo aliorum sententiam simpliciter sequi non absurdum? quum habeamus omnium exactissimam trutinam & gnomonem, ac regulam, divinarum inquam legum assertionem.*

In Math. Homil.1. Secundo, impietate in Deum, cujus eos ita idem coarguit. *Quia progrediente tempore multi impegerunt, scripta sunt quæ spiritus sanctus dictavit: vide quanti sit criminis non per istud auxilium velle proficere, Deum non putamus offendi quando ad alia convertimur.*

De fide. Tertio, superbia, cuius eos ita coarguit Basilius. *Quod si fidelis sit dominus fideliaque sint ejus mandata omnia, haud dubie, manifestissime a fide lapsus est, & crimen maximæ superbiæ vel a scripto residere, vel non scriptum admittere.*

Cont. Apol. p.2.p.266. Quarto, sacrilegio, cujus eos ita coarguit Isidorus sicuti citatur à Bilsono: *Is qui præest, si præter voluntatem Dei, vel præter quod in sacris scripturis evidenter præcipitur, vel dicit aliquid vel imperat, tanquam falsus testis Dei, & sacrilegus habeatur.*

De bono vidutat.c.1. Depec.merit.l.2.c.ult. Quinto, præsumptione, cujus eos ita coarguit Augustinus. *Sancta Scriptura nostræ doctrinæ regulam figit, ne audeamus sapere, plus quam oportet. Non sit aliud mihi te docere nisi verba tibi doctoris exponere.* Alibi: *Ubi de re obscurissima disputatur, non adjuvantibus divinarũ scripturarum certis clarisque documentis, cobibere se debet humana præsumptio.*

In Tit.1. Sexto, garrulitate cujus eos ita coarguit Hieronymus: *Sine scripturarum authoritas garrulitate non habet fidem.*

De hæres. l.1.c.7. Septimò & ultimo, hæresi, cuius eos ita coarguit Alphonsus a Castro: *Qui tam leviter de hæresi pronunciant, non expendentes de qua re loquuntur, sæpe sua ipsorum sagitta feriuntur, incidúntque in eam foveam quam parabant aliis. Nam velle humanas scripturas in divinarum ordinem connumerare, hoc verius ego dixerim hæresim, quia humanis scriptis dissentire ineptum autumant, perinde ac divinis. Hæretici Puritani sunt* (inquit Bancroftus) *quod cum Aerio discrimen Episcopi & presbyteri tollant*: at potiùs *Bancroftus* ipse *hæreticus*, tam leviter de hæresi pronnncians, inquit *Alphonsus*, quòd discrimen scripturæ & patrum tollat: nam a patribus dissentire ineptum putat, perinde ac a scripturis. Accommodata etiam reliqua sunt ad clamores Hierarchicos reliquos refutandos. Quòd enim nos *absurdos* clamant, *superbos, arrogantes, sacrilegos, impudentes*, quando nudas patrum authoritates repudiamus: id in eorum capita recidit, quum scripturâ sola divina non contenti, patres accersendos autumant.

Tertio, sua hac honorificentia erga partes Hierarchici, & suam incertam produnt, & aliorum fidem in incertitudinem pellunt

5 Rectę olim Tertullianus. *Fides in regula posita est, cedat curiositas fidei, cedat gloria saluti. Nihil ultra regulam scire, omnia scire est.* Ultra regulamvero fidem progredi Hierarchici volunt; qui fidem patribus adhibendam ita urgent, ut qui eis fidem denegarit, vix pro

Chri-

Christiano fideli habeant. Vide rhoc est in *Geor. Down.* qui in concione sua Lambethiana arguit pa: 29. *Si omnis antiquitas Aerio excepto, superioritatem Episcoporum agnoscit: tum superiores Episcopi fuerunt.* Negat *Refutator* hanc consequentiam firmam esse: quid ille? *Nemo hoc faceret* (inquit) *qui faciem Theologi, fere etiam dixerim, Christiani gerit. Hominem vero fidem omni antiquitati in materia facti, scriptura minimè contradicente denegare, aperta demonstratio est, eum novitati & singularitati potius quam veritati addictum esse. Testificatur omnis antiquitas unanimi consensu, Episcopos gradu in prima Ecclesia ministris reliquis superiores fuisse: & quisquam de nostris frontem habet, ut id verum esse deneget?* Ligat vero hæc omnia hoc conclusionis nodo. *Hucusque de authoritate antiquitatis qua hæc consequentia nititur.* Quis non videt authoritatem hic patribus a se tributam? Fidem huic authoritati debitam requiri? quam qui denegat, non Christianus nisi impudentissimus habendus sit. Non impedit quod obijcitur, scriptura minimè contradicente: relinquitur adhuc etenim quæstio, ipsa scriptura contradicat necne, quam ille consensu antiquitatis ita præjudicatam vult, ut scripturam minime contradicere censendum sit, quando unanimis antiquitatis consensus concordat: relinquitur etiam fidem antiquitati necessario adhibendam esse, quando scriptura de re aliqua nihil dicit: non etenim in materia facti contradicere scriptura potest, quando nihil de eadem omninò dicit. Hoc verò quàm absurdum dictu sit, a simili patefiet. Probat Bellarminus, *Romanũ pontificem Petri successorem esse a facto Petri, sedem Romæ collocantis: hoc factum Petri* (inquit) *ab omni antiquitate comprobatur: nam & omnes patres affirmant Petrum Romæ fuisse, & scriptura non contradicit: & ecquis frontem habet in materia facti, unanimi antiquori omnium consensui denegare fidem?* Similiter *H. Sarav.* in facto primæ Ecclesiæ primatum Episcopatus Hierarchici ponit; ad hujus etenim probationem se accingens, ita inchoat. *Episcopum reliquis ministris superiorem esse, facilime erit probatu, si hoc mihi primum detur, quod omnis dat antiquitas, Apostolorum successores esse.* Vides hic omnia paria: eundem etenim consensum totius antiquitatis habet *Bellarminus, Petrum Romæ* fuisse, atque *Saravia* Episcopos Apostolorum fuisse successores. Accomodata igitur ad utrosque *Guil. Whitakeri* responsio est. *Pontificia fides* (sic Hierarchica) *non potest esse* [illegible] *cum fundamento patrum ita nitatur, & hujus principium sit non divina sed humana authoritas. Velim hoc quivis perpendat: nam in eo aliquid momenti est. Possunt se ludere conjecturis, non autẽ certa aliqua πληροφορίᾳ acquiescere.* Quod de conjecturis dicitur, quàm nullum fidei fundamentũ præbeat, liquet vel ex ipso *Aquinate*, cujus ista verba sunt. *Sacra doctrina philosophorũ authoritatibus utitur tanquã extraneis & probabilibus: authoritate canonicæ scripturæ utitur, propriè ex necessitate argumentandi: Authoritatibus autem aliorum doctorum Ecclesiæ utimur, non quasi arguendo ex proprijs sed ex probabilibus. Innititur fides nostra revelatione Apostolis*

Def. l. 3. c. 2.

Cont. 4. q. 3. p. 354.

P. 1. q. 1. Art. 8.

stolis & Prophetis facta, qui canonicos libros scripserunt, non autem revelatione illa, si quæ fuerat aliis doctoribus facta. Allegatur sæpe a nostris *Hi. Zanchius* qui fidem suam aliquatenus antiquitate niti dicit: at hoc ita explicat ipse *Zanchius* alibi. *Qualis fuerit illa veteris & Apostolicæ Ecclesiæ forma tempore Christi & Apostolorum, liquido & certo apparet ex libris Evangelistarum & Apostolorũ: probabiliter autem ex reliquis post Apostolos antiquissimis Ecclesiasticis scriptoribus.* Quid igitur est? Fides Hiero. *Zanchii* aliquatenus quidem antiquitate nititur, sed non quasi certo fundamento, sed probabili tantummodo conjectura: sic vel a *Zanchio* suo discere *Georgius Downamus* potuerit, frontem Christianam gerere posse hominem eum, qui toti antiquitati fidem suam non adiunxerit. Quid enim? Probabilibus tantum conjecturis ita tenemur, ut eis credendum sit? Imo testimonia patrum extranea sunt (inquit Aquinas; non propria) & probabilitatem tanquam inducunt: at fides probabilibus non nititur, sed illi soli revelationi quæ scriptoribus canonicis facta est. Θεολογικώτερος igitur *Zanchio Aquinas* est: cujus fides aliquatenus antiquitate nititur, etiamsi ea tantum probabilis sit: multo magis *Downamo*, qui fidem ferè necessario in materia saltem facti ei adhibendam esse clamat. Aliter *Whitakerus*, qui de facto *Petri Romam* accedentis verba faciens, ab antiquitate tota comprobato, ita habet. *Nemo papisticam religionem fide retinere aut sequi potest sed opinione tantum & conjecturâ, qua quod hujus religionis fundamentum est, sub fidem non cadit.* Rursus, *Nititur hoc totum fide humanâ & ex historica veritate pendet; at fides & religio nostra certiori testimonio niti debet, nempe testimonio Spiritus sancti.*

De refor. ecclesi apud Sarav. de tripl. epis. p. 104.

Vbi supra.

Cont. 4. q. 3 p. 334.

6. Atque hæc si ita sint, inquies, authoritates patrum nè quidem omnino citandæ erunt: cui obiectioni, respondet *Daniel Chamierus De Oecumenico Pontific.* in præfat: *Guliel, Whitakerus* cont. 1. q. 6. c. 12. & *Iohannes Reynoldus Censur: Apocryphor:* Tom. 1: prælect. 17. *Quanquam itaque testimonia patrum nihil probent, aut afferre potuerint, ad fidem faciendam: non tamen probanda est* (inquit Whitakerus) *eorum sententia, qui patrum testimonia contemnenda ac rejicienda esse existimant.*

L. 7. c. 32.

Primò, inquit Whitakerus, *Patrum scripta scire periti Theologi est: quanquam enim in foro contentioso eorum authoritas parum valeat, ignavia tamen quædam est aut superbia ignorare, quid quique patrum senserint.* Hinc illa Socratis criminatio adversus Nestorium: *Hoc illi præ insigni inscitia & ignoratione contigit, Nam tametsi natura, lingua erat diserta, & propterea doctus putabatur, tamen revera imperitus fuit. Quinetiam veterum interpretum scripta perdiscere dedignatus est. Linguæ enim volubilitate & elegantia insolenter se efferens, cum veteres prope neglexit, tum seipsum omnibus antecellere existimavit.——Nestorius videtur veterum lucubrationes penitus ignorare: & ob eam causam hanc vocem Deiparam* (uti dixi) *duntaxat insectatur.*

Secundo

Digitized by Google

Secundo, quanquam patrum testimonia fidem non faciant, illustrant tamen inquit *Whitakerus* alibi : atq; ita citanda ex abundanti, sive ad cumulum ut loquitur *Iohannes Rainoldus* ex Augustino, de civitate Dei: lib. 18, c: 47.

Tertio, quanquam patrum testimonia fidem non faciunt, citanda tamen sunt in infirmorum fratrum gratiam: de quo *Iohannes Reynoldus* ita : *Pervellem quidem itidem liceret in refutando, scripturâ divinitùs inspirata tantum uti, quæ quæstionum omnium longè perfectissima norma est.* 1. *Tim.* 3. 16. *Sed quoniam eorum infirmitas sublevanda est, quorum palato cibus cælestis non est satis gratus nisi condiatur consensione hominum : idcirco patrum testimonia attexenda sunt , ad exemplar cætus Hierosolymitani, Actor.* 15. 25, *qui ad fratrum* Antiochiæ *degentium fidem confirmandam, divinæ sententiæ ascripserunt suam; & Pauli, qui ad animos dissentientium facilius inflectendos, Ecclesias sanctorum proponit pro exemplo* 1. *Corin.* 14. 33. *& ad Paganos persuadendos, Arati carmen citat, Actor.* 17. 28.

Cens. Apocr. Tom. 1. prælect. 2.

Quartò quanquam patrum testimonia fidem non faciant; quando tamen cum adversarijs eis (Papistas intellige & Hierarchicos) res est, qui patribus pugnant, non solū expedit, sed etiam necessarium est ut allegantur, uti *Reynoldo* atq; *Chamiero* visum. Hic posterior ita, *Facit ad disputationis magnificentiam quando veritati non tantùm necessaria ostenduntur abundare, sed & ea quæ ad elegantiam conferunt : facit etiam ad victoriæ certitudinem, quum hiis ipsis quibus impugnatur veritas repugnat, & armis excidij sui, vincit*: quæ verba sunt *Hilarij*, nō invenusta. Quid vero hęc pro Hierarchicis? qui pręterquā quod a patribus vitiosè arguūt ad fidē obligandam: in ipso citandi modo peccant, idq; non uno modo.

Primo, rariores in eorum scriptis scripturæ sunt, patres frequentiores : *ita illustramenta ipso fundamento illis potiora sunt*, contra disertissimam Augustini regulam, qui in disputationibus , non *ornamenta sed documenta quærenda* dicit.

De doctr. Christ. lib. 4. cap. 19.

Secundo, patres sæpe solos citant, absq; prævia scripturæ lucè, contra communem patrum ipsorum antiquorum praxim, de qua rectè Chamierus. *Veteres non antè patres citarunt , quàm postquam solidum fundamentum per scripturas iecissent : hoc postquam fecissent, tum demum augumenta ab authoritate in extrema disputatioone exponebant* : Sic *Theodoretus* in dialogis, *Gelasius* adversus *Eutychem*, *Leo Romanus* ad *Leonem Augustum*: sic reliqui plærique omnes.

Tertio, varias patrum atque hominum opiniones (ut in *Bilsono*, 1. Tim. 3. 17. exponente videre est) proponunt, & lectorum ambiguum relinquunt , quænam pro certo recipienda sint. Hoc non immeritò reprehendit in scholasticis *Antonius Sadeel* : quia ad Academicam ἐποχὴν inducendam potiùs facit (ab *Augustino* iugulatam) quàm ad generandam fidem : & Iovinianum imitatur, cui hæc objicit sanctus Hieronymus, quod γυμναστικῶς non δογματικῶς decertasset.

De verb. Dei scrip. in Præf. cont. Acad.

Quarto & ultimo. Nunquam fere Augustinus patres citat, nisi

Cont. Iulian. Pelag. l. 2.

Digitized by Google

L. de Natur. & Grat.

quando ab adversarijs provocatus erat, ipsis ad patrem per aliquem provocantibus. Facit hoc reformatis licitum, ut citent patres adversus Hierarchicos, qui ad patres provocant: Hierarchicis vero illicitum adversus reformatos, qui a patribus ad scripturas easque solas provocare vellent. *Mulier quid mihi tecum est*, dixit olim Christus: sic nobis, cum hominibus, quid quæso in causis fidei, negotij est? Reservētur patrum testimonia adversus papistas: adversus nos ne produci quidē possunt, nisi ea illis tribuatur authoritas, quam tribuūt papistæ, ut os invitis obthurare possint, qui honos scripturis solis debetur.

7 Quartò, sua erga patres honorificentiâ Hierarchici libertatem Christianam tollunt, nosque hominum servos fieri jubent, contra Apostolū 1. Cor. 7. 23. *Nolite fieri servi hominum.* Nam cum de scriptis judicare, & quæ in eisdem displicent libere rejicere, semper in Ecclesia Dei liberum fuit, ad calculos patrum ita nos jam revocant isti, ut nisi eorum authoritate nos constringi patiamur, indignum nos moliri facinus vociferentur.

Cont. Cres. Gramat. l. 2

Canon Scripturæ constitutus est (inquit Augustinus) *secundùm quem, de cæteris literis fidelium iudicemus.* Rursus

De baptis. cont. Donat. l. 2. c. 3.

Obycere nobis soletis Cypriani literas & concilium. Quis autem nescit Episcoporum literas, & per sermonem forte sapientiorem cujuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum graviorem authoritatem, doctorumque prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis fortè a veritate deviatum est.

Epist. 112. ad Paulin.

Rursus, *alijs testibus & testimoniis extra diuinas scripturas — quibus aliquid credēdum esse suadetur, tibi credere vel non credere liceat, quantum meriti ea ad faciendam fidem, vel habere, vel non habere perpenderis.*

De Trinit. L. 3.

Rursus: *Noli meis literis quasi Canonicis scripturis deservire: sed in illis & quæ non credebas, quum inveneris, incunctanter crede: in istis autē, quod certū nō habebas, nisi certū intellexeris, noli firmū tenere.* Rursus

Epist. 48. ad Vincent.

De Hilario & Cypriano, & Agrippino *loquens*: *Hoc genus literarum ab authoritate Canonica destinguendū est: non enim sic leguntur, tanquā ex eis testimonia ita proferātur ut cōtra sentire non liceat sicubi forte aliter alicubi sapuerunt quā veritas postulabat.*

Cont. cres. Gram. l. 2. c. 32.

Postremo, *Ego hujus epistolæ authoritate non teneor, qui literas Cypriani non ut Canonicas habeo sed ex Canonicis considero, & quod in eis divinarum scripturarum authoritati convenit, cum ejus laude accipio, quod non congruit, cum ejus pace respuo.*

Epist. 126. ad evagr.

Hieronymus postquam patrum sententias de Melchisedecho collegerat, subjungit. *Meum fuit citare theses, tuum sit de fide testium judicare.*

Dialog. 3.

Ad postremum, hortatur Theodoretus Eraniscin: *ut hortos patrum circumvolans, imitetur apes? quod bonum est, sumendo, quod noxim, relinquendo.*

Apol. Cathol. p. 2. l. 2 c. 18.

Citat & alia *Thomas Mortonus* Hierarchicus, quibus nititur probare, libere legenda sanctorum patrum scripta esse, & rejicienda, quando cum veritate non consentiunt. Quid ni igitur cum Apostolo non argumentaretur? *Nos soli libertatem non habemus, quam omnes habent* 1 Cor. 9. 6.

Surv. c. 27. prælect. L. 1. p. 144 145

Respondet *Bancroftus* & *Downamus*, nos hâc abuti libertate: *urgent patres* (inquit) *strenue cum eis favere videntur, at cum eorum libidini adversantur, tum eos nullo numero habent.* At ex

trivio

trivio Papistico acceptum istud convitium est. Dixerat Lutherus
olim *contestatos esse volo me prorsus nullis, quantumvis sancti patris autho-* Roffens. contra
ritate cogi velle, nisi quatenus judicio divinæ Scripturæ fuerit probatus. sut. Luther.
Si huic sententiæ non subscribant Hierarchici, in papistarum castra Proœm.
transeunt: si subscripserint nos liberarũt, & hoc convitiũ in proprios
humeros susceperunt: Quid enim apud Papistas solem⁹, quã nos pa- Angl. Rhe-
tres nunc magni facere, nunc nihili, *pro hæresos nostræ comodo, & patres* men. annot. in
subferulas nostras vocare pro libito nostro: nos denique patres pro semipatrib⁹, 1. Pet. 5. sect.
tantũ habere: quod non ut ipsi eos totos sequamur, eorũ doctrinã (non 4.
alia ex parte admittentes, alia repudiantes) integram complectentes. Tho. More.

Quinto, præ sua erga patres honorificentia Hierarchici honoris Apol. p. 2. l.
quem fratribus debent, imo præcipuis Ecclesiæ reformatæ lumini- 2. c. 17.
bus, obliviscuntur, ut in quos horrenda multa ejaculentur. Quod Duræus cont.
etenim Scultingius *Puritani cum patribus omnem authoritatem adimunt* Whitak. p.
sibi ipsis nullam relinquunt: id ab *Hadriano Saravia* hausit, cujus eadem 125. 140.
verba sunt: *Quisquis patribus omnem authoritatem adimit ipse sibi nullam* L. 10. c. 13.
relinquit: quod multo tolerabilius est, quam illud Dovvnami. *Qui* 65.
patribus fidem denegat ipse sibi nullum meretur. Fidem etenim scripturæ Devis. tract.
soli conservant omnes: quam fidem historicam requirit Meridithus Theol. in
Hanmerus, eam libentur historicis damus, sub illa quam proponit, Prolog.
judicandi libertate. Hanc tollit Dovvnamus in re Episcopali: sic pro-
babilibus conjecturis nos obstringit: probabilia etenim tantũmodo In præfat.
patres dare possunt, quibus certitudo nulla subest, quia semper illud
Philosophi axioma verum est. *Quædam falsa, sunt probabiliora, quibus-*
dam veris. Quod de Episcopo verissimum, Quod vero Saravia de
authoritate omni a nobis patribus ademta dicit: verum quidem est,
nos cum *Iohanne Iuello*, non vereri affirmare: *Iudicia patrum, a se, &*
sola, sine ulteriori authoritate, & verbi divini directione, non semper autho- Defens. Apol.
ramenta sufficientia sunt ad fidem nostram vel imperandam vel impetrandã. p. 1. c. 9. di-
Probat ex ipsis patribus, qui scripturis solis fidem nostram pendere vis. 4.
dicunt: quam solam authoritatem si Scripturis Hierarchici adimunt
nullam certè nec sibi, nec patribus relinquunt, juxta illud in jure
Canonico ab Augustino desumptum: *Qui divina testimonia non se-*
quuntur, pondus humani testimonij perdiderunt.

Secundò, nos Iuliano hæretico æquiparat *Bancroftus*: adversus Decret. p. 2.
quem sic Augustinus: *Usque adeo permiscuit ima summis longus dies, te-* caus. 23. q. 4.
nebræ adeo in lucem & lux in tenebras versæ sunt, ut videant Pelagius, Cele- c. 24.
stius, Iulianus, & cæci sint Hylarius, Cyprianus, Ambrosius? Cont. Pelag. Surv. c. 27.
lib. 2. c. 10. Sed male in nos, nec superbos, nec errantes, sed a patribus p. 352.
ad scripturas provocentes hoc intorquetur: quod rectè ab Augustino
in Iulianum objectum est, scripturis adeque ac ipsis patribus desti-
tutum: malè etiam Augustini exemplo se retegunt Hierarchici, qui
patres contra Iulianum non citavit, nisi postquam sententiam suam
apertis Scripturis confirmasset. Spirat igitur hoc convitium, amarorẽ
Papisticum illum, qui *Lutherum* profanitatis condemnavit, quòd

Digitized by Google

De Eccles. 13. c. 52.

se mille Cyprianos, mille Augustinos non curare dixerat. Defendit hæc ex parte *Lutherũ* Hierarchicus ipse *Richardus Fyldus*: quidni nos igitur in *Luthero* eandem veritatis causam agentes, ab hac *Bancrofti* accusatione planè eadem absolvamur?

Defens. l. 4. s. 1. p. 14.

Tertiò, nos patres pro idiotis habere, nos ipsos solos doctos putare dicit Dovvnamus: *Refutator* (inquit) *illiusque socij, annis* 1400. *immo quod ad patrum nonullos* 1500. *minores: patres tanquam idiotas condemnant: quasi non vidissent quod ipsi scilicet docti vident. Miror qua fronte, vel qua conscientia potiùs, hæc dicere refutator potuit?* Sed mirandum magis, non videre *Downamum*, *Bernardum* minimè idiotam fuisse, quantumvis (ut in Proverbio dicitur) non viderit omnia. Atque hunc *Bernardum*, se solum doctum existimâsse, quæso sequetur, quòd rivos commentariorum despexerit, & ad scripturas interpretandas, in scripturis solis meditandis se exercuerit, nullis alijs magistris, præter quercus & fagos, usus, *Augustinus* (inquit Iohannes *Reynoldus*)

Censur. Apocryph. tom. 1. prælect. 22.

contra *Hieronymum epist.* 19. *pressus multorum patrum testimonijs, ab eis omnibus provocat ad* Paulum: *Ab eis omnibus inquit qui aliud sentiunt, literarum tractatoribus provoca ad ipsum Apostolum. Dent veniam quilibet aliud opinantes, ego magis credo tanto Apostolo juranti, ecce per Christum non mentior.* Superbus jam *Downamo Augustinus* erit, & se solum doctum sentiens? certè durior hic quàm ipse *Torrensis* apud

Collat. cum Mart.

eundem: *qui licere dicit dissentire à patribus, dummodo id modestè fiat*: ita enim arguit ac si nulla à patribus dissensio fieri possit, nisi superba & immodesta.

9 Quartò, obijcit *Downamus* intollerabilem impudentiam. Observetur inquit, *tanquam intollerabilis impudentiæ indicium, in materia facti tam scripturis consona* (Titum *nempe &* Timotheum *Episcopos fuisse.*)

Lib. 2. c. 7. p. 126.

quenquam fidem denegare, constanti generali, perpetuoque consensui, antiquorum scriptorum, quorum nonnulli annos 1300. *vel etiam* 1400. *ante annos vixerunt.* Sed *Titum* & *Timotheum* Episcopos fuisse res non consona sed scripturis contraria est, ut suo loco demonstrabitur: quo respectu si nos impudentes qui homines, quid tum *Paulus*, qui ne

Tom. 4. in Gal. Hom. 1

Angelos quidem audiendos existimavit? unde sic *Chrysostomus*: Etiam *Angelis præponit scripturas. Nam Angeli sunt servi, at Scriptura non a servis, sed a Domino Deo ipso venit ad nos.* Consonat huic, quod habet Iuellus. *Ad intelligendas scripturas, opus nonnunquam patrum prudentia habemus: sed non tamen major illis fides habenda est, quàm quæ expedit, aut quam ipsi oblatam, recipere vellent.* Verè de eis omnibus

Defens. Apo. p. 1. c. 9. d. 1

quod *Seneca* olim in causa simili, dicere possumus. *Non sunt Domini, sed duces nostri.*

L. 5. c. 2.

Quintò, accusamur novitatis: sic enim *Downamus*: *Hominem fidem omni antiquitati in materia facti denegare aperta demonstratio est, eum novitati potiùs & singularitati, quàm veritati esse addictum.* At Episcopum Hierarchicum ab initio fuisse, & ab Apostolis profectum, non obstante antiquitate, rem esse novam, absque novitatis studio

judicare

Digitized by Google

judicare licet: nam & nova patres antiquos introducere potuisse, ostendit *Vincentius Lyrinensis*, qui authoritatem *Cypriani*, *Cecilij Africani*, aliorumque patrum qui favebant rebaptizationi, ita rejicit, *Quis fuit exitus illius disputationis? retenta est antiquitas : explosa novitas.* Cont. hæres. c. 9.

Sextò, intollerabiles nos esse exclamat *Downamus* & minimè ferendos: sic enim habet, postquam generalem antiquitatis consensum pro *Tito* & *Timotheo*, Episcopis intulisset: *Diu intollerabilem audaciam & arrogantiam esse, contrarium asserere.* At si temporibus ipsorum Patrum vixisset, intollerabilis audaciæ ipse condemnatus fuisset, quòd non scripturâ sola contentus, patres & antiquitatem crepuerit: sic enim *Iustinus Martyr.* *Dixi tibi sedulò te operam dare debere, tutus ut sis in omnibus, ut scripturis inhæreas. Aliàs te dicentem non sustinuissemus.* Lib. 4. c. 4. Dialog. cum Tryphon.

Septimò, patres contemnere dicimur: ac si salva patrum honorificenciâ, non iam hodie, perinde ac olim, quæ perperam patres scriptitarant, rejici queant. Sic *Augustinus*: *Neque quorumlibet disputationes quamvis Catholicorum & cordatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salva honorificentiâ quæ illis debetur hominibus aliquid in eorum scriptis improbare, & respuere, si fortè invenerimus quòd aliter senserant, quam veritas habet, divino adjutorio, vel ab illis intellecta vel à nobis.* Præcipuum in causa Hierarchicâ hæc habent locum: quum Episcopatus enormem eminentiam plus videre nequiret, quàm ipsum Antichristum, cuius embrio erat: qua in causa id jam dicimus, quod *Whitakerus*: *Videmus patribus hac in re non esse multum tribuendum, qui tam incerta, futilia, absurda de Antichristo tradiderunt. Absit ergo ut illi hac in re nobis fucum faciant.* Patribus quidem id tribuendum est, quod merentur, sed non dicendum ut ille. *Malo cum patribus errare, quàm cum aliis verum sentire.* Epist. 111. Cont. 4. q. 5. p. 685

Octavò & ultimò, ecquid aliud adversùs nos habent Hierarchici quod objiciant, quàm quod nuda sanctorum patrum testimonia, à scripturis destituta rejiciamus? Imò inquit *Whitgiftus* & *Bancroftus*: *Patres convitio impetit: nam dicit* Cartwrightus *nos in fossis rostrare quando patres allegamus.* Quid ni diceret, scripturas fonti, patres in earum comparatione, fossis, & cisteris æquiparando, præsertim cum ad rem falsam comprobandam afferuntur? Certè monet *Gregorius Nazianzenus*: [illas in cœno immorari & luto adhærescere, qui non contendunt ad purissimam scripturarum divinarum fontem.] Sic *Lactantius*: [Quoniam multæ hæreses extiterunt —— determinanda nobis est veritas & in suo proprio domicilio collocanda: ut si quis aquam vitæ cupiat haurire, non ad detritos lacus deferatur, qui non habent venam, sed uberrimum Dei noverit fontem, quo irrigatus, perenni luce potiatur.] Sic *Ruffinus* [Ex fontibus verbi Dei in libris Canonicis patefacti, haurienda sunt pocula.] Similiter *Iohannes* Survey. cap. 27. p. p. 332 Ad Nemes. & de reb. suis. Instit. divin. l. 4. In Symbol.

frontis Sutclivius, ut universo Patrum consensui in materia facti fidē denegat? Certe, idque ea in Patres acerbitate, quæ in nostrarum scriptis nullibi reperitur: ita enim habet. *Incertum est an Petro ex ur-*
De Pontif. Rom. l. 2. 6. *be fugienti apernerit Christus & ea dixerit quæ narrat Egesippus. De excidio Hierosolym. lib. 3. cap. 2. Ambrosius, & Gregorius & fortasse Athanasius fabulam, ex Egesippo hauserunt.* Rursus: *Plærique patrum aliena loquuntur, reliqui audita & fama recepta narrant, quæ nihil probant præter incertam famam. Irenæus de Petro tantum quæ fama divulgarat dedit.* Eusebius *nihil præter audita loquitur. Arnobius non aliter narrat*
Ibid. l. 2. c. 11. *quam alij, à quibus ea priùs acceperat. Epiphanius de Petro traditionem veterem memoriæ pandit. Chrisostomus & Orosius, audita tantùm narrant.* Omitto reliqua: hæc satis ostendunt non minùs quam nos quandoque Hierarchicos patres rejicere: in hoc tantùm discrimen est, cum à scripturis & veritate discedunt patres tum eos nos relinquimus, illi vero, cum verè sentiunt, & secundùm scripturas docent. Atque hoc in citandis patribus, erratum Hierarchicum primum est: nempe quòd patribus nimiam authoritatem tribuat.

CAP. 13.

Erratum Hierarchicorum secundum quòd patres fictitios reformatis obtrudunt.

Dig. de test. SEcundum sequitur: quòd Patres fictitios in scenam producant. Dixit Adrianus apud Iurisconsultos: *Testibus non testimonijs credendum esse*: quis igitur nobis difficilem laborem objectum neget, quibus non solùm cum testimoniis falsis, verumetiam cum falsis testibus, est confligendum, Quanquam enim causam prodat famelicam, umbras Patrum, instar patrum verorum, consectari: ea tamen Hierarchicorum audacia est, ut etiam falsis patrum nominibus imperitis imponere non vereantur.

Decat. p. 4. dist. 15. c. 3. Primus autem, quo nitentur suppositius scriptor, author libri illius est, cui nomen inscribitur Canones Apostolorum, quem pro primate Episcoporum & Archiepiscoporum citat *Thomas Bilsonus* de perpet. Eccles. gubernat. cap. 14. pag. 385. *Hadrianus Saravia* cont. Bez. de divers. minist. grad. c. 20. p. 192. & *Georgius Downamus* Defes. Lib. 2. Pag. 13. & c. 7. p. 138. 139.

Primo, hunc librum a Gelasio & 70. Episcopis in concilio Romę habito condemnatum fuisse, vel ipsi inficiari nequeunt: Respondet Saravia. Quòd *Gelasius titulum damnavit, nec habere titulum Apostolorum canones voluit, non idcirco singulos reiecit, cum ipsa inter suos canones, Plures inseruerit.* Dovvnamus vero, *viros nostros alioqui iudiciosos, multum hallucinatos fuisse; quasi a jure Canonico, & ab Isidoro hy cano-*
L. 2. c. 1. p. 139. *nes condemnati fuerint: cum distinctionis decimæ sextæ præcipuus scopus sit, horum Canonum authoritatem asserere, quanquam non ut scripturarum*

rum Canonicarum, tamen ut authenticorum Canonum. Vt de distinctione hac 16, nihil dicam: si hac distinctione non condemnentur, à iure tamen Canonico condemnantur. Quid enim de distinctione 15. dices? Titulus ibi tantùm libri condemnatur, inquit *Sarav*a, non Canones ipsi. Inspiciantur igitur verba ipsa Gelasij. *Quæ ab hæreticis vel a schismaticis, conscripta vel prædicata sunt, nulla tenus recipit Catholica & Apostolica Ecclesia Romana: è quibus pauca quæ ad memoriam venerunt & a Catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.* In enumeratione verò subsequenti, liber iste Canon. Apostol. inter cæteros condemnatur. Non igitur titulus solùm libri sed & liber ipse rejicitur, contra *Sarav.* & rejicitur, tanquam non recipiendns, imò tanquam vitandus contra *Down.* qui hunc librum minime à iure Canonico condemnatum dicit, sed authoritatem authenticorum Canonum illi relictam esse affirmat. Quomodo quæso hoc fieri potest, ut authentica illius authoris authoritas sit, qui impudentissimè personam Apostolorum induit? Quodsi titulus libri aliunde ascriptus esset, verèque asseruisset *Bilsonus*, hunc librum ab alijs Canonem Apostolorum appellatum fuisse, quòd cum Apostolorum doctrina consentiat, aliquid esset. Atqui secus est: author ipse sub nomine Apostolorum hos Canones edidit: ut hæc testantur Canone 85. *Libri nostri, & Acta nostra, id est Apostolorum*: quibus verbis nonne ipsos Apostolos loquentes inducit, at si hij canones ab ipsis Apostolis fuissent editi; Certe sanior *Bils.* atq; *Sarav.* vel *Bellar.* ipse est, qui hanc fraudem & imposturam usq; eo abominatur, ut affirmare non dubitaret non sine causa *Gelasium* numerasse Canones Apostolorum inter Apocrypha. Sic *Bessarion* apud *Iuellum*, de Sacrament: *Eucharist*: *Licet hæc Clementis verba inter Apocryphas scripturas commemorare solent: placet tamen eis in præsentiarum tanquam veris assentiamur.* Cont. 1. l. 2. cap. 20. Nempe impudentiæ esse putavit hunc librum citare sub Apostolorum nomine falso consciptum, nisi pro præsenti supponeretur, eum verum Apostolorum fœtum esse. Art. 1. p. 7. *Downamus* è contra, fætum Apolorum fictitium agnoscit, & tamen non citat solum, sed ad alios etiã obligandos citat. Quanto melius *Leo* apud Iuellum. *Apocryphæ scripturæ quæ sub nominibus Apostolorum multarum habent seminarium falsitum, non solùm interdicendæ, sed etiam penitus auferendæ atque ignibus tradendæ sunt.* Quod dicit *Saravia*, *Gelasium* ex hoc libro Canones non nullos sumpsisse, ac proinde librum ipsum non condemnasse, falsum est: canones hic nonnulli satis boni sunt. quid tum? num quisque liber recipiendus aut utendus, quia nonnihil veri continet? imò è contra, quia veris hìc falsa commixta sunt, ideo librum ipsum vetandum *Gelasius*, ignibus tradendum rectè Leo censuit.

Secundò, multos subditítios Canones hic reperiri si inficientur, ipsis sane Papistis deteriores Hierarchici sunt: cum hoc fateatur *Cæsar Baronius*, fateatur *Sixtus Senensis*, fateatur *Lindanus*: qui

4 Hoc verò dum faciunt multiplici peccato se obstringunt.

In 2. Cor. Homil. 13. Primò, absurditate, cuius eos ita coarguit Chrysostomus. *Quomodo aliorum sententiam simpliciter sequi non absurdum? quum habeamus omnium exactissimam trutinam & gnomonem, ac regulam, divinarum inquam legum assertionem.*

In Math. Homil. 1. Secundo, impietate in Deum, cujus eos ita idem coarguit. *Quia progrediente tempore multi impegerunt, scripta sunt quæ spiritus sanctus dictavit: vide quanti sit criminis non per istud auxilium velle proficere, Deum non putamus offendi quando ad alia convertimur.*

De fide. Tertio, superbia, cuius eos ita coarguit Basilius. *Quod si fidelis sit dominus fideliaque sint ejus mandata omnia, haud dubie, manifestissime a fide lapsus est, & crimen maximæ superbiæ vel a scripto residere, vel non scriptum admittere.*

Cont. Apol. p. 2. p. 266. Quarto, sacrilegio, cujus eos ita coarguit Isidorus sicuti citatur à Bilsono: *Is qui præest, si præter voluntatem Dei, vel præter quod in sacris scripturis evidenter præcipitur, vel dicit aliquid vel imperat, tanquam falsus testis Dei, & sacrilegus habeatur.*

De bono viduat. c. 1. De pec. merit. l. 2. c. ult. Quinto, præsumptione, cujus eos ita coarguit Augustinus. *Sancta Scriptura nostræ doctrinæ regulam figit, ne audeamus sapere, plus quam oportet. Non sit aliud mihi te docere nisi verba tibi doctoris exponere.* Alibi: *Ubi de re obscurissima disputatur, non adjuvantibus divinarū scripturarum certis clarisque documentis, cobibere se debet humana præsumptio.*

In Tit. 1. Sexto, garrulitate cujus eos ita coarguit Hieronymus: *Sine scripturarum authoritas garrulitate non habet fidem.*

De hæres. l. 1. c. 7. Septimò & ultimo, hæresi, cuius eos ita coarguit Alphonsus a Castro: *Qui tam leuiter de hæresi pronunciant, non expendentes de qua re loquuntur, sæpe sua ipsorum sagitta feriuntur, incidūtque in eam foveam quam parabant alijs. Nam velle humanas scripturas in divinarum ordinem connumerare, hoc verius ego dixerim hæresim, quia humanis scriptis dissentire ineptum autumant, perinde ac divinis. Hæretici Puritani sunt* (inquit Bancroftus) *quod cum Aerio discrimen Episcopi & presbyteri tollant:* at potius *Bancroftus* ipse *hæreticus*, tam leviter de hæresi pronnncians, inquit *Alphonsus*, quòd discrimen scripturæ & patrum tollat: nam a patribus dissentire ineptum putat, perinde ac a scripturis. Accommodata etiam reliqua sunt ad clamores Hierarchicos reliquos refutandos. Quòd enim nos *absurdos* clamant, *superbos, arrogantes, sacrilegos, impudentes*, quando nudas patrum authoritates repudiamus: id in eorum capita recidit, quum scripturâ sola divina non contenti, patres accersendos autumant.

Tertio, sua hac honorificentia erga partes Hierarchici, & suam in certam produnt, & aliorum fidem in incertitudinem pellunt

5 Rectè olim Tertullianus. *Fides in regula posita est, cedat curiositas fidei, cedat gloria saluti. Nihil ultra regulam scire, omnia scire est.* Ultra regulam verò fidem progredi Hierarchici volunt; qui fidem patribus adhibendam ita urgent, ut qui eis fidem denegarit, vix pro

Digitized by Google

Christiano fideli habeant. Videre hoc est in *Geor. Down.* qui in concione sua Lambethiana arguit pa: 29. *Si omnis antiquitas Aerio excepto, superioritatem Episcoporum agnoscit: tum superiores Episcopi fuerunt.* Negat *Refutator* hanc consequentiam firmam esse: quid ille? *Nemo hoc faceret* (inquit) *qui faciem Theologi, fere etiam dixerim, Christiani gerit. Hominem vero fidem omni antiquitati in materia facti, scriptura minimè contradicente denegare, aperta demonstratio est, eum novitati & singularitati potius quam veritati addictum esse. Testificatur omnis antiquitas vnanimi consensu, Episcopos gradu in prima Ecclesia ministris reliquis superiores fuisse: & quisquam de nostris frontem habet, ut id verum esse deneget?* Ligat vero hæc omnia hoc conclusionis nodo. *Hucusque de authoritate antiquitatis qua hæc consequentia nititur.* Quis non videt authoritatem hic patribus a se tributam? Fidem huic authoritati debitam requiri? quam qui denegat, non Christianus nisi impudentissimus habendus sit. Non impedit quod objicitur, scriptura minimè contradicente: relinquitur adhuc etenim quæstio, ipsa scriptura contradicat necne, quam ille consensu antiquitatis ita præjudicatam vult, ut scripturam minime contradicere censendum sit, quando unanimis antiquitatis consensus concordat: relinquitur etiam fidem antiquitati necessario adhibendam esse, quando scriptura de re aliqua nihil dicit: non etenim in materia facti contradicere scriptura potest, quando nihil de eadem omninò dicit. Hoc verò quàm absurdum dictu sit, a simili patefiet. Probat Bellarminus, *Romanū pontificem Petri successorem esse a facto Petri, sedem Romæ collocantis: hoc factum Petri* (inquit) *ab omni antiquitate comprobatur: nam & omnes patres affirmant Petrum Romæ fuisse, & scriptura non contradicit: & ecquis frontem habet in materia facti, vnanimi antiquorū omnium consensui denegare fidem?* Similiter *H. Sarav.* in facto primæ Ecclesiæ primatum Episcopatus Hierarchici ponit; ad hujus etenim probationem se accingens, ita inchoat. *Episcopum reliquis ministris superiorem esse, facilime erit probatu, si hoc mihi primum detur, quod omnis dat antiquitas, Apostolorum successores esse.* Vides hic omnia paria: eundem etenim consensum totius antiquitatis habet *Bellarminus, Petrum Romæ* fuisse, atque *Saravia* Episcopos Apostolorum fuisse successores. Accomodata igitur ad utrosque *Guil. Whitakeri* responsio est. *Pontificia fides* (sic Hierarchica) *non potest esse θεόπνευστος cum fundamento patrum ita nitatur, & hujus principium sit non divina sed humana authoritas. Velim hoc quivis perpendat: nam in eo aliquid momenti est. Possunt se ludere conjecturis, non autē certa aliqua πληροφορίᾳ acquiescere.* Quod de conjecturis dicitur, quam nullum fidei fundamentū præbeat, liquet vel ex ipso *Aquinate*, cujus ista verba sunt. *Sacra doctrina philosophorū authoritatibus utitur tanquā extraneis & probabilibus: authoritate canonicæ scripturæ utitur, propriè ex necessitate argumentandi: Authoritatibus autem aliorum doctorum Ecclesiæ utimur, non quasi arguendo ex propriis sed ex probabilibus. Innititur fides nostra, revelatione Apostolis*

Def. l. 3. c. 2.

Cont. 4. q. 3. p. 354.

P. 1. q. 1. Art. 8.

stolis & Prophetis facta, qui canonicos libros scripserunt, non autem revelatione illa, si quæ fuerat aliis doctoribus facta. Allegatur sæpe a nostris *Hi. Zanchius* qui fidem suam aliquatenus antiquitate niti dicit: at hoc ita explicat ipse *Zanchius* alibi. *Qualis fuerit illa veteris & Apostolicæ*
De refor. ecclesi apud Savav. de tripl. epis. p. 104. *Ecclesiæ forma tempore Christi & Apostolorum, liquido & certo apparet ex libris Evangelistarum & Apostolorũ: probabiliter autem ex reliquis post Apostolos antiquissimis Ecclesiasticis scriptoribus.* Quid igitur est? Fides *Hiero. Zanchij* aliquatenus quidem antiquitate nititur, sed non quasi certo fundamento, sed probabili tantummodo conjectura: sic vel a *Zanchio* suo discere *Georgius Downamus* potuerit, frontem Christianam gerere posse hominem eum, qui toti antiquitati fidem suam non adiunxerit. Quid enim? Probabilibus tantum conjecturis ita tenemur, ut eis credendum sit? Imo testimonia patrum extranea sunt (inquit Aquinas; non propria) & probabilitatem tanquam inducunt: at fides probabilibus non nititur, sed illi soli revelationi quæ scriptoribus canonicis facta est. ϑεολογητὸς igitur *Zanchio Aquinas* est: cujus fides aliquatenus antiquitate nititur, etiamsi ea tantum probabilis sit: multo magis *Downamo*, qui fidem ferè necessariò in materia saltem facti ei adhibendam esse clamat. Aliter *Whitakerus*, qui de facto *Petri Romam* accedentis verba faciens, ab antiquitate tota comprobato, ita habet. *Nemo papisticam*
Vbi supra. *religionem fide retinere aut sequi potest sed opinione tantum & conjecturâ, qua quod hujus religionis fundamentum est, sub fidem non cadit.* Rursus,
Cont. 4. q. 3. p. 334. *Nititur hoc totum fide humanâ & ex historica veritate pendet; at fides & religio nostra certiori testimonio niti debet, nempe testimonio Spiritus sancti.*

6. Atque hæc si ita sint, inquies, authoritates patrum nè quidem omnino citandæ erunt: cui obiectioni, respondet *Daniel Chamierus De Oecumenico Pontific.* in præfat: *Guliel, Whitakerus* cont. 1. q. 6. c. 12. & *Iohannes Reynoldus Censur: Apocryphor:* Tom. 1: prælect. 17.
L. 7. c. 32. *Quanquam itaque testimonia patrum nihil probent, aut afferre potuerint, ad fidem faciendam: non tamen probanda est* (inquit Whitakerus) *eorum sententia, qui patrum testimonia contemnenda ac rejicienda esse existimant.*

Primò, inquit Whitakerus, *Patrum scripta scire periti Theologi est: quanquam enim in foro contentioso eorum authoritas parum valeat, ignavia tamen quædam est aut superbia ignorare, quid quique patrum senserint.* Hinc illa Socratis criminatio adversus Nestorium: *Hoc illi præ insigni inscitia & ignoratione contigit, Nam tametsi natura, lingua erat diserta, & propterea doctus putabatur, tamen revera imperitus fuit. Quinetiam veterum interpretum scripta perdiscere dedignatus est. Linguæ enim volubilitate & elegantia insolenter se efferens, cum veteres prope neglexit, tum seipsum omnibus antecellere existimavit.* —— *Nestorius videtur veterum lucubrationes penitus ignorare, & ob eam causam hanc vocem Deiparam* (uti *dixi*) *duntaxat insectatur.*

Secundo

Secundo, quanquam patrum testimonia fidem non faciant, illustrant tamen inquit *Whitakerus* alibi : atq; ita citanda ex abundanti, sive ad cumulum ut loquitur *Iohannes Rainoldus* ex Augustino, de civitate Dei: lib. 18, c: 47.

Tertio, quanquam patrum testimonia fidem non faciunt, citanda tamen sunt in infirmorum fratrum gratiam: de quo *Iohannes Reynoldus* ita : *Pervellem quidem itidem liceret in refutando, scripturâ divinitùs inspirata tantum uti, quæ quæstionum omnium longè perfectissima norma est.* 1. *Tim.* 3. 16. *Sed quoniam eorum infirmitas sublevanda est, quorum palato cibus cælestis non est satis gratus nisi condiatur consensione hominum : idcirco patrum testimonia attexenda sunt , ad exemplar cætus Hierosolymitani, Actor.* 15. 25, *qui ad fratrum Antiochiæ degentium fidem confirmandam, divinæ sententiæ ascripserunt suam; & Pauli, qui ad animos dissentientium facilius inflectendos, Ecclesias sanctorum proponit pro exemplo* 1. Corin. 14. 33. *& ad Paganos persuadendos, Arati carmen citat, Actor.* 17. 28.

Cens. Apocr. Tom. 1. prælect. 2.

Quartò quanquam patrum testimonia fidem non faciant; quando tamen cum adversarijs eis (Papistas intellige & Hierarchicos) res est, qui patribus pugnant, non solũ expedit, sed etiam necessarium est ut allegantur, uti *Reynoldo* atq; *Chamiero* visum. Hic posterior ita, *Facit ad disputationis magnificentiam quando veritati non tantùm necessaria ostenduntur abundare, sed & ea quæ ad elegantiam conferunt : facit etiam ad victoriæ certitudinem, quum hiis ipsis quibus impugnatur veritas repugnat, & armis excidij sui, vincit*: quæ verba sunt *Hilarij*, nõ invenusta. Quid vero hęc pro Hierarchicis? qui pręterquã quod a patribus vitiosè arguũt ad fidẽ obligandam: in ipso citandi modo peccant, idq; non uno modo.

Primo, rariores in eorum scriptis scripturæ sunt, patres frequentiores : *ita illustramenta ipso fundamento illis potiora sunt*, contra disertissimam Augustini regulam, qui in disputationibus , non *ornamenta sed documenta quærenda* dicit.

De doctr. Christ. lib. 4. cap. 19.

Secundo, patres sæpe solos citant, absq; prævia scripturæ luce, contra communem patrum ipsorum antiquorum praxim, de qua rectè Chamierus. *Veteres non antè patres citarunt , quàm postquam solidum fundamentum per scripturas iecissent : hoc postquam fecissent, tum demum augumenta ab authoritate in extrema disputatioone exponebant* : Sic *Theodoretus* in dialogis, *Gelasius* adversus *Eutychem*, *Leo Romanus* ad *Leonem Augustum*: sic reliqui plærique omnes.

Tertio, varias patrum atque hominum opiniones (ut in *Bilsono*, 1. Tim. 3. 17. exponente videre est) proponunt, & lectorum ambiguum relinquunt , quænam pro certo recipienda sint. Hoc non immeritò reprehendit in scholasticis *Antonius Sadeel* : quia ad Academicam ἐποχὴν inducendam potiùs facit (ab *Augustino* iugulatam) quàm ad generandam fidem : & Iovinianum imitatur, cui hæc objicit sanctus Hieronymus, quod γυμναστικῶς non δογματικῶς decertasset.

De verb. Dei scrip. in Præf. cont. Acade.

Cont. Iulian. Pelag. l. 4.

Quarto & ultimo. Nunquam fere Augustinus patres citat, nisi

 quando

L. de Natur. & Grat. quando ab adversarijs provocatus erat, ipsis ad patrem per aliquem provocantibus. Facit hoc reformatis licitum, ut citent patres adversus Hierarchicos, qui ad patres provocant: Hierarchicis vero illicitum adversus reformatos, qui a patribus ad scripturas easque solas provocare vellent. *Mulier quid mihi tecum est*, dixit olim Christus: sic nobis, cum hominibus, quid quæso in causis fidei, negotij est? Reservetur patrum testimonia adversus papistas: adversus nos ne produci quidē possunt, nisi ea illis tribuatur authoritas, quam tribuūt papistæ, ut os invitis obthurare possint, qui honos scripturis solis debetur.

7 Quartò, sua erga patres honorificentiâ Hierarchici libertatem Christianam tollunt, nosque hominum servos fieri jubent, contra Apostolū 1. Cor. 7. 23. *Nolite fieri servi hominum.* Nam cum de scriptis judicare, & quæ in eisdem displicent libere rejicere, semper in Ecclesia Dei liberum fuit, ad calculos patrum ita nos jam revocant isti, ut nisi eorum authoritate nos constringi patiamur, indignum nos moliri facinus vociferentur. Cont. Cresc. Gramat. l. 2 *Canon Scripturæ constitutus est* (inquit Augustinus) *secundùm quem, de cæteris literis fidelium iudicemus.* Rursus De baptis. cont. Donat. l. 2. c. 3. *Objicere nobis soletis Cypriani literas & concilium. Quis autem nescit Episcoporum literas, & per sermonem forte sapientiorem cujuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum graviorem authoritatem, doctorumque prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis fortè a veritate deviatum est.* Rursus, Epist. 112. ad Paulin. *alijs testibus & testimoniis extra diuinas scripturas — quibus aliquid credēdum esse suadetur, tibi credere vel non credere liceat, quantum meriti ea ad faciendam fidem, vel habere, vel non habere perpenderis.* Rursus: De Trinit. L. 3. *Noli meis literis quasi Canonicis scripturis deservire: sed in illis & quæ non credebas, quum inveneris, incunctanter crede: in istis autē, quod certū nō habebas, nisi certū intellexeris, noli firmū tenere.* Rursus Epist. 48. ad Vincent. De Hilario & Cypriano, & Agrippino *loquens: Hoc genus literarum ab authoritate Canonica destinguendū est: non enim sic leguntur, tanquā ex eis testimonia ita proferātur ut cōtra sentire non liceat sicubi forte aliter alicubi sapuerunt quā veritas postulabat.* Postremo, Cont. cres. Gram. l. 2. c. 32. *Ego hujus epistolæ authoritate non teneor, qui literas Cypriani non ut Canonicas habeo sed ex Canonicis considero, & quod in eis divinarum scripturarum authoritati convenit, cum ejus laude accipio, quod non congruit, cum ejus pace respuo.* Hieronymus Epist. 126. ad Evagr. postquam patrum sententias de Melchisedecho collegerat, subjungit. *Meum fuit citare theses, tuum sit de fide testium judicare.* Ad postremum, Dialog. 3. hortatur Theodoretus Eranistem: *ut hortos patrum circumvolans, imitetur apes? quod bonum est, sumendo, quod noxium, relinquendo.*

Apol. Cathol. p. 2. l. 2 c. 18. Citat & alia *Thomas Mortonus* Hierarchicus, quibus nititur probare, libere legenda sanctorum patrum scripta esse, & rejicienda, quando cum veritate non consentiunt. Quid ni igitur cum Apostolo non argumentaretur? *Nos soli libertatem non habemus, quam omnes habent* 1 Cor. 9. 6. Respondet *Bancroftus* & *Downamus*, Surv. c. 27. prælect. L. 1. p. 144 & 45 nos hâc abuti libertate: *urgent patres* (inquit) *strenue cum eis favere videntur, at cum eorum libidini adversantur, tum eos nullo numero habent.* At ex

trivio

trivio Papistico acceptum istud convitium est. Dixerat Lutherus olim *contestatos esse volo me prorsus nullis, quantumvis sancti patris authoritate cogi velle, nisi quatenus judicio divinæ Scripturæ fuerit probatus.* Si huic sententiæ non subscribant Hierarchici, in papistarum castra transeunt: si subscripserint nos liberarũt, & hoc convitiũ in proprios humeros susceperunt: Quid enim apud Papistas solem⁹, quã nos patres nuncmagni facere, nunc nihili, *pro hæresos nostræ comodo, & patres subferulas nostras vocare pro libito nostro: nos deniq; patres pro semipatrib⁹, tantũ habere*: quod non ut ipsi eos totos sequamur, eorũ doctrinã (non alia ex parte admittentes, alia repudiantes) integram complectentes.

Roffens. *contra* Lut. Luther. Proœm.

Angl. Rhemen. annot. in 1. Pet. 5. sect. 4.

Tho. More. *Apol. p.* 2. l. 2. c. 17.

Quinto, præ sua erga patres honorificentia Hierarchici honoris quem fratribus debent, imo præcipuis Ecclesiæ reformatæ luminibus, obliviscuntur, ut in quos horrenda multa ejaculentur. Quod etenim Scultingius *Puritani cum patribus omnem authoritatem adimunt sibi ipsis nullam relinquunt*: id ab *Hadriano Saravia* hausit, cujus eadem verba sunt: *Quisquis patribus omnem authoritatem adimit ipse sibi nullam relinquit*: quod multo tolerabilius est, quam illud Dovvnami. *Qui patribus fidem denegat ipse sibi nullum meretur.* Fidem etenim scripturæ soli conservant omnes: quam fidem historicam requirit Meridithus Hanmerus, eam libentur historicis damus, sub illa quam proponit, judicandi libertate. Hanc tollit Dovvnamus in re Episcopali: sic probabilibus conjecturis nos obstringit: probabilia etenim tantũmodo patres dare possunt, quibus certitudo nulla subest, quia semper illud Philosophi axioma verum est. *Quædam falsa, sunt probabiliora, quibusdam veris.* Quod de Episcopo verissimum, Quod vero Saravia de authoritate omni a nobis patribus ademta dicit: verum quidem est, nos cum *Iohanne Iuello*, non vereri affirmare: *Iudicia patrum, a se, & sola, sine ulteriori authoritate, & verbi divini directione, non semper authoramenta sufficientia sunt ad fidem nostram vel imperandam vel impetrandã.* Probat ex ipsis patribus, qui scripturis solis fidem nostram pendere dicunt: quam solam authoritatem si Scripturis Hierarchici adimunt nullam certè nec sibi, nec patribus relinquunt, juxta illud in jure Canonico ab Augustino desumptum: *Qui divina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonij perdiderunt.*

Durans contra Whitak. p. 125. 140.

L. 10. c. 13. 65.

Devis. tract. Theol. in Prolog.

In præfat.

Defens. Apol. p. 1. c. 9. divis. 4.

Secundò, nos Iuliano hæretico æquiparat *Bancroftus*: adversus quem sic Augustinus: *Vsque adeo permiscuit ima summis longus dies, tenebræ adeo in lucem & lux in tenebras versæ sunt, ut videant Pelagius, Celestius, Iulianus, & cæci sint Hylarius, Cyprianus, Ambrosius?* Cont. Pelag. lib. 2. c. 10. Sed male in nos, nec superbos, nec errantes, sed a patribus ad scripturas provocentes hoc intorquetur: quod rectè ab Augustino in Iulianum objectum est, scripturis adeque ac ipsis patribus destitutum: malè etiam Augustini exemplo se retegunt Hierarchici, qui patres contra Iulianum non citavit, nisi postquam sententiam suam apertis Scripturis confirmasset. Spirat igitur hoc convitium, amarorẽ Papisticum illum, qui *Lutherum* profanitatis condemnavit, quòd

Decret. p. 2. caus. 23. q. 4. c. 24.

Surv. c. 27. p. 352.

De Eccles. 43. c. 52.

se mille Cyprianos, mille Augustinos non curare dixerat. Defendit hac ex parte *Lutherū* Hierarchicus ipse *Richardus Fyldus*: quidni nos igitur in *Luthero* eandem veritatis causam agentes, ab hac *Bancrofti* accusatione planè eadem absolvamur?

Defens. l. 4. c. 1. p. 14.

Tertiò, nos patres pro idiotis habere, nos ipsos solos doctos putare dicit Dovvnamus: *Refutator* (inquit) *illiusque socij, annis* 1400. *immo quod ad patrum nonullos* 1500. *minores: patres tanquam idiotas condemnant: quasi non vidissent quod ipsi scilicet docti vident. Miror qua fronte, vel qua conscientia potiùs, hæc dicere refutator potuit?* Sed mirandum magis, non videre *Downamum, Bernardum* minimè idiotam fuisse, quantumvis (ut in Proverbio dicitur) non viderit omnia. Atque hunc *Bernardum*, se solum doctum existimâsse, quæso sequetur, quòd rivos commentariorum despexerit, & ad scripturas interpretandas, in scripturis solis meditandis se exercuerit, nullis alijs magistris, præter quercus & fagos, usus,

Censur. Apocryph. tom. 1. prælect. 92.

Augustinus (inquit Iohannes *Reynoldus*) contra *Hieronymum epist.* 19. *pressus multorum patrum testimonijs, ab eis omnibus provocat ad* Paulum: *Ab eis omnibus inquit qui aliud sentiunt, literarum tractatoribus provoca ad ipsum Apostolum. Dent veniam quilibet aliud opinantes, ego magis credo tanto Apostolo juranti, ecce per Christum non mentior.* Superbus jam *Downamo Augustinus* erit, & se solum doctum sentiens? certè durior hic quàm ipse *Torrensis* apud eundem: *qui licere dicit dissentire à patribus, dummodo id modestè fiat:* ita enim arguit ac si nulla à patribus dissensio fieri possit, nisi superba & immodesta.

Collat. cum Mart.

9 Quartò, objicit *Downamus* intollerabilem impudentiam. Observetur inquit, *tanquam intollerabilis impudentiæ indicium, in materia facti tam scripturis consona* (Titum *nempe &* Timotheum *Episcopos fuisse.*) *quenquam fidem denegare, constanti, generali, perpetuoque consensui, antiquorum scriptorum, quorum nonnulli annos* 1300. *vel etiam* 1400. *ante annos vixerunt.* Sed *Titum* & *Timotheum* Episcopos fuisse res non consona sed scripturis contraria est, ut suo loco demonstrabitur: quo respectu si nos impudentes qui homines, quid tum *Paulus*, qui ne Angelos quidem audiendos existimavit? unde sic *Chrysostomus*: Etiam *Angelis præponit scripturas. Nam Angeli sunt servi, at Scriptura non a servis, sed a Domino Deo ipso venit ad nos.* Consonat huic, quod habet Iuellus. *Ad intelligendas scripturas, opus nonnunquam patrum prudentia habemus: sed non tamen major illis fides habenda est, quàm quæ expedit, aut quam ipsi oblatam, recipere vellent.* Verè de eis omnibus quod *Seneca* olim in causa simili, dicere possumus. *Non sunt Domini, sed duces nostri.*

Lib. 2. c. 7. p. 126.

Tom. 4. in Gal. Hom. 1

Defens. Apol. p. 1. c. 9. d. 1

Quintò, accusamur novitatis: sic enim *Downamus*: *Hominem fidem omni antiquitati in materia facti denegare aperta demonstratio est, eum novitati potiùs & singularitati, quàm veritati esse addictum.* At Episcopum Hierarchicum ab initio fuisse, & ab Apostolis profectum, non obstante antiquitate, rem esse novam, absque novitatis studio

L. 3. c. 2.

judicare

Digitized by Google

judicare licet: nam & nova patres antiquos introducere potuisse, ostendit *Vincentius Lyrinensis*, qui authoritatem *Cypriani*, *Cæcilij Africani*, aliorumque patrum qui favebant rebaptizationi, ita rejicit, *Quis fuit exitus illius disputationis? retenta est antiquitas — explosa novitas.*

Cont. hæres. c. 9.

Sextò, intollerabiles nos esse exclamat *Downamus* & minimè ferendos: sic enim habet, postquam generalem antiquitatis consensum pro *Tito* & *Timotheo*, Episcopis intulisset: *Dico intollerabilem audaciam & arrogantiam esse, contrarium asserere.* At si temporibus ipsorum Patrum vixisset, intollerabilis audaciæ ipse condemnatus fuisset, quòd non scripturâ sola contentus, patres & antiquitatem crepuerit: sic enim *Iustinus Martyr. Dixi tibi sedulò te operam dare debere, tutus ut sis in omnibus, ut scripturis inhæreas. Aliàs te dicentem non sustinuissemus.*

Lib. 4. c. 4.

Dialog. cum Tryphon.

Septimò, patres contemnere dicimur: ac si salva patrum honorificenciâ, non iam hodie, perinde ac olim, quæ perperam patres scriptitarant, rejici queant. Sic *Augustinus*: *Neque quorumlibet disputationes quamvis Catholicorum & cordatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salva honorificentiâ quæ illis debetur hominibus aliquid in eorum scriptis improbare, & respuere, si fortè invenerimus quòd aliter senserant, quam veritas habet, divino adjutorio, vel ab illis intellecta vel à nobis.* Præcipuum in causa Hierarchicâ hæc habent locum: quum Episcopatus enormem eminentiam plus videre nequiret, quàm ipsum Antichristum, cuius embrio erat: qua in causa id jam dicimus, quod *Whitakerus*: *Videmus patribus hac in re non esse multum tribuendum, qui tam incerta, futilia, absurda de Antichristo tradiderunt. Absit ergo ut illi hac in re nobis fucum faciant.* Patribus quidem id tribuendum est, quod merentur, sed non dicendum ut ille. *Malo cum patribus errare, quàm cum aliis verum sentire.*

Epist. 111.

Cont. 4. q. 5 p. 685

Octavò & ultimò, ecquid aliud adversùs nos habent Hierarchici quod objiciant, quàm quod nuda sanctorum patrum testimonia, à scripturis destituta rejiciamus? Imò inquit *Whitgiftus* & *Bancroftus*: *Patres convitio impetit: nam dicit* Cartwrightus, *nos in fossis rostrare quando patres allegamus.* Quid ni diceret, scripturas fonti, patres in earum comparatione, fossis, & cisteris æquiparando, præsertim cum ad rem falsam comprobandam afferuntur? Certè monet *Gregorius Nazianzenus*: [illas in cœno immorari & luto adhærescere, qui non contendunt ad purissimam scripturarum divinarum fontem.] Sic *Lactantius*: [Quoniam multæ hæreses extiterunt — determinanda nobis est veritas & in suo proprio domicilio collocanda: ut si quis aquam vitæ cupiat haurire, non ad detritos lacus deferatur, qui non habent venam, sed uberrimum Dei noverit fontem, quo irrigatus, perenni luce potiatur.] Sic *Ruffinus* [Ex fontibus verbi Dei in libris Canonicis patefacti, haurienda sunt pocula.] Similiter *Iohannes*

Surveg. cap. 27. p. p. 332

Ad Nemes. & de reb. suis.

Instit. divin. l. 4.

In Symbol.

 Iuellus

Defens. Apol. p.6.c.1.d.1 Iuellus, Hardingum à scripturis ad Ecclesiam confugientem, verbis Ieremiæ refellit: [quod ita Deum fontem vivarum aquarum derelinquat, & fodiat sibi cisternas, non valentes continere aquam.] Postremò Defens. Art. relig. protest. p.20. Guilielmus Barlous, Episcopus Lincolniensis dicit: [Priscam Ecclesiam se post tempora Apostolorum corrupisse, quòd se ad purum scripturarum fontem absque omni mixtura non alligaret, sed præceptum illud *Vegetij, lib.3.c.21.* militibus datum violaret.] Ne palustribus aquis utantur.

CAP 12,

Quòd Hierarchici patres cum pro sua causa non faciunt, reijciant, utcumque eos simpliciter reformatis obtrudant.

VIdimus quàm rigidi censores in Reformatos Hierarchici sint, quòd nudis patrum testimonijs stare nolunt: jam, quid si ipsi vestem regalem qua patres induerunt, patribus denuo detrahant, Iudæorum more eos ludificantes? Certè nec ipsi, quando illis adversi sunt, antiquis patribus stare volunt: sed eorum placita rescindunt, authoritatem respuunt, interpretationes a tergo reijciant, Videatur *Thomas* ille *Bilsonus*, annon locum Math: 18. *Dic Ecclesiæ* de tribunali civili interpretatur, contra omnes patres qui eum de Ecclesiastico interpretantur; *Richard. Fyldus* eundem sensum sequitur, & nominatim in margine nos ad Erastum & *Bilsonum* remittit. Si nos unum de nostris, quanquam Erasto saltem prestantiorem universis patribus hunc in modũ anteposuissemus, quos quæso clamores non audivissemus? Locum Act, 6. de Diaconis Ecclesiasticis omnes patres intelligunt, ni unus forte Chrisostomns excipiendus, hunc tamẽ non de diaconis Ecclesiasticis sed civilibus nescio quib⁹ elimosinarijs procuratorib⁹, *Bilson.* intelligit. Pro iure populi in electione ministrorũ acriter disputat Cypr. Quid ad hunc Bilson⁹? *Allegatio ista errore, si nõ falsitate aspersa est. Nihil enim verborũ in illo cõtextu, nihil rerũ, cuiusmodi citat Cypr. reperitur.* Et rursus, *Testẽ quendam produxistis qui & suo more disertus, & in eo quod vult, acerrimus esse solet: sed deficit eum probatio, si errore manifesto non tenetur, Lous* de hac ipsa re tractans, electionem populi affirmat esse contra jus. Quid igitur de universa Ecclesiæ primæ praxi dicemus? *Non exemplis* inquit *sed regulis adhærere oportet, nec quid aliquando factum fuit, sed quid perpetuo fieri debet, perquirendum est,* Ita universam Ecclesiæ praxin, non solùm repudiat, verumetiam condemnat, quod in nobis tantopere Hierar. abhominantur. Narrat Socrates circa annum 430, Episcopatum, non aliter atque *Alexandrinum*, quasi extra sacerdotij fines egressum, ad seculare principatum jam ante dilapsum fuisse, Quid ad hoc Whitgiftus? *Socrates inquit Novatianus & Puritanus* erat

[Margin notes: De perpet. Gubern. c. 4 — De Perpet. Gubern. c. 7 — Ibid. c. 15. p. 407. — P. 409. — Queri. eccles. P. 216. — Histor. l. 7. c. 11.]

erat, & non magis contra hos Episcopos hac in re credendus, quam vos ipsi contra Episcopos hujus nostræ Ecclesiæ, quorum authoritati invidetis, ex occasione simili. De Cyrillo Alexandrino ita ante Socrates: *Cyrillus in sede Episcopali collocatus, maiorem principatum quam unquam Theophilus habuisset, pariter sibi assumpsit. Etenim ex illo tempore Episcopus Alexandrinus præter sacri cleri dominatū, rerum præterea secularium principatum acquisivit.* *Thomas Bilsonus* de his utrisq; Socratis testimoniis una agit, qui quanquam ita modestè respondeat, ut *Whitgifium* pudefaciat: non tamen ita Socratem probat, ut a nobis requirant Hierarchici ut patres approbemus. *Quam iustè inquit hoc Cyrillo vitio vertit Socrates viderint qui rectè sapiant.* Quasi Socrati hoc in re minime sapuerit: Subjungit vero. *Si ad aliam quam oportuit aspiraverint, absit ut ego cujusvis insolentiam extenuem aut defendam.* Cassentur ergo, quæcumque a sanctitatem veterum Episcoporum. ad Episcopatum Hierarchicum comprobandum, adferri solent argumenta. *Ego nunquam credam*, inquit Saravia, *sanctos patres Ambrosium, Cyprianum &c, tyrannicū gessisse voluisse Episcopatum, quem tyranicum scilicet noverint: alias quis cedo mihi Cyrillo sanctior? quis doctior? invasit tamen & usurpavit (quod tyranni est) ut habet Socrates principatum sæcularem.* Sed pergamus ad alios. Hieronymus presbyterum exæquat Episcopo. Quid hic Dovvnamus? Hic *nempe magister non tenetur*: *ita enim habet: Determinatio hæc Hieronymi æstu disputationis prorumpens tanti ponderis esse non debet: ac quod contra non ἀγωνιστικῶς sed δογματικῶς vel ἱστορικῶς tradidit. Presbyter erat Hieronymus, & duo erant, quæ in gratiam gradus sui plus eum dicere provocare potuerunt, per contentionem, quàm quod exactè ad veritatem respondeat.*

Trac. 8. c. 2 D. 41.
Hist. l. 7. c. 7.
De Perpet. Gubern. cap. 16. p. 473.
L. 4. c. 5. p. 115.

Primum, quòd sine Episcopi licentia, nec predicare presbyteri nec baptizare potuerunt: alterum quod Diaconi Romæ se presbyteris prætulerant: ad quos confutandos, quantum potest presbyteros extollit, sic ut eos (plus quàm veritas patiebatur) Episcopis adæquare videatur: cujus hoc solum fundamentum habet, quod nomen Episcopi & Apostoli Apostolorum tempore aliquandiu confunderetur: quod certe debile fundamentum est, & facile ex proprijs illius scriptis refutari potest *Hadrianus Saravia*, adhuc plus incalescit: nam quòd Episcopum non dominica dispositione, sed potiùs Ecclesiæ consuetudine presbytero prælatum dicit: *Hic* (inquit) Hieronymus *aperte Aerianus est.*

Cont. Bez. c. 23. p. 219. 220.

Veniamus ad patres de materia facti testificantes, in qua intollerabiliter impudens dicitur apud *Downamum*, qui eis fidē denegat. Verēdum igitur, ne ipse *Downamus*, intollerabilis & impudens reperiatur. Quid enim? Petrum Romæ Episcopū fuisse, omnes patres asserunt, scribunt, prædicant, ne uno quidem dissentiente, & materia facti est: non credit *Downamus* ipse: *Mathæus* tamen *Sutclivius* plus ultra progreditur: non enim solummodo negat Petrum Romæ Episcopum fuisse; sed etiam *Petrum Romæ* unquā vidisse. Quid igitur adeo duræ

L. 4. c. 3. p. 57.

frontis

fsionis Sutclivius; ut universo Patrum consensui in materia facti fidē denegat? Certe, idque ea in Patres acerbitate, quæ in nostrarum scriptis nullibi reperitur: ita enim habet. *Incertum est an Petro ex urbe fugienti apparuerit Christus & ea dixerit quæ narrat Egesippus. De excidio Hierosolym. lib. 3. cap. 2. Ambrosius, & Gregorius & fortasse Athanasius fabulam, ex Egesippo hauserunt.* Rursus: *Plerique patrum aliena loquuntur, reliqui audita & fama recepta narrant, quæ nihil probant præter incertam famam. Irenæus de Petro tantum quæ fama divulgarat dedit.* Eusebius *nihil præter audita loquitur. Arnobius non aliter narrat quàm alij, à quibus ea priùs acceperat. Epiphanius de Petro traditionem veterem memoriæ pandit. Chrisostomus & Orosius, audita tantùm narrant.* Omitto reliqua: hæc satis ostendunt non minùs quam nos quandoque Hierarchicos patres rejicere: in hoc tantùm discrimen est, cum à scripturis & veritate discedunt patres tum eos nos relinquimus, illi vero, cum verè sentiunt, & secundùm scripturas docent. Atque hoc in citandis patribus, erratum Hierarchicum primum est: nempe quòd patribus nimiam authoritatem tribuat.

De Pontif. Rom. l. 2. c. 6.

Ibid. l. 2. c. 11.

CAP. 13.

Erratum Hierarchicorum secundum quòd patres fictitios reformatis obtrudunt.

Dig. detest.

SEcundum sequitur: quòd Patres fictitios in scenam producant. Dixit Adrianus apud Iurisconsultos: *Testibus non testimonijs credendum esse*: quis igitur nobis difficilem laborem objectum neget, quibus non solùm cum testimoniis falsis, verumetiam cum falsis testibus, est confligendum, Quanquam enim causam prodat famelicam, umbras Patrum, instar patrum verorum, consectari: ea tamen Hierarchicorum audacia est, ut etiam falsis patrum nominibus imperitis imponere non vereantur.

Decat. p. 4. dist. 15. c. 3.

Primus autem, quo nitentur suppositius scriptor, author libri illius est, cui nomen inscribitur Canones Apostolorum, quem pro primate Episcoporum & Archiepiscoporum citat *Thomas Bilsonus* de perpet. Ecclesi. gubernat. cap. 14. pag. 385. *Hadrianus Saravia* cont. Bez. de diversi. minist. grad. c. 20. p. 192. & *Georgius Downamus* Defes. Lib. 2. Pag. 13. & c. 7. p. 138. 139.

Primo, hunc librum a Gelasio & 70. Episcopis in concilio Romę habito condemnatum fuisse, vel ipsi inficiari nequeunt: Respondet Saravia. Quòd *Gelasius titulum damnavit, nec habere titulum Apostolorum canones voluit, non idcirco singulos reiecit, cum ipsa inter suos canones, Plures inseruerit.* Dovvnamus vero, *viros nostros alioqui iudiciosos, multùm hallucinatos fuisse; quasi a jure Canonico, & ab Isidoro hi canones condemnati fuerint: cum distinctionis decimæ sextæ præcipuus scopus sit, horum Canonum authoritatem asserere, quanquam non ut scripturarum*

L. 2. c. 1. p. 139.

rum Canonicarum, tamen ut authenticorum Canonum. Vt de distinctione hac 16, nihil dicam: si hac distinctione non condemnentur, à jure tamen Canonico condemnantur. Quid enim de distinctione 15. dices? Titulus ibi tantùm libri condemnatur, inquit *Sarav.* a, non Canones ipsi. Inspiciantur igitur verba ipsa Gelasij. *Quæ ab hæreticis vel a schismaticis, conscripta vel prædicata sunt, nulla tenus recipit Catholica & Apostolica Ecclesia Romana: è quibus pauca quæ ad memoriam venerunt & a Catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.* In enumeratione verò subsequenti, liber iste Canon. Apostol. inter cæteros condemnatur. Non igitur titulus solùm libri sed & liber ipse rejicitur, contra *Sarav.* & rejicitur, tanquam non recipiendus, imò tanquam vitandus contra *Down.* qui hunc librum minime à iure Canonico condemnatum dicit, sed authoritatem authenticorum Canonum illi relictam esse affirmat. Quomodo quæso hoc fieri potest, ut authentica illius authoris authoritas sit, qui impudentissimè personam Apostolorum induit? Quodsi titulus libri aliunde ascriptus esset, vereque asseruisset *Bilsonus*, hunc librum ab alijs Canonem Apostolorum appellatum fuisse, quòd cum Apostolorum doctrina consentiat, aliquid esset. Atqui secus est: author ipse sub nomine Apostolorum hos Canones edidit: ut hæc testantur Canone 85. *Libri nostri, & Acta nostra, id est Apostolorum:* quibus verbis nonne ipsos Apostolos loquentes inducit, at si hij canones ab ipsis Apostolis fuissent editi; Certe sanior *Bils.* atq; *Sarav.* vel *Bellar.* ipse est, qui hanc fraudem & imposturam usq; eo abominatur, ut affirmare non dubitaret non sine causa *Gelasium* numerasse Canones Apostolorum inter Apocrypha. Sic *Bessarion* apud *Iuellum*, de Sacrament: *Eucharist: Licet hæc Clementis verba inter Apocryphas scripturas commemorare solent: placet tamen eis in præsentiarum tanquam veris assentiamur.* Cont. 1. l. 2. cap. 20. Nempe impudentiæ esse putavit hunc librum citare sub Apostolorum nomine falso consciptum, nisi pro præsenti supponeretur, eum verum Apostolorum fœtum esse. Art. 1. p. 7. *Downamus* è contra, fætum Apolorum fictitium agnoscit, & tamen non citat solum, sed ad alios etiã obligandos citat. Quanto melius *Leo* apud Iuellum. *Apocryphæ scripturæ quæ sub nominibus Apostolorum multarum habent seminarium falsitum, non solùm interdicendæ, sed etiam penitus auferendæ atque ignibus tradendæ sunt.* Quod dicit *Saravia*, *Gelasium* ex hoc libro Canones nonnullos sumpsisse, ac proinde librum ipsum non condemnasse, falsum est: canones hic nonnulli satis boni sunt. quid tum? num quisque liber recipiendus aut utendus, quia nonnihil veri continet? imò è contra, quia veris hîc falsa commixta sunt, ideo librum ipsum vetandum *Gelasius*, ignibus tradendum rectè Leo censuit.

Secundò, multos subdititios Canones hic reperiri si inficientur, ipsis sane Papistis deteriores Hierarchici sunt: cum hoc fateatur *Cæsar Baronius*, fateatur *Sixtus Senensis*, fateatur *Lindanus*: qui

 etiam

Annal. Tom 2. p. 17. Bibliot. l. 2. Titul. Clem. Panop. l. 3. c. 3. etiam disertè testatur; has constitutiones Apostolorum, ut hæreticorum fæcibus adulteratas, à patribus repudiatas esse, En secundum argumentum, qua ne hic liber ab Hierarchicis citandus sit, nedum nobis obtrudendus. Authorem personatum in scenam producere sit leve: at librum talem hujusmodi authoris imperitis obtrudere, qui variè adulteratus sit, quis quæso leve dixerit? Et repudiatus a patrib^9 hic liber est, quia varia adulterata continet: authoritatem tamen authenticam habebit quæ adversùs adversarium valeat? Sed remedium forte adhibebunt, quo minus fallamur in delectu. *Canones hujus libri illi recipiendi pro veris sunt* (inquit Baronius) *quos post observavit Ecclesia. Eatenus solùm hi Canones* (inquit Bilsonus) *fidem merentur, quoad cum primi temporis historiis, & antiquorum Conciliorum decretis consentiunt. Qui hujus libri Canones a patribus & conciliis citantur* (inquit Dovvnamus) *tanquam authentici, extra omnem exceptionem sunt: ut qui tantam authoritatem habeant, quantam ulla alia Ecclesiastica scripta quæcunque.* Et tu *Downamo* dehinc fides lector: has putridas merces ita ornanti, quo venaliores essent? quòd ad praxim Ecclesiæ attinet, quam pro sua regulâ affert *Baronius*, ea satis certa non est, nam observati quidam Canones hujus libri sunt ab antiqua Ecclesia, qui doctrinæ Apostolicæ adversantur, ut a Magdeburgensibus rectè adnotatum est. Instant in Canone 17. qui secundas nuptias damnat, in Canone 27, qui nuptias in Presbyteris vetat, & Canone 68. qui ad jejunia quadragesimæ, Paschæ, feriæ quartæ, & Parasceves alligant conscientias. Respondent ista & *Bilsono*, annon etenim in sequentibus Concilijs stabilita sunt? Quòd ad citationes attinet, vel ex hoc uno discere promptùm, quàm minimè patrum juniorum testimonijs de sæculis ipsos antecedentibus, fidendum sit. *Ioh.* siquidem Damasc. hos Canones Apostolorũ inter ipsas sacras scripturas cõputat. Confirmati sunt hij Canones in Trullo inquit *Downamus* his verbis. Can. 2. *Placuit huic sanctæ Synodo, ut modo confirmati & rati sint, Canon. Apostol. 85. c. qui a sanctis patribus qui nos præcesserunt suscepti ac confirmati sunt, atque adeò nobis etiam traditi sunt, sanctorum & gloriosorum Apostolorum nomine,* Celebrata hæc Synodus est ad annum. 675. Ad annum vero 1049. *Leo* nonus contra Epistolam *Nicetæ* abbatis scribens, tantummodo 50 genuinos Canones esse dicit. Consulit iste horum Canonum authoritati, magis quam *Downamus*, qui Concilium in Trullo. & Canonem blasphemum illum 85. confirmatum citat: quem & *Bancroftus* abhominatur, & ipsemet *Downamus* quasi ab hæreticis interpolatum rejicit.

Margin notes: Anal. Tom. 2 p. 18. — De Perpet. Gubern. cap. 16. p. 486. — L. 2. p. 139. — Cent. 1. l. 2. c. 8. — De fide l. 4. c. 18. — L. 2. c. 7. p. 139.

Tertiò, hos Canones Apostolorum dictos dicit ob duas causas, nempe propter magnam eorum antiquitatem & authenticam authoritatem. *Sunt inquit qui Epiphanium primò horum mentionem fecisse dicunt, sed mihi alter videtur, nam citantur Concil. Nic.* 8, 15. & 16, & *Concil. Antioch. cap.* 9. Primò oppono rationem *Magdeburgensium,* qui

qui hinc probant hos canones antiquos non eſſe, quia nulla eorum mentio eſt apud *Iuſtinum, Irenæum, Tertullianum* & cæteros priſcos patres. Secundò, oppono rationem Cæſaris Baronij. *Magnam* inquit *impoſturæ ſuſpitionem facit canon.* 65, *quo excomunicatione plectendus ſtatuitur laicus, depoſitione clericus, qui Sabbato ieiunaverit. Quando quæ-ſo tot tamque diſertos antiquos patres canon ille præterijt ut à nemine citatus reperiatur? vel quomodo obſervationem Romanæ Eccleſia contrariam omnium Apoſtolorum canoni Sabbati jejunij ſuſcepiſſet, vel eorum Epiſcopus* Clemens *id fieri permiſiſſet, qui quod ſtatuiſſent Apoſtoli & ipſe ſcripſiſſet, quàm optimè novit?* &c. Tertiò, oppono ſententias & rationes *Guiliel.* Whitakeri & *I. Reynoldi. Guil. Whitakerus ita.* [Videtur iſte liber conſarcinatus & conſutus ex actis aliorum Conciliorum præcipuè verò ex Concilio Antiocheno: multa enim leguntur in Antiocheno Concilio ſimilia, Non veriſimile verò eſt Antiochenos Patres, ſumpſiſſe aliquid ex Canonibus. Si enim ſumpſiſſent non diſſimulaſſent ſed potiùs indicaſſent ut majorem inde ſuis ſanctionibus ac decretis authoritatem conciliarent. Sed nullam illi prorſus huius libri mentionem faciunt.] Ita verò *Iohan. Reynoldus.* [Canones Apoſtolorum in unum corpus collecti videntur circa tempora *Conſtantini*, poſt Concilium Antiochenum, cuius omnes Canones ibidem interſeruntur. Neque enim veriſimile eſt eos patres eoſdem Canones, eiſdem verbis tanquam ſuos promulgare voluiſſe, quos priùs in Canonibus Apoſtolorum fuiſſe agnoverunt. Vt mihi videantur, quemadmodum *Hieronymus* monuit epiſtola ad *Lycinium*: quæque provincia abundet in ſenſu ſuo, & præcepta maiorum leges Apoſtolicas arbitretur: ita veteres Græci priſcorum Synodorum decreta collegiſſe, & Apoſtolorum Canones maioris reverentiæ cauſa appellaſſe.] Poſtremò, *Tho. Bilſonus*, non auſus eſt dicere Concilium Antiochenum hos Canones citaſſe: hîc tantum dicit, Concilium Antiochenum, c. 9. eodem ſpectaſſe, quo hij Canones ſpectarunt.

Anal. Tom. 2 ann. 102.

Cont. 1. q. 6 c. 12.

Cenſ. Apoſt. Tom. 1. prælect. 44.

De perpet. Gubern. c. 14. p. 385.

Author ſecundus fictitius, *Clemens Romanus:* ſic *Geor. Downamus.* [Deſinunt Acta Apoſtolorum in *Pauli* ad Romam acceſſu: nullam de eis rebus mentionem facientia, quæ poſt per ſpacium 9. vel 10. annorum acciderunt. Quorum temporum Acta aliter cognoſci non poſſunt, niſi ex illius epiſtolis, aut alijs antiquitatis monumentis, quam clauſulam licet ſub ſilentio preterierit refutator, operæ pretium exiſtimavi lectori in mentem revocare, ut multa ſciat facta eſſe ab Apoſtolis, quæ in alijs antiquitatis regiſtris narrantur, quanquam in Actis Apoſtolorum non narrantur, quæ in eis rebus conſiſtunt, quæ annis 40. ante mortem *Iohannis* acciderunt. Iam verò Acta Apoſtolorum quæ poſt *Lucæ* hiſtoriam geſta ſunt, ex parte narrantur per *Egeſippum* & *Clementem*, & alios antiquos authores, qui teſtantur *Paulum* ordinaſſe *Timotheum* Epheſi Epiſcopum & *Titum* Cretæ, aliosque alijs in locis Epiſcopos, ab Apoſtolis cõſtitutos fuiſſe.

L. 4. c. 4. p. 90.

ſ Quorum teſtimonijs quiſquis recuſet fidem adjungere, fidem ipſemet nullam meretur? Quid tibi videtur lector? Annon gratulandum *Dolvnamo* eſt, quod ſupplementarios nobis dederit, tam egregios, tam neceſſarios, tam fide dignos, quô hiſtoriæ ſacræ defectus ſarciatur? Siſtendus tamen hic *Clemens* eſt; ne fortè circumforaneo aliquo impoſtore decipiamur. Quis igitur hic *Clemens* eſt? Proculdubio *Clementem Romanum* intelligit, verum Apoſtolorum diſcipulum. *At vera tantùm vnica illius Epiſtola ad Corin-*
L.3.c.38. *thios eſt* (inquit Euſebius) *contrà omnia quæ Clementi aſcribuntur ſuppoſititia.* Et in illa Epiſtola, quî novit *Dolvnam.* quicquam ab eo de *Titi* & *Timothei* Epiſcopatu ſcriptum fuiſſe? Quid igitur? aut recognitiones, aut decretales Epiſtolas, aut Conſtitutiones Apoſtolorum, quæ *Clementi* aſcribuntur, intelligat *Dovnamus* neceſſe eſt. Ea verò affinitas eſt conſtitutionum Apoſtolorum, cum Canonibus Apoſtolorum, qui etiam *Clementi* a *Bellarmino*, *Baronio*, aliiſque aſcribuntur: ut eas potiſſimum reſpexiſſe *Dolvnamum* credam. Neque obſtat quòd fateatur in *Trullo* condemnatum fuiſſe Canonem Apoſtolorum 85 quâ *Clementis* conſtitutiones roborat: cur etenim has conſtitutiones quanquam ab hæreticis adulteratas (neque enim aliam ob cauſam eas condemnat Concilium) non amplecteretur? atque Canones Apoſtol. amplectitur: quos tamen ab hæreticis adulteratos confitetur? Quid igitur? Impoſtor iſte, qui undique ab omnibus conclamatur, ſuccedaneus Lucæ erit in actis Apoſtolorum memoriæ prodendis: imò ſacrarum *Pauli* epiſtolarum ſupplementarius, author porro dignus tanta fide ut nullam fidem mereatur, qui ei fidem adhibere detrectaverit? Egonè hæc a *Dolvnamo* expectabam? Egone, impudentiam impudentiſſimam non exclamaſſem, ſi quis alius præter *Dolvnamum* hæc barritaſſet? Huccine iam tandem deventum eſt ut falſorium notabilem, a jure cononico vetitum, a Concilio in *Trullo* condemnatum, a *Cæſare Baronio* ipſo in quibuſdam improbatum: a *Iullo*, *Whitakero Reynoldo*, *Lubberto*, *Perkinſo* detectum, a *Bilſono*
Tom. 1. p. 117. denique, *Feyldo*, *Mortono*, Hierarchicis ipſis conſputum, conſpurcatum, exploſum, exibilatum: non ſolùm pro vero Apoſtolorum diſcipulo, ſed etiam digno Apoſtolorum in hiſtoria ſacra pertexenda ſuccedaneo amplecti neceſſe ſit, ni fidem etiam noſtram prodere velimus & proſtituere? Atque vel ex hoc uno intellgere promptum, quàm *Dolvnamus* vanus ſit, quum patres ſæculo poſteriores credendos affirmat, quando de prioribus ſæculis in materia facti, teſtimonium ferunt. Nam ut *Carolum Bovinum*, *Athanaſius*, & *Euſebius* deficiant, quos pro *Clementis* conſtitutionibus teſtes producit: *Cyrillus* tamen Hieroſolymitanus, *Epiphanius* & *Chryſoſtomus* non deficient. *Cyrillus* etenim Catechiſ. 18. citat librum quintum ſub his verbis: ut ſcribit *Clemens*, ut multi narrant; & *Chryſoſtomus* Homilia 53. in *Mattheum* ita habet. *Quomodo autem quidem ſacerdotes ab hominibus ordinentur, manifeſtè in libro octavo Canonum*

Apoſtolorum

Apostolorum dicitur. Epiphanius verò ita. *Cæterum ad hoc afferunt falsò ijdem Audiani Apostolorum constitutionem quæ apud multos in ambiguo est, sed non reprobata. Omnis enim regularis ordo in ipsa habetur, & nihil à fide adulteratum, neque à confessione, neque ab Ecclesiastica gubernatione & regula——Decernunt enim in eadem constitutione Apostoli, &c.* Nihil miri est, si Episcopum contrà *Aerium* defendit *Epiphanius*, tanquam ab Apostolis constitutum: cum has *Clementis* constitutiones, tanquam ab Apostolis ipsis sancitas defendit: nihilque in eis quoad gubernationem Ecclesiæ adulteratum esse dicat. Multa ad refutationem adferre non est opus: ipsa constitutio quam tuetur contra *Audianos Epiphanius* eiusmodi est: ut & *Epiphanium* refutare, & eandem explodere *Carolus* ipse *Bovinus* coactus sit. [Tantum (*inquit*) abest ut ea quæ hoc capite legimus Apostoli statuerunt, ut etiam contraria horum ab ipsis præcepta videantur. —Ipsa constitutio se prodit, & tantùm non vocem emittens, clamat se novam esse. Ait enim æquinoctium fieri vigesima secunda Dystri-mensis, hoc est, Martij. Perspicuum est autem Christi tempore, æquinectium fuisse vigesima quinta Martij. Quare nova est constitutio, fortasse edita post Concilium Nicenum in quo Paschæ observatio, ad eam rationem redacta fuit, &c. Quid igitur est? *Clemens* iste, verus ille Apostolorum discipulis non est: neque hic liber Constitutionum antiquus, sed post Concilium Nicænum editus: neque authenticam authoritatem ullam habet ad Episcopatum Hierarchicum comprobandum.

Heres. 70. *L. 5. c. 28.* *Schol. in constit. Clem. l. 5. cap. 18.*

5 Tertius author suppositítius, *Ignatius*; de quo notum omnibus est, quantopere Hierarchici glorientur. *Purissima Ecclesiæ facies* (inquit Saraultingius) *in* Ignatio *est*: Ignatij *epistolæ* (inquit Baronius) *viva imago Ecclesiæ, disciplinæ, & traditionum sunt. Non Ecclesiæ sed Synagogæ Sathanæ sunt, quæ non conformant ad Ecclesiam tempore* Ignatij. Hinc stomachantur nostri quòd harum Epistolarum authoritatem in dubium vocari videant. Ita *Lous: Epistolas tuas sanctissimi* Ignati *adulterinas esse contendunt. In id enim impudentiæ diverticulum si non se r eperint, adulterata penitus & turpissimis sordibus aspersa, eorum doctrina habeatur.* Richardus Bancroftus ita: *Aut ad morem Genevensim* Ignatius *loqui debet: aut si plus quam volunt urgeas, pauperculus antiquus pater iste, tanquam fictitius, & homo vanus, iure rejicitur.* His ut respondeatur, non ego hîc disputabo pro nobis *Ignatius* verus sit: sive sit, sive non sit perinde est. Fictitium etenim authorem esse, absque impudentia affirmari potest: id quod multis argumentis finere potest.

Hierar. Anscryf. Annal. Tom. 2. pag. 34. & 37. *Quer. Eccles. p. 91.* *Turv. c. 27. p. 330.*

Primò, in omnibus ferè Epistolis satis copiosis (quod observarunt Magdeburgenses) occasio scribendi prætermittitur nec vel divinari licet, quare ad hanc aut illam Ecclesiam, potiùs quàm ad aliam, literas mittere *Ignatius* voluerit. Vnde hoc? annon quia fingi occasiones ab interpolatore satis commodè non potuerant?

Cent. 2. cap. 10.

Digitized by Google

Secundò, refert *Eusebius, scripsisse Ignatium a Smyrna & cum ultra*
L.3.c.31. *Smyrnam esset, a Troade scripsisse* : quod (ut rursus *Magdeburgenses*)
12. itineris Ignatiani ratio & cursus non patitur. [Expende (*inquiunt*) quàm longum iter sit, Antiochiâ ad littus Ægæi pelagi se recipere, ibique rectâ sursum versus Septentrionem ascendere, & præcipuas civitates in littore sitas usque ad *Troadem* perlustrare : cum tamen iter ad Romam sit destinatum versus occasum. An decem illi Leopardi à quibus captivus ducebatur has illum ambages quærere permittebant? aut per tot circuitus illi ancillatos fuisse verisimile est ? aut fidem Christianam adeo illi diligebant, ut ad eandem ferendam ad tot loca cum divertentem comitarentur? Humaniùs tractatus *Paulus* erat, quàm Ignatius quando Romam captivus abducebatur, qui tamen multò rectiori & breviori itinere traductus est.]

Tertiò, ea authoritate *Ignatius* erat, ut eum magis imitari *Iustinus* & *Irenæus*, & *Cyprianus* ipse voluerit si modo illius Epistolæ illorum ætate extitissent, quam *Tertullianum*, qui eum tamen usque adeo imitatus est, ut prope quibusdam cum *Tertulliano Montanizare* videatur. Atque nulla apud hos patres *Ignatij* Epistolarum imitatio, imò ne citatio quidem reperitur, donec ad constitutiones Apostolorum deventum est, quas post Concilium *Nicænum* confectas esse do-
In præfat. in monstravimus supra. Multas sententias collegit *Carolus Bovinus*,
constit. Clem quæ in Epistolis *Ignatij* & in constitutionibus Apostolorum, penitus eædem reperiuntur. Quid igitur sentiendum? aut *Ignatius* ex *Clemente*, aut *Clemens* ex *Ignatio* has sententias desumpsit. Si *Ignatius* ex *Clemente*, ut *Carolo Bovino* placet, tum post Concilium *Nicænum* & non ante, scriptæ hæ Epistolæ *Ignatij* sunt. Si *Clemens* ex *Ignatio*, rationem expecto, cur primò hic author sententias *Ignatij* ita condensaret? *Iustinus, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Origenes*, similiter non condensarent? Atq; certè à nemine horum, adeo frequenter citatum *Ignatium* fuisse constat : ego verò epistolas *Ignatij* à nemine unquam ante Concilium *Nicænum*, omnino citatas dico. Quod si cita-
L.4.c.27. tus fuisset, non tamen inde sequeretur, epistolas hasce ab ipso *Ignatio* scriptas fuisse, quia citat *Hermæ* pastorem *Irenæus*, quem librum tamen à verò *Herma* quem *Paulus* meminit Roman. 16. scriptum non fuisse, sed sub persona *Hermæ* fictum agnoscunt omnes. Qui librum fictum citavit *Irenæus*, nonne Epistolas *Ignatij* veras multo magis citasset, si ante extitissent : præsertim cum ostendat *Iohannes*
Cens. Apocr. *Reynoldus* omnia undique testimonia etiam ex Ethnicis conquisivis-
Prælect. 17. se *Irenæum* : & *Iustinum Martyrem* & *Clementis* Epistolam citavisse. Respondebis eundem *Reynoldum* dicere *Irenæum Ignatium* citasse
Lib.5.c.17 hisce verbis. *Quidam è nostris.* At non Epistolam aliquam citare *Irenæum* dicit *Reynoldus* (quod & in aperto est) sed tantùm *Ignatij* dictum quoddam. Verba sic se habent. *Quemadmodum quidam de no-*
Lib.5.c.3. *stris dixit, propter Martyrium in Deum adiudicatus ad bestias : quoniam*
L.4.c.14. *frumentum sum Christi, & per dentes bestiarum molor, ut mundus panis*
Dei

Deo inveniar. Cum *Clementem* citat, utitur hac voce, *scripsit* : cum citat *Iustinum* : *Bene inquit Iustinus in eo libro qui est ad Marcionem, &c.* in hac autem citatione hoc tantum ait. *Quidam è nostris dixit* : adde quod nomina *Clementis* & *Iustini* ponat, cum quid ex eorum scriptis adfert: *Ignatium* verò circumscribit tantùm: quibus omnibus patet, non illius scriptam Epistolam aliquam, sed tantùm illius dictum quodpam, quod vulgo tum circumferebatur, eum allegasse. Quo suspectior *Eusebius*, qui Epistolas *Ignatij* nullo alio argumento confirmare potuit, quàm hac *Irenæi* citatione. *L.b.3.c.33.*

Quartò, septem tantum Epistolas scripsisse refert *Eusebius*, quod *Hieronymus* confirmat, in Catalogo virorum illustrium, at nos iam duodecim habemus. Quid de Epistola *Mariæ* ad *Ignatium* sentiendum : lectoris iudicio eum permittit *Baronius*, transfodit verò *Suarez*. *An beata virgo aliquid scripserit* (inquit) *non constat* : *nam Epistola quædam ad* Ignatium *quæ nomine eius circumfertur, incertæ authoritatis est* : *si constaret eam à beata virgine scriptam, nemo ut existimo dubitaret, quin inter Canonicas scripturas esset numeranda*. Quid etiam de Epistola *Polycarpi* quæ unà cum Epistolis Ignatij extat sentiendum est? Ita *Eusebius* : *Polycarpus dicit se ab Ignatio per Epistolam rogatum esse ut Epistolã ferret ad Philippenses* : at nihil huiusmodi in *Polycarpi* Epistola quæ nunc extat. Non rogabo etiam quid de ipsis septem Epistolis *Ignatij* reliquis sentiendum sit : ut omittam probabile esse, eas esse fictitias, quemadmodum hæ sociæ Epistolæ *Mariæ* nempe & *Polycarpi* fictæ sunt : respondeo & eas antiquorum patrum citationibus ut nunc extant, non respondere. *Theodoretus* si quidem dialogo 3. affert testimonium ex Epistola *Ignatij* ad Smyrnenses, quod in hac nunc edita non reperitur. Idem *Theodoretus* dialog. 1. & *Gelasius* contra *Eutychem*, citat ex Epistola *Ignatij* ad Ephesios testimonium, quod in his nunc editis exemplaribus nusquam apparet. *In Tom. p. 3 q. 37. art. 4. disput. 20.*

Postremò *Hieronymus* dialog. 3. contra Pelagianos, testimonium citat ex *Ignatij* Epistolis, quod in his editis non habetur. Sed & scrupulus adhuc alius restat, in *Ignatio* non citando. *De anno quo Christus baptizatus est dissentiunt à sese patres*, Ignatius *verò ab omnibus* (inquit *Baronius*) Is anno 30. expleto baptizatum tradit : contra quam sententiam audacter insurgit *Epiphanius* ? Hoc probabili argumento est, has Epistolas Ignatianas tum temporis non extitisse. Quid enim ? Num tota antiquitas sese Ignatio opponerat? In re tantùm controversa, non *Ignatium* consulissent ? non citassent ? sine mentione omni præterijssent? si contrà sentiret, nonne illius authoritatem refutassent? *Tom. 1. p. 37*

Quintò, phraseis harum Epistolarum tempori Ignatiano non conveniunt, frequens etenim apud eum, sacerdotis, altaris, offerendi, sacerdotijq; mentio est, quæ nomina in prima Ecclesia non fuisse observata fatetur ipse *Bellarm.* qui veteres longo tempore, Iudeorum causa, ab his abstinuisse dicit.

Sextò

Digitized by Google

Sextò, in Epistola ad Philippenses, eum esse socium eorum qui Christum occiderunt dicit, qui cum Iudæis Pascha celebrat: quo strepitu sorex se iste prodidit non Ignatium orientalem, sed hominem potiùs occidentalem, Romanumq; fuisse. Magna controversia de Paschate inter Episcopos orientales & occidentales fuit: quorum illi *Iohannis* & *Philippi* exemplo freti, quartâ decimâ lunâ una cum Iudæis celebrandum Pascha censuerant: Orientales morem contrarium acriter tuebantur, qui post in Concilio Nicæno sancitus erat: sic ut post hoc Conciliũ scribens Epiphanius, ex Canone Apostolorum, quem citat, Orientales refutet. Quid igitur? contra Apostolorum Canonem, contra Orientales coepiscopos suos ivisse Ignatium, & in castra Occidentalium transfugisse verisimile est? Fac hoc verisimile, id tamen quomodo verisimile fuit, Victorem Romanum hanc Ignatij authoritatem prætermittere voluisse? cum orientalem contra Orientales citasse Ignatium præsertim tantæ authoritatisvirum, pro causa sua maximè fecit. Redolent certè ista Ignatij tempora illa, quæ Nicænum Concilium subsecuta sunt.

Septimo, qui Sabbato ieiunat, eum Christi occisorem esse dicit *Ignatius* in Epistola ad *Philippenses*: at jejunium Sabbati nunquam interdictum fuit in Ecclesia Orientali, ante tempora *Marcionis*, qui Sabbato jejunavit in odium Dei creatoris omnium. Canone 65. Apostolorum hoc jejunium interdictum est: sed *Cæsar Baronius* ipse fatetur, non antè tempora *Marcionis* hunc Canonem inventum & insertum fuisse. Quid ni igitur dicendum, hanc Epistolam *Ignatij* non nisi post tempora *Marcionis* scriptam? *Anal. in an. 146.*

Octavo, citat contra nos *Downamus*, verba *Ignatij* in Epistola ad *Philadelphienses*: quibus insinuat separationem quorundam suo tempore ab Episcopo: contra quos ad unitatem cum Episcopo hortatur, a divisione vero ab Episcopo dehortatur. Ex his verisimile est, non nisi post Novati aut Donati tempora, has Epistolas Ignatij scriptas esse: quæ enim occasio tempore Ignatij horum quæso verborum fuit. *L.1.ca.11. pag.233.*

Nonò, in Epistola ad Trullenses dicit se intelligere angelorum & Archangelorum ordines, multivaraias diversitates, virtutum & dominationum differentias, sedium atq; potestatum distantias, thronorum magnificentias, Cherubim & Seraphim excellentis spiritus sublimatem: quæ *Ignatij* spiritum minimè sapiunt, imo ne tempora quidem redolent. Dicit *Baronius Dionysium*, hac in re *Ignatium* citasse, quod falsum est: quod si citaret verò, suspitio augeretur: redolent hæc quidem *Dionysij* tempora, quæ *Ignatio* multò posteriora sunt. Apponi hîc possunt quæ habet de *Ignatio Socrates*. *Iam vero dicamus unde consuetudo hymnorum, qui in Ecclesia alternis dicantantur, initium cœperit.* Ignatius *Antiochiæ quæ est in Syria, tertius à* Petro *Apostolo Episcopus, qui cum Apostolis ipsis multùm versatus est, visionem vidit Angelorum sanctam trinitatem hymnis alterna voce decantatis collaudantium* *Lib. 6. c. 8.*

dantium: & formam canendi in ea visione expressam Ecclesiæ Antiochenæ tradidit. Vnde illa traditio in omnibus Ecclesiis recepta est: in quibus observandum contra Downamum, quàm parum patres juniores de Ecclesiis antecedentibus in materia facti, idonei testes sint. Quàm traditionibus & relationibus à manu in manum tradidis fidendum, quàm parum denique, quæ passim inculcat de universâ Ecclesiæ praxi firma sint. *Mihi* (inquit) *sufficit testimonium quod citavi, Eusebij tempore, qui intra ducentos ab Ignatio annos vixit, suspectum non fuisse. Nam si Eusebius & qui illius tempore vixerunt, nullam causam noverunt, cur Epistola Ignatij ad Ephesios suspecta esset: nullam ego causam nosco cur pro suspecta refutator eam habere debeat.* Sufficit igitur quòd Socratis testimonium illius tempore suspectum non fuit? certe tam verum hymnos alternos in tota Ecclesiæ primæ praxi usurpatos fuisse (quod tamen est falsissimum) eosque per visionem ab angelis acceptos Ignatium tradidisse, quam verum est, Ignatium Episcopum Hierarchicum fuisse: eumque epistolam illam scripsisse, quæ nunc extat, ad Ephesios. L.4.c.2.p 42.

8 Decimò, quum traditionem quadragesimæ, jejunij quartæ feriæ, ordinum minorum, Acoluthorum, exorcistarum &c. nobis ex Ignatio objiciunt pontificij, quid aliud habent quod respondeant nostri, quàm hæc longo post tempore introducta, satis solido argumento esse, has Ignatij epistolas suppositities esse? Vndecimò, qualia illa quæso sunt quæ in epistola ad Magnesianos reperiuntur? *Non presbyter, non Diaconus, non laicus sine Episcopo debet aliquid facere, sicut Christus sine patre nihil facit.* Num hæc aut spiritum, aut etiam tempora Ignatij redolent? Quàm etiam illud καινόν, quod de honorando rege et episcopo verba faciens, episcopum præponit regi. Duodecimò, cum in citando Ignatio Downamus tam multus sit, cur non rationes produxit, quæ fidem Ignatio asserere possint? Producit inquies: nam hæ epistolæ piæ & doctæ sunt inquit, & sufficiens probatio est, eas non esse fictitias quòd ab Eusebio memorentur. Negatur hanc probationem sufficientem esse: falli etenim potuit Eusebius de illis epistolis, æquè ac de illius hymnis Socrates, traditione fana. Collegerat quis fortè dicta Ignatij ante tempus Eusebij, eaquè in formam epistolarum redegit: sed Ignatium ipsum epistolas scripsisse, non magis certum est ex Eusebij relatione, quàm certum est, epistolas Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum genuinas esse, quòd memorentur ab Hieronymo in catalogo virorum illustrium, et tanquam genuinæ ab eodem approbentur. Accedo propius ad ipsum Eusebium: dicit ille, Ignatium septem epistolas scripsisse, quid tum? sic etiam dicit (ac non ille solum, sed universa prima Ecclesia) librum pastoris, verum Hermæ scriptũ fuisse: quod tamen quàm falsum sit, iam omnes facilè internoscunt. Negatur secundò, has epistolas Ignatij quæ nunc extant, illas ipsas esse, quæ ab Eusebio commemorantur. At in epistola ad Ephesios inquis eadem verba reperiuntur quæ recitat Lib.1.c.2.p.36. Lib. 4.c.2.p.42.

Euseb. Quinq; has epistolas dolauit, & titulum & verba Eusebij imitari non potuerit? Extant inquis in epistola ad Ephesios eadem verba quæ Eusebius recitat: at habuimus suprà Theodoretum & Gelasium verba quædam citasse ex epistola Ignatij ad Ephesios, quæ in ista quæ iam circumfertur, minimè extant.

9 Decimo tertiò & ultimò, doctorum virorum judicia, hac in re, a nobis sunt: fictitias etenim has Ignatij epistolas esse docent inter alios, Magdeburgenses Centur. 2. lib. 10. Gulielmus Whitakerus cont. 1. qu. 6. cap. 19. Sibrandus Lubbertus de princip. Christian. dogmat. lib. 7. cap. 10. & Gulielmus Perkins. in problem. quem ego quia unus de nobis est non citassem, nisi eum antè a Georgio Downamo citatum vidissem. Quid ipsi Hierarchici? Thomas Billsonus in canonibus Apostolorum fidentior est, quàm in Ignatio. *Canones* (inquit) *qui dicuntur Apostolorum, antiquioris disciplinæ documenta sanè pervetusta sunt.* Pagina verò proxima ita habet de Ignatio. *Ejusdem hujus vocis usum in epistolis illis, quæ Ignatij feruntur, semel atq; iterum invenio.* Observa eandem notam inussisse Ignatio, quam canonibus, laudem verò vetustatis attribuisse Canonibus, quam Ignatij epistolis non atribuit. Quum dicit, Canones qui dicuntur Apostolorum, apertè innuit, eos ipsorum Apostolorum minimè esse, sicuti alibi apertè docet: pari ratione quum dicit, epistolæ quæ feruntur Ignatij, eas Ignatij minimè esse subinsinuat. Eadem ni fallor doctissimi Causaboni opinio est. Probandum illi erat, ad priscam Ecclesiæ disciplinam demonstrandam potiora esse prioris sæculi, quàm quarti aut quinti testimonia. Instat autem in Cypriano solo. *Vel unicus* (inquit) *Christi Martyr sanctissimus Cyprianus, primitivæ Ecclesiæ mores, & disciplinam totam, melius nos docuerit, quàm multi alij qui in quarto sæculo vixerunt.* Cur omisit Ignatium ergo, si eum genuinum existimasset? nam & multò antiquior est, & multa de disciplina habet, sic ut Baronius, *ecclesiasticæ disciplinæ faciem purissimam in eo lucere* dicat. Iohannes Bridgesius Episcopus Oxoniensis, multò apertissimus est. *Quicunque* (inquit) *in Ignatij nomine illas epistolas scripsit: non enim audeo* (*tam audacter ut fratres*) *affirmare, eas ipsius Ignatij esse.* Richardus Stochius, ità in sua versione Whitakeriana. *Authoritate Ignatij obrui veritas non debet, cujus fides exigua est, si tamen omnino ulla: non te latent quæ doctorum hominum omnium de illis Ignatij epistolis judicia sint. Gratianus ipse non multum huic Ignatio favet: multa in his epistolis reperiuntur, quæ illius temporibus doceri incredibile est, qualis ista stricta quadragessimæ observatio est: imò non nisi iam pridem hæ epistolæ impressæ & publicatæ sunt.*

De perpet. gubernat c. 7 p. 115

Epist ad Cardi Peron. p. 31.

Lib. 18. p. 898.

Rat. 5. p. 824. 126.

10 Quartus author fictitius qui ab Hierarchicis produci solet, Dyonisius Areopagita est. Iohannes siquidem Whitgiftus, interogationes in baptismo ad infantes, in Ecclesia Anglicana hodie usurpatas, ita tuetur. *Novæ non sunt, neq; nuper inventæ, sed magnæ antiquitatis. Nam Dyonisius Areopagita earum meminit, &c.* Quam autem indignum

Tractat. 26. cap. 1. D. 1.

dignum sit nos hoc fabulatore & circumforaneo prægravari, videre est in Gulielmo Whitakero Cont. 1. quæst. 6. cap. 12. Sibrando Lubberto de princip. Christianorum dogmat. lib. 7. cap. 10. Gulielmo Perkin, : in problemat. Gulielmo Fulcone in respons. ad Angle-Rhemen. In Act. 17. Thom. Mortono Apolog. Catholic. q. 2. lib. 2. cap. 3. alijsque authoribus nostris, qui laruam huic Dyonisio egregiè detraxerunt.

11 Quintus author fictitius qui ab Hierarchicis produci solet, author epistolarum decretalium est, sub nomine Clementis, Anacleti, Aniceti, &c. Sed ecquis ullus Evangelicus, inquis, his epistolis decretalibus fidem adhibendam censebit? Quid ni, *dummodo* (ut est apud Comicum) *ob rem*. Richardus etenim Bancroftus, in capite eo, quo nostros in patres contemptus exaggerat, hos etiam patres inter reliquos a nobis reijci & repudiari indignissimè fert. *Quando antiquitas & legitimus usus nominis Archiepiscopi, ex authoritate Clementis, Anacleti & Anaceti probatur, horum authoritatum citationem ipsius inferni citationem appellant: hos omnes authores sub pedibus proterunt, Clemens, Anacletus, Anicetus, tanquam circumforanei notis Thrasiciis comperti ab eis dimittuntur.* Vide lector cum quo hominum genere nobis lis est: certè cum eis, qui vel ipsis papistis quibusdam longè deteriores sunt. Cæsar etenim Baronius fatetur epistolas Clementis quas nunc habemus, easdem non esse cum eis quas Ruffinus transtulit: & fusè disputat Nicolaus Cusanus contra harum Clementis et Anacleti epistolarum ligitimationem : et Antonius Cautius deniquè jurisconsultus doctissimus, has epistolas decretales veru transfigit. Hos citans Richardus Fyldus Hierarchicus, *Philistæos proprio glado cadere* (dicit) *et se mutuis verberibus conficere*. Omitto nomen Philistæorum, hoc tamen dico: dum ea quæ Philistæorum sunt Hierarchici satagunt, eos gladio proprio ad illum Philistæorum morem, non immeritò cadere. Primó etenim hic ipse Fyldus Hierarchicus, quasi gladio evaginato has decretales epistolas transverberat, ac proinde per ipsorum latus Richardũ Bancroftum vulnerat. Deinde Thomas Bilsouus Hierarchicus has epistolas decretales fictitias esse doctè disputat. Ad hæc, Thomas Mortonus Hierarchicus adversùs decretales epistolas multa habet. Postremò, Iohannes Whitgiftus, citat ille quidem pro episcopatu et Archiepiscopatu comprobando Clementis epistolam: sed præ pudore aliud illi nomen indit, ex Polidoro Vergilio, Compendium scilicet Christianæ religionis, quin etiam hanc Clementis epistolam agnoscit fictitiam his verbis. *Nemo negat quin epistolæ Clementis fictitiæ sint.* Itane verò fictitiæ, & tamen ad comprobandum Archiepiscopatum pressæ? Certè Nicolai Cusani is candor erat, vt quanquam primatui Romanæ Ecclesiæ consultum pervellet : per has epistolas decretales tamen, propterea quòd fictitiæ suut, consuli eidem nollet. Quo nomine laude dignus & Matheus Sutcliuius Hierarchicus: qui de epistolis decretalibus Clementis, Anacleti, &c. Verba

Surve. c. 27. P. 336, 337.

Annal. anno 102. de concord. cathol. lib. 3. c. 2. Anotat in distinct. 16. c. 70. de eccles. l. 5. c. 34.

Cont. Apol. Apol. p. 2. l. 3. c. 26.

Tract. 8. c. 2. Divis. 1

De pontif. Rom. lib. 7. cap. 2. faciens ita habet. *Nec Pontificum Romanorum advocatus Bellarminus aut negare errores in eas irrepsisse, aut affirmare eas indubitatas esse ausus sit. Quid ergo eas nobis profert, aut cur utitur testibus dubijs? Cur instrumenta producit falsa; num ex fonte erroris se veritatem probaturum putat?*

11 Sextus author fictitius, qui ab Hierarchicis produci solet Egesippus est. De quo quid scriptum reliquit Downamus audivimus supra. Docet nempè hunc Egesippum abbibendum esse vt succedaneum sancti Lucæ, ut intelligamus Acta ea Appostolorum quæ in libro Actorum non habentur ad mortem Iohannis ferè per spacium quadragesimum annorum. *Lib. 4. c. 4. p. 90, & 91.* Probat autem Titum & Timotheum episcopos fuisse, quia Egisippus dicit Paulum ordinasse Timotheum episcopum Ephesi, Titum Cretæ: qua in re qui ei fidem non habet nullam sibi fidem mereri dicit. Sed vbi quæso aut hoc scribit Egisippus, aut ad Lucam supplementa illa continuat quæ memorasti? Dicit fortè Eusebius, *Lib. 4. c. 8.* eum quinque libros scripsisse, in quibus sinceram Evangelicæ prædicationis explicationem complexus est: Hieronymus afirmat hos libros continere historiam eorum quæ gesta sunt a Christi Apostolis et episcopis ad sua usque tempora: *Catalog. Illustr. viror.* Trithemius verò Egesippum ad annum 160 viventem scripsisse libros tradit ecclesiasticorum actuum a passione Domini ad suam usque ætatem: at quinque Egesippi libri, qui in Bibliotheca sanctorum patrum extant, minimè de historia Ecclesiasticarum rerum tractant, sed de Machabeis, de bello Iudaico, de vrbis Hierosolymæ excidio, & hujusmodi similibus. Dixit insuper hic author plures quam quinque libros scriptos lib. 3. c. 5. Dicit etiam Antiochiam in quartum locum reiectam postquam excrevit Constantinopolis civitas Bizantiorum: quo manifestum sit non nisi post tempora Constantini hos quinque Egesippi libros scriptos fuisse: a quo primum huic civitati hoc nomen impositum est. Quid multis opus? Bellarminus ipse fatetur eos quinque libros non extare quæ Egesippus scripsit: & quæ Egesippi hodie extant fictitia esse testatur Gulielmus Whitakerus cont. 1. q. 6. c. 12. Sibrandus Lubbertus de princip. christianorum Dogmat. li. 7. cap. 10. Iohannes Bridgesius Episcopus Oxoniensis. Defens. gubernat. lib. 3. pag. 299. et Meredithus Hanmerus Hierarchicus in Chronolog. Ecclesi. anno 121. At vtcunque fictitius hic author sit, fidem tamen fortè meretur. Qui id fieri potest cùm novitius sit, post tempora Constantini prodiens, sic ut de seculis antecedentibus, præsertim de Titi & Timothei ordinatione in episcopatum testis idoneus esse nequeat? *De Oecumen Pontif. lib. 2. p. 456.* A Daniele Chamiero comprobatum hoc: qui Egesippum reijcit etiam in historia Simonis hæretici: quia multis seculis post eam rem gestam vixerit. Nam Egisippum illum inquit falso nonnulli putant esse Apostolis σύγχρονον, quum vixerit post Constantinum magnum. Neque patitur eum de traditione *Domine quo vadis* *Cont. 4. q. 2. c. 15.* testificari Gulielmus Whitakerus, cujus ista verba suut, *Hæc omnis historia, seu potius fabula nititur fide Egesippi, cuius exigua sane fides &*

& authoritas est. Matheus Sutclivius non magis animadvertisse videtur Egesippum quem nunc habemus adulterinum fuisse, atque ipse Downamus; non tamen eam fidem quam Downamus adhibendam esse censet. *Incertum est* (inquit) *an Petro ex urbe fugienti aparuerit Christus, & ea dixerit quæ narrat Egesippus. Ambrosius, Gregorius, & fortasse Athanasius fabulam ex Egesippo hauserunt, &c.* De Pontific. Rom. l. 2. cap. 6.

Septimus author supostitius ab Hierarchicis productus Dorotheus est. Hujus vitam collegit Meredithus Hanmerus Hierarchicus: cui dubium non est, quæ nunc Dorothei Sinopsis extat, ab illo vero Dorotheo scriptam fuisse, quem multis laudibus ornat Eusebius lib. 7. cap. 31. & Demochares institut. Christian. relig. & quem martyrio sub Iuliano coronatum Petrus de Natalibus asserit. lib. 6. de sanctis. Atque hunc Dorotheum opponit Bellarmino Matheus Sutcliuius, ut probet non alium, sed Barnabam Ecclesiam Romanam primo fundasse. At etiamsi eum fictitium existimasset Sutclivius, melius tamen adversus Bellarminum eum ex parte amplexurum producere potuit, quam adversus nos Downamus, eundem penitus reijcientes & repudiantes. Probat is Apostolos Iacobum ordinasse episcopum Hierosolimitanum ex Dorotheo in Synopsi, sed eum loco penultimo citans, ante solum Augustinum. Alibi vero magnificentiori sede collocatur: citatur etenim loco primo ante Hieronimum & reliquos omnes, ut probetur Timotheum episcopum Ephesi Hierar. fuisse: ante omnes inquam eos, quos authores fide dignos Downamus affirmat. Quam vero parum fide dignus Dorotheus ipse sit, probat fusissime & eruditissime, ut alios omittam, Iohannes Reinoldus. *Sanè* inquit *Dorotheus ipse quisquis fuerit, sinopsin hanc nescio an majori imperitia an impudentia fecerit ac ediderit: ineptè, quia sine judicio, ea, quæ ipse stultissime somniavit putaverit esse vera: impudenter, quia ea quæ ipse sibi opinionis errore affinxerat, tanquam verissima scriptis commendavit.* En authorem Downami fide dignum: quem mirandum non est si Timotheum fecerit Ephesi episcopum, quum in alios tam liberalis fuerit, ut (citante Reinoldo) Cæsarem Philip. 4. 22. commemoratum id est, Neronem imperatorem fecerit episcopum Dirrachij, & Priscillam uxorem Aquilæ donarit episcopatu Colophonis. Addit insuper Reinoldus Cęsarem Baronium, qui fatetur nullum fuisse talem Dorotheum Episcopum Tyri, sed authorem hujus operis esse alium recentiorem cujus errores notat passim in Annalibus: nec non Bellarminum, qui ait Synopsin hanc falso Dorotheo adscribi: eamque plenam esse narrationibus confictis et mendacibus affirmat. Inter 72. Discipulos numerat Eunuchum Reginæ Æthiopum, quem a Philippo conversum constat post ascentionem Domini: & Iuniam Episcopum facit, quam tamen fæminam fuisse certum est: Hæc ita cum sint, miror Thomam Mortonum Hierarchicum asseruisse, Sixtum Senensem, hunc Dorotheum tanquam verum & genuinum agnovisse.

De Pontif. Rom. l.2. c. 11.

Lib. 4. c. 3.

Censur. Apoc. Criph. Tom. 2. pra. 138.

Con. 3. lib. 2. c. 32. 2.

Apol. p. 2. l. 2. c. 8.

Annal. Tom. 2. p. 17. Bibliot. l. 2. Titul. Clem. Panop. l. 3. c. 31.

etiam disertè testatur, has constitutiones Apostolorum, ut hæreticorum fæcibus adulteratas, à patribus repudiatas esse, En secundum argumentum, qua ne hic liber ab Hierarchicis citandus sit, nedum nobis obtrudendus. Authorem personatum in scenam producere sit leve: at librum talem hujusmodi authoris imperitis obtrudere, qui variè adulteratus sit, quis quæso leve dixerit? Et repudiatus a patrib⁹ hic liber est, quia varia adulterata continet: authoritatem tamen authenticam habebit quæ adversùs adversarium valeat? Sed remedium forte adhibebunt, quo minus fallamur in delectu. *Canones hujus libri illi recipiendi pro veris sunt* (inquit Baronius) *quos post observavit Ecclesia. Eatenus solùm hi Canones* (inquit Bilsonus) *fidem merentur, quoad cum primi temporis historiis, & antiquorum Conciliorum decretis consentiunt. Qui hujus libri Canones a patribus & conciliis citantur* (inquit Dovvnamus) *tanquam authentici, extra omnem exceptionem sunt: ut qui tantam authoritatem habeant, quantam ulla alia Ecclesiastica scripta quæcunque.* Et tu *Downame* dehinc fides lector: has putridas merces ita ornanti, quo venaliores essent? quòd ad praxim Ecclesiæ attinet, quam pro sua regulâ affert *Baronius*, ea satis certa non est, nam observati quidam Canones hujus libri sunt ab antiqua Ecclesia, qui doctrinæ Apostolicæ adversantur, ut a Magdeburgensibus rectè adnotatum est. Instant in Canone 17. qui secundas nuptias damnat, in Canone 27, qui nuptias in Presbyteris vetat, & Canone 68. qui ad jejunia quadragesimæ, Paschæ, feriæ quartæ, & Parasceves alligant conscientias. Respondent ista & *Bilsono*, annon etenim in sequentibus Concilijs stabilita sunt? Quòd ad citationes attinet, vel ex hoc uno discere promptùm, quàm minimè patrum juniorum testimonijs de sæculis ipsos antecedentibus, fidendum sit. *Ioh.* siquidem Damasc. hos Canones Apostolorũ inter ipsas sacras scripturas cõputat. Confirmati sunt hij Canones in Trullo inquit *Downamus* his verbis. Can. 2. *Placuit huic sanctæ Synodo, ut modo confirmati & rati sint, Canon. Apostol.* 85. *c. qui a sanctis patribus qui nos præcesserunt suscepti ac confirmati sunt, atque adeò nobis etiam traditi sunt, sanctorum & gloriosorum Apostolorum nomine,* Celebrata hæc Synodus est ad annum. 675. Ad annum vero 1049. *Leo* nonus contra Epistolam *Nicetæ* abbatis scribens, tantummodo 50 genuinos Canones esse dicit. Consulit iste horum Canonum authoritati, magis quam *Downamus*, qui Concilium in Trullo. & Canonem blasphemum illum 85. confirmatum citat: quem & *Bancroftus* abhominatur, & ipsemet *Downamus* quasi ab hæreticis interpolatum rejicit.

Anal. Tom. 2 p. 18. De Perpet. Gubern. cap. 16. p. 486. L. 2. p. 139. Cent. 1. l. 2. c. 8. De fide l. 4. c. 18. L. 2. c. 7. p. 139.

Tertiò, hos Canones Apostolorum dictos dicit ob duas causas, nempe propter magnam eorum antiquitatem & authenticam authoritatem. *Sunt* inquit *qui Epiphanium primò horum mentionem fecisse dicunt, sed mihi alter videtur, nam citantur Concil. Nic.* 8, 15. & 16, & *Concil. Antioch. cap.* 9. Primò oppono rationem *Magdeburgensium*, qui

qui hinc probant hos canones antiquos non esse, quia nulla eorum mentio est apud *Iustinum, Irenæum, Tertullianum* & cæteros priscos patres. Secundò, oppono rationem Cæsaris Baronij. *Magnam* inquit *imposturæ suspitionem facit canon. 65, quo excomunicatione plectendus statuitur laicus, depositione clericus, qui Sabbato ieiunaverit. Quando quæso tot tamque disertos antiquos patres canon ille præterijt ut à nemine citatus reperiatur? vel quomodo observationem Romana Ecclesia contrariam omnium Apostolorum canoni Sabbati jejunij suscepisset, vel eorum Episcopus* Clemens *id fieri permisisset, qui quod statuissent Apostoli & ipse scripsisset, quàm optimè novit? &c.* Tertiò, oppono sententias & rationes *Guiliel. Whitakeri* & *I. Reynoldi. Guil. Whitakerus ita.* [Videtur iste liber consarcinatus & consutus ex actis aliorum Conciliorum præcipuè verò ex Concilio Antiocheno: multa enim leguntur in Antiocheno Concilio similia, Non verisimile verò est Antiochenos Patres, sumpsisse aliquid ex Canonibus. Si enim sumpsissent non dissimulassent sed potiùs indicassent ut majorem inde suis sanctionibus ac decretis authoritatem conciliarent. Sed nullam illi prorsus huius libri mentionem faciunt.] Ita verò *Iohan. Reynoldus.* [Canones Apostolorum in unum corpus collecti videntur circa tempora *Constantini*, post Concilium Antiochenum, cuius omnes Canones ibidem interferuntur. Neque enim verisimile est eos patres eosdem Canones, eisdem verbis tanquam suos promulgare voluisse, quos priùs in Canonibus Apostolorum fuisse agnoverunt. Vt mihi videantur, quemadmodum *Hieronymus* monuit epistola ad *Lycinium*: quæque provincia abundet in sensu suo, & præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur: ita veteres Græci priscorum Synodorum decreta collegisse, & Apostolorum Canones maioris reverentiæ causa appellasse.] Postremò, *Tho. Bilsonus*, non ausus est dicere Concilium Antiochenum hos Canones citasse: hîc tantum dicit, Concilium Antiochenum, c. 9. eodem spectasse, quo hij Canones spectarunt.

Anal. Tom. 2 ann. 102.

Cont. 1. q. 4 c. 18.

Cens. Apost. Tom. 1. prælect. 44.

De perpet. Gubern. c. 14. p. 385.

Author secundus fictitius, *Clemens Romanus:* sic *Geor. Downamus.* [Desinunt Acta Apostolorum in *Pauli* ad Romam accessu: nullam de eis rebus mentionem facientia, quæ post per spacium 9. vel 10. annorum acciderunt. Quorum temporum Acta aliter cognosci non possunt, nisi ex illius epistolis, aut alijs antiquitatis monumentis, quam clausulam licet sub silentio preterierit refutator, opere pretium existimavi lectori in mentem revocare, ut multa sciat facta esse ab Apostolis, quæ in alijs antiquitatis registris narrantur, quanquam in Actis Apostolorum non narrantur, quæ in eis rebus consistunt, quæ annis 40. ante mortem *Iohannis* acciderunt. Iam verò Acta Apostolorum quæ post *Lucæ* historiam gesta sunt, ex parte narrantur per *Egesippum* & *Clementem*, & alios antiquos authores, qui testantur *Paulum* ordinasse *Timotheum* Ephesi Episcopum & *Titum* Cretæ, aliosque alijs in locis Episcopos, ab Apostolis cõstitutos fuisse.

L. 4. c. 4. p. 90.

Digitized by Google

§ Quorum testimonijs quisquis recuset fidem adjungere, fidem ipsemet nullam meretur? Quid tibi videtur lector? Annon gratulandum *Downamo* est, quod supplementarios nobis dederit, tam egregios, tam necessarios, tam fide dignos, quô historiæ sacræ defectus sarciatur? Sistendus tamen hic *Clemens* est; ne fortè circumforaneo aliquo impostore decipiamur. Quis igitur hic *Clemens* est? Proculdubio *Clementem Romanum* intelligit, verum Apostolorum discipulum. *At vera tantùm unica illius Epistola ad Corinthios est* (inquit Eusebius) *contrà omnia quæ Clementi ascribuntur supposititia.* Et in illa Epistola, quî novit *Downam.* quicquam ab eo de *Titi* & *Timothei* Episcopatu scriptum fuisse? Quid igitur? aut recognitiones, aut decretales Epistolas, aut Constitutiones Apostolorum, quæ *Clementi* ascribuntur, intelligat *Downamus* necesse est. Ea verò affinitas est constitutionum Apostolorum, cum Canonibus Apostolorum, qui etiam *Clementi* a *Bellarmino, Baronio*, aliisque ascribuntur: ut eas potissimum respexisse *Downamum* credam. Neque obstat quòd fateatur in *Trullo* condemnatum fuisse Canonem Apostolorum 85 quâ *Clementis* constitutiones roborat; cur etenim has constitutiones quanquam ab hæreticis adulteratas (neque enim aliam ob causam eas condemnat Concilium (non amplecteretur? atque Canones Apostol. amplectitur: quos tamen ab hæreticis adulteratos confitetur? Quid igitur? Impostor iste, qui undique ab omnibus conclamatur, succedaneus Lucæ erit in actis Apostolorum memoriæ prodendis: imo sacrarum *Pauli* epistolarum supplementarius, author porro dignus tanta fide ut nullam fidem mereatur, qui ei fidem adhibere detrectaverit? Egonè hæc a *Downamo* expectabam? Egone, impudentiam impudentissimam non exclamassem, si quis alius præter *Downamum* hæc barritasset? Huccine iam tandem deventum est ut falsorium notabilem, a jure cononico vetitum, a Concilio in *Trullo* condemnatum, a *Cæsare Baronio* ipso in quibusdam improbatum: a *Iuello, Whitakero Reynoldo, Lubberto, Perkinso* detectum, a *Bilsono* denique, *Feyldo, Mortono*, Hierarchicis ipsis consputum, conspurcatum, explosum, exibilatum: non solùm pro vero Apostolorum discipulo, sed etiam digno Apostolorum in historia sacra pertexenda succedaneo amplecti necesse sit, ni fidem etiam nostram prodere velimus & prostituere? Atque vel ex hoc uno intellgere promptum, quàm *Downamus* vanus sit, quum patres sœculo posteriores credendos affirmat, quando de prioribus sœculis in materia facti, testimonium ferunt. Nam ut *Carolum Bovinum, Athanasius*, & *Eusebius* deficiant, quos pro *Clementis* constitutionibus testes producit: *Cyrillus* tamen Hierosolymitanus, *Epiphanius* & *Chrysostomus* non deficient. *Cyrillus* etenim Catechis. 18. citat librum quintum sub his verbis: ut scribit *Clemens*, ut multi narrant; & *Chrysostomus* Homilia 53. in *Mattheum* ita habet. *Quomodo autem quidem sacerdotes ab hominibus ordinentur, manifestè in libro octavo Canonum*

L.3.c.38.

Tom. 1. p. 817.

Apostolorum

Apostolorum dicitur. Epiphanius verò ita. *Cæterum ad hoc afferunt fa.è ijdem* Audiani *Apostolorum constitutionem quæ apud multos in ambiguo est, sed non reprobata. Omnis enim regularis ordo in ipsa habetur, & nihil à fide adulteratum, neque à confessione, neque ab Ecclesiastica gubernatione & regula——Decernunt enim in eadem constitutione Apostoli, &c.* Nihil miri est, si Episcopum contrà *Aerium* defendit *Epiphanius*, tanquam ab Apostolis constitutum: cum has *Clementis* constitutiones, tanquam ab Apostolis ipsis sancitas defendit: nihilque in eis quoad gubernationem Ecclesiæ adulteratum esse dicat. Multa ad refutationem adferre non est opus: ipsa constitutio quam tuetur contra *Audianos Epiphanius* eiusmodi est: ut & *Epiphanium* refutare, & eandem explodere *Carolus* ipse *Bovinus* coactus sit. [Tantum (*inquit*) abest ut ea quæ hoc capite legimus Apostoli statuerunt, ut etiam contraria horum ab ipsis præcepta videantur. —Ipsa constitutio se prodit, & tantùm non vocem emittens, clamat se novam esse. Ait enim æquinoctium fieri vigesima secunda Dystri-mensis, hoc est, Martij. Perspicuum est autem Christi tempore, æquinoctium fuisse vigesima quinta Martij. Quare nova est constitutio, fortasse edita post Concilium Nicenum in quo Paschæ observatio, ad eam rationem redacta fuit, &c. Quid igitur est? *Clemens* iste, verus ille Apostolorum discipulis non est: neque hic liber Constitutionum antiquus, sed post Concilium Nicænum editus: neque authenticam authoritatem ullam habet ad Episcopatum Hierarchicum comprobandum.

Heres. 70.

L. 5. c. 28.

Schol. in constit. Clem. l. 5. cap. 18.

5 Tertius author suppositititius, *Ignatius*; de quo notum omnibus est, quantopere Hierarchici glorientur. *Purissima Ecclesiæ facies* (inquit Scultingius) *in* Ignatio *est*: Ignatij *epistolæ* (inquit Baronius) *viva imago Ecclesiæ, disciplinæ, & traditionum sunt. Non Ecclesiæ sed Synagogæ Sathanæ sunt, quæ non conformant ad Ecclesiam tempore* Ignatij. Hinc stomachantur nostri quòd harum Epistolarum authoritatem in dubium vocari videant. Ita *Lous*: *Epistolas tuas sanctissimi* Ignati *adulterinas esse contendunt. In idenim impudentiæ diverticulum si non se r. ceperint, adulterata penitus & turpissimis sordibus aspersa, eorum doctrina habeatur.* Richardus Bancroftus ita: *Aut ad morem Genevensem* Ignatius *loqui debet: aut si plus quam volunt urgeas, pauperculus antiquus pater iste, tanquam fictitius, & homo vanus, iure rejicitur.* His ut respondeatur, non ego hîc disputabo pro nobis *Ignatius* ne sit: sive sit, sive non sit perinde est. Fictitium etenim authorem hunc esse, absque impudentia affirmari potest: id quod multis argumentis liquere potest.

Hierar. Anacrys. Annal. Tom. 2. pag. 34. & 37.

Quer. Eccle. p. 91.

Turv. c. 27. p. 330.

Primò, in omnibus ferè Epistolis satis copiosis (quod observarunt Magdeburgenses) occasio scribendi prætermittitur nec vel divinari licet, quare ad hanc aut illam Ecclesiam, potiùs quàm ad aliam, literas mittere *Ignatius* voluerit. Vnde hoc? annon quia fingi occasiones ab interpolatore satis commodè non potuerant?

Cent. 2. cap. 10.

Digitized by Google

Secundò, refert *Eusebius, scripsisse Ignatium a Smyrna & cum ultra*
L.3.c.31. *Smyrnam esset, a Troade scripsisse* : quod (ut rursus *Magdeburgenses*)
32. itineris Ignatiani ratio & cursus non patitur. [Expende (*inquiunt*) quàm longum iter sit, Antiochiâ ad littus Ægæi pelagi se recipere, ibique rectâ sursum versus Septentrionem ascendere, & præcipuas civitates in littore sitas usque ad *Troadem* perlustrare : cum tamen iter ad Romam sit destinatum versus occasum. An decem illi Leopardi à quibus captivus ducebatur has illum ambages quærere permittebant? aut per tot circuitus illi ancillatos fuisse verisimile est? aut fidem Christianam adeo illi diligebant, ut ad eandem ferendam ad tot loca eum divertentem comitarentur? Humaniùs tractatus *Paulus* erat, quàm Ignatius quando Romam captivus abducebatur, qui tamen multò rectiori & breviori itinere traductus est.]

Tertiò, ea authoritate *Ignatius* erat, ut eum magis imitari *Iustinus* & *Irenæus*, & *Cyprianus* ipse voluerit si modo illius Epistolæ illorum ætate extitissent, quam *Tertullianum*, qui eum tamen usque adeo imitatus est, ut prope quibusdam cum *Tertulliano Montanizare* videatur. Atque nulla apud hos patres *Ignatij* Epistolarum imitatio, imò ne citatio quidem reperitur, donec ad constitutiones Apostolorum deventum est, quas post Concilium *Nicænum* confectas esse do-
In præfat. in monstravimus supra. Multas sententias collegit *Carolus Bovinus,*
constit. Clem quæ in Epistolis *Ignatij* & in constitutionibus Apostolorum, penitus eædem reperiuntur. Quid igitur sentiendum? aut *Ignatius* ex *Clemente*, aut *Clemens* ex *Ignatio* has sententias desumpsit. Si *Ignatius* ex *Clemente*, ut *Carolo Bovino* placet, tum post Concilium *Nicænum* & non ante, scriptæ hæ Epistolæ *Ignatij* sunt. Si *Clemens* ex *Ignatio*, rationem expecto, cur primò hic author sententias *Ignatij* ita condensaret? *Iustinius, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Origenes*, similiter non condensarent? Atq; certè à nemine horum, adeo frequenter citatum *Ignatium* fuisse constat : ego verò epistolas *Ignatij* à nemine unquam ante Concilium *Nicænum*, omnino citatas dico. Quod si cita-
L.4.c.27. tus fuisset, non tamen inde sequeretur, epistolas hasce ab ipso *Ignatio* scriptas fuisse, quia citat *Hermæ* pastorem *Irenæus*, quem librum tamen à verò *Herma* quem *Paulus* meminit Roman. 16. scriptum non fuisse, sed sub persona *Hermæ* fictum agnoscunt omnes. Qui librum fictum citavit *Irenæus*, nonne Epistolas *Ignatij* veras multo magis citasset, si ante extitissent : præsertim cum ostendat *Iohannes*
Conf Apocr. *Reynoldus* omnia undique testimonia etiam ex Ethnicis conquisivis-
Prælect. 17. se *Irenæum* : & *Iustinum Martyrem* & *Clementis* Epistolam citavisse. Respondebis eundem *Reynoldum* dicere *Irenæum Ignatium* citasse
Lib.5.c.17 hisce verbis. *Quidam è nostris*. At non Epistolam aliquam citare *Irenæum* dicit *Reynoldus* (quod & in aperto est) sed tantùm *Ignatij* dictum quoddam. Verba sic se habent. *Quemadmodum quidam de no-*
Lib.3.c.3. *stris dixit, propter Martyrium in Deum adiudicatus ad bestias : quoniam*
L.4.c.14. *frumentum sum Christi, & per dentes bestiarum molor, ut mundus panis*
Deo

Digitized by Google

Deo inveniar. Cum *Clementem* citat, útitur hâc voce, *scripsit*: cum citat *Iustinum*: *Bene inquit Iustinus in eo libro qui est ad Marcionem, &c.* in hac autem citatione hoc tantum ait. *Quidam è nostris dixit*: adde quod nomina *Clementis* & *Iustini* ponat, cum quid ex eorum scriptis adfert: *Ignatium* verò circumscribit tantùm: quibus omnibus patet, non illius scriptam Epistolam aliquam, sed tantùm illius dictum quodpam, quod vulgo tum circumferebatur, eum allegasse. Quo suspectior *Eusebius*, qui Epistolas *Ignatij* nullo alio argumento confirmare potuit, quàm hac *Irenæi* citatione. Lib. 3. c. 35.

Quartò, septem tantum Epistolas scripsisse refert *Eusebius*, quod *Hieronymus* confirmat, in Catalogo virorum illustrium, at nos iam duodecim habemus. Quid de Epistola *Mariæ* ad *Ignatium* sentiendum: lectoris iudicio eum permittit *Baronius*, transfodit verò *Suarez*. *An beata virgo aliquid scripserit* (inquit) *non constat*: *nam Epistola quædam ad* Ignatium *quæ nomine eius circumfertur, incertæ authoritatis est*: *si constaret eam à beata virgine scriptam, nemo ut existimo dubitaret, quin inter Canonicas scripturas esset numeranda.* Quid etiam de Epistola *Polycarpi* quæ unà cum Epistolis Ignatij extat sentiendum est? Ita *Eusebius*: *Polycarpus dicit se ab Ignatio per Epistolam rogatum esse ut Epistolã ferret ad Philippenses*: at nihil huiusmodi in *Polycarpi* Epistola quæ nunc extat. Non rogabo etiam quid de ipsis septem Epistolis *Ignatij* reliquis sentiendum sit: ut omittam probabile esse, eas esse fictitias, quemadmodum hæ sociæ Epistolæ *Mariæ* nempe & *Polycarpi* fictæ sunt: respondeo & eas antiquorum patrum citationibus ut nunc extant, non respondere. *Theodoretus* si quidem dialogo 3. affert testimonium ex Epistola *Ignatij* ad Smyrnenses, quod in hac nunc edita non reperitur. Idem *Theodoretus* dialog. 1. & *Gelasius* contra *Eutychem*, citat ex Epistola *Ignatij* ad Ephesios testimonium, quod in his nunc editis exemplaribus nusquam apparet. In Tom. p. 3 q. 37. art. 4. disput. 20.

Postremò *Hieronymus* dialog. 3. contra Pelagianos, testimonium citat ex *Ignatij* Epistolis, quod in his editis non habetur. Sed & scrupulus adhuc alius restat, in *Ignatio* non citando. *De anno quo Christus baptizatus est dissentiunt à sese patres*, Ignatius *verò ab omnibus* (inquit *Baronius*) Is anno 30. expleto baptizatum tradit: contra quam sententiam audacter insurgit *Epiphanius*? Hoc probabili argumento est, has Epistolas Ignatianas tum temporis non extitisse. Quid enim? Num tota antiquitas sese Ignatio opponerat? In re tantùm controversa, non *Ignatium* consulissent? non citassent? sine mentione omni præterijssent? si contrà sentiret, nonne illius authoritatem refutassent? Tom. 1. p. 35

Quintò, phraseis harum Epistolarum tempori Ignatiano non conveniunt, frequens etenim apud eum, sacerdotis, altaris, offerendi, sacerdotijq; mentio est, quæ nomina in prima Ecclesia non fuisse observata fatetur ipse *Bellarm.* qui veteres longo tempore, Iudeorum causa, ab his abstinuisse dicit.

Sextò

Digitized by Google

Sextò, in Epistola ad Philippenses, eum esse socium eorum qui Christum occiderunt dicit, qui cum Iudæis Pascha celebrat: quo strepitu sorex se iste prodidit non Ignatium orientalem, sed hominem potiùs occidentalem, Romanumq; fuisse. Magna controversia de Paschate inter Episcopos orientales & occidentales fuit: quorum illi *Iohannis* & *Philippi* exemplo freti, quartâ decimâ lunâ una cum Iudæis celebrandum Pascha censuerant: Orientales morem contrarium acriter tuebantur, qui post in Concilio Nicæno sancitus erat: sic ut post hoc Conciliū scribens Epiphanius, ex Canone Apostolorum, quem citat, Orientales refutet. Quid igitur? contra Apostolorum Canonem, contra Orientales coepiscopos suos ivisse Ignatium, & in castra Occidentalium transfugisse verisimile est? Fac hoc verisimile, id tamen quomodo verisimile fuit, Victorem Romanum hanc Ignatij authoritatem prætermittere voluisse? cum orientalem contra Orientales citasse Ignatium præsertim tantæ authoritatisvirum, pro causa sua maximè fecit. Redolent certè ista Ignatij tempora illa, quæ Nicænum Concilium subsecuta sunt.

Septimo, qui Sabbato ieiunat, eum Christi occisorem esse dicit *Ignatius* in Epistola ad *Philippenses*: at jejunium Sabbati nunquam interdictum fuit in Ecclesia Orientali, ante tempora *Marcionis*, qui Sabbato jejunavit in odium Dei creatoris omnium. Canone 65. Apostolorum hoc jejunium interdictum est: sed *Cæsar Baronius* ipse fatetur, non antè tempora *Marcionis* hunc Canonem inventum & insertum fuisse. Quid ni igitur dicendum, hanc Epistolam *Ignatij* non nisi post tempora *Marcionis* scriptam? *Anal. in an. 146.*

Octavo, citat contra nos *Downamus*, verba *Ignatij* in Epistola ad *Philadelphienses*: quibus insinuat separationem quorundam suo tempore ab Episcopo: contra quos ad unitatem cum Episcopo hortatur, a divisione vero ab Episcopo dehortatur. Ex his verisimile est, non nisi post Novati aut Donati tempora, has Epistolas Ignatij scriptas esse: quæ enim occasio tempore Ignatij horum quæso verborum fuit. *L. 1. ca. 11. pag. 233.*

Nonò, in Epistola ad Trullenses dicit se intelligere angelorum & Archangelorum ordines, multivaraias diversitates, virtutum & dominationum differentias, sedium atq; potestatum distantias, thronorum magnificentias, Cherubim & Seraphim excellentis spiritus sublimatem: quæ *Ignatij* spiritum minimè sapiunt, imo ne tempora quidem redolent. Dicit *Baronius Dionysium*, hac in re *Ignatium* citasse, quod falsum est: quod si citaret verò, suspitio augeretur: redolent hæc quidem *Dionysij* tempora, quæ *Ignatio* multò posteriora sunt. Apponi hîc possunt quæ habet de *Ignatio Socrates*. *Iam vero dicamus unde consuetudo hymnorum, qui in Ecclesia alternis dicantantur, initium cæperit.* Ignatius *Antiochiæ quæ est in Syria, tertius à* Petro *Apostolo Episcopus, qui cum Apostolis ipsis multùm versatus est, visionem vidit Angelorum sanctam trinitatem hymnis alterna voce decantatis collaudantium* *Lib. 6. c. 8.*

dantium: & formam canendi in ea visione expressam Ecclesiæ Antiochenæ tradidit. Vnde illa traditio in omnibus Ecclesiis recepta est: in quibus observandum contra Downamum, quàm parum patres juniores de Ecclesiis antecedentibus in materia facti, idonei testes sint. Quàm traditionibus & relationibus à manu in manum tradidis fidendum, quàm parum denique, quæ passim inculcat de universâ Ecclesiæ praxi firma sint. *Mihi* (inquit) *sufficit testimonium quod citavi, Eusebij tempore, qui intra ducentos ab Ignatio annos vixit, suspectum non fuisse. Nam si Eusebius & qui illius tempore vixerunt, nullam causam noverunt, cur Epistola Ignatij ad Ephesios suspecta esset: nullam ego causam nosco cur pro suspecta refutator eam habere debeat.* Sufficit igitur quòd Socratis testimonium illius tempore suspectum non fuit? certe tam verum hymnos alternos in tota Ecclesiæ primæ praxi usurpatos fuisse (quod tamen est falsissimum) eosque per visionem ab angelis acceptos Ignatium tradidisse, quam verum est, Ignatium Episcopum Hierarchicum fuisse: eumque epistolam illam scripsisse, quæ nunc extat, ad Ephesios. L.4.c.2.p 42.

8 Decimò, quum traditionem quadragesimæ, jejunij quartæ feriæ, ordinum minorum, Acoluthorum, exorcistarum &c. nobis ex Ignatio objiciunt pontificij, quid aliud habent quod respondeant nostri, quàm hæc longo post tempore introducta, satis solido argumento esse, has Ignatij epistolas suppositititias esse? Vndecimò, qualia illa quæso sunt quæ in epistola ad Magnesianos reperiuntur? *Non presbyter, non Diaconus, non laicus sine Episcopo debet aliquid facere, sicut Christus sine patre nihil facit.* Num hæc aut spiritum, aut etiam tempora Ignatij redolent? Quàm etiam illud ακυρον, quod de honorando rege et episcopo verba faciens, episcopum præponit regi. Duodecimò, cum in citando Ignatio Downamus tam multus sit, cur non rationes produxit, quæ fidem Ignatio asserere possint? Producit inquies: nam hæ epistolæ piæ & doctæ sunt inquit, & sufficiens probatio est, eas non esse fictitias quòd ab Eusebio memorentur. Negatur hanc probationem sufficientem esse: falli etenim potuit Eusebius de illis epistolis, æquè ac de illius hymnis Socrates, traditione vana. Collegerat quis fortè dicta Ignatij ante tempus Eusebij, eaquè in formam epistolarum redegit: sed Ignatium ipsum epistolas scripsisse, non magis certum est ex Eusebij relatione, quàm certum est, epistolas Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum genuinas esse, quòd memorentur ab Hieronymo in catalogo virorum illustrium, et tanquam genuinæ ab eodem approbentur. Accedo propius ad ipsum Eusebium: dicit ille, Ignatium septem epistolas scripsisse, quid tum? sic etiam dicit (ac non ille solum, sed universa prima Ecclesia) librum pastoris, verum Hermæ scriptũ fuisse: quod tamen quàm falsum sit, iam omnes facilè internoscunt. Negatur secundò, has epistolas Ignatij quæ nunc extant, illas ipsas esse, quæ ab Eusebio commemorantur. At in epistola ad Ephesios inquis eadem verba reperiuntur quæ recitat Lib.3. c. 2. p.36. Lib. 4.c.2. p.42.

Euseb. Quinq; has epistolas dolauit, & titulum & verba Eusebij imitari non potuerit? Extant inquis in epistola ad Ephesios eadem verba quæ Eusebius recitat: at habuimus suprà Theodoretum & Gelasium verba quædam citasse ex epistola Ignatij ad Ephesios, quæ in ista quæ iam circumfertur, minimè extant.

9 Decimo tertiò & ultimò, doctorum virorum judicia, hac in re, a nobis sunt: fictitias etenim has Ignatij epistolas esse docent inter alios, Magdeburgenses Centur. 2. lib. 10. Gulielmus Whitakerus cont. 1. qu. 6. cap. 19. Sibrandus Lubbertus de princip. Christian. dogmat. lib. 7. cap. 10. & Gulielmus Perkinf. in problem. quem ego quia unus de nobis est non citassem, nisi eum antè a Georgio Downamo citatum vidissem. Quid ipsi Hierarchici? Thomas Bilsonus in canonibus Apostolorum fidentior est, quàm in Ignatio. *Canones* (inquit) *qui dicuntur Apostolorum, antiquioris disciplinæ documenta sanè pervetusta sunt*. Pagina verò proxima ita habet de Ignatio. *Ejusdem hujus vocis usum in epistolis illis, quæ Ignatij feruntur, semel atq; iterum invenio*. Observa eandem notam inussisse Ignatio, quam canonibus, laudem verò vetustatis attribuisse Canonibus, quam Ignatij epistolis non atribuit. Quum dicit, Canones qui dicuntur Apostolorum, apertè innuit, eos ipsorum Apostolorum minimè esse, sicuti alibi apertè docet : pari ratione quum dicit, epistolæ quæ feruntur Ignatij, eas Ignatij minimè esse subinsinuat. Eadem ni fallor doctissimi Causaboni opinio est. Probandum illi erat, ad priscam Ecclesiæ disciplinam demonstrandam potiora esse prioris sæculi, quàm quarti aut quinti testimonia. Instat autem in Cypriano solo. *Vel unicus* (inquit) *Christi Martyr sanctissimus Cyprianus, primitivæ Ecclesiæ πολιτείαν & disciplinam totam, melius nos docuerit, quàm multi alij qui in quarto sæculo vixerunt*. Cur omisit Ignatium ergo, si eum genuinum existimasset? nam & multò antiquior est, & multa de disciplina habet, sic ut Baronius, *ecclesiasticæ disciplinæ faciem purissimam in eo lucere* dicat. Iohannes Bridgesius Episcopus Oxoniensis, multò apertissimus est. *Quicunque* (inquit) *in Ignatij nomine illas epistolas scripsit: non enim audeo (tam audacter ut fratres) affirmare, eas ipsius Ignatij esse*. Richardus Stochius, ità in sua versione Whitakeriana. *Authoritate Ignatij obrui veritas non debet, cujus fides exigua est, si tamen omnino ulla: non te latent quæ doctorum hominum omnium de illis Ignatij epistolis judicia sint. Gratianus ipse non multum huic Ignatio favet: multa in his epistolis reperiuntur, quæ illius temporibus doceri incredibile est, qualis ista stricta quadragesimæ observatio est: imò non nisi iam pridem hæ epistolæ impressæ & publicatæ sunt*.

De perpet. gubernat. c. 7 P. 115

Epist ad Cardi Peron. P. 31.

Lib. 18. P. 898.

Rat. 5. P. 824. 126.

10 Quartus author fictitius qui ab Hierarchicis produci solet, Dyonisius Areopagita est. Iohannes siquidem Whitgiftus, interogationes in baptismo ad infantes, in Ecclesia Anglicana hodie usurpatas, ita tuetur. *Novæ non sunt, neq; nuper inventæ, sed magnæ antiquitatis. Nam Dyonisius Areopagita earum meminit, &c*. Quam autem indignum

Tractat. 16. cap. 1. D. 1.

dignum sit nos hoc fabulatore & circumforaneo prægravari, videre est in Gulielmo Whitakero Cont. 1. quæst. 6. cap. 12. Sibrando Lubberto de princip. Christianorum dogmat. lib. 7. cap. 10. Gulielmo Perkin, : in problemat. Gulielmo Fulcone iu respons. ad Angle-Rhemen. In Act. 17. Thom. Mortono Apolog. Catholic. q. 2. lib. 1. cap. 3. alijsque authoribus nostris, qui laruam huic Dyonisio egregiè detraxerunt.

11 Quintus author fictitius qui ab Hierarchicis produci solet, author epistolarum decretalium est, sub nomine Clementis, Anacleti, Aniceti, &c. Sed ecquis ullus Evangelicus, inquis, his epistolis decretalibus fidem adhibendam censebit? Quid ni, *dummodo* (ut est apud Comicum) *ob rem*. Richardus etenim Bancroftus, in capite eo, quo nostros in patres contemptus exaggerat, hos etiam patres inter reliquos a nobis reijci & repudiari indignissimè fert. *Quando antiquitas & legitimus vsus nominis Archiepiscopi, ex authoritate Clementis, Anacleti & Anaceti probatur, horum authoritatum citationem ipsius inferni citationem appellant: hos omnes authores sub pedibus proterunt, Clement, Anacletus, Anicetus, tanquam circumforanei notis Thrasiciis comperti ab eis dimittuntur.* Vide lector cum quo hominum genere nobis lis est: certè cum eis, qui vel ipsis papistis quibusdam longè deteriores sunt. Cæsar etenim Baronius fatetur epistolas Clementis quas nunc habemus, easdem non esse cum eis quas Ruffinus transtulit: & fusè disputat Nicolaus Cusanus contra harum Clementis et Anacleti epistolarum ligitimationem: et Antonius Cautius deniquè jurisconsultus doctissimus, has epistolas decretales veru transfigit. Hos citans Richardus Fyldus Hierarchicus, *Philistæos proprio glado cadere* (dicit) *et se mutuis verberibus conficere*. Omitto nomen Philistæorum, hoc tamen dico: dum ea quæ Philistæorum sunt Hierarchici satagunt, eos gladio proprio ad illum Philistæorum morem, non immeritò cadere. Primó etenim hic ipse Fyldus Hierarchicus, quasi gladio evaginato has decretales epistolas transverberat, ac proinde per ipsorum latus Richardũ Bancroftum vulnerat. Deinde Thomas Bilsouus Hierarchicus has epistolas decretales fictitias esse doctè disputat. Ad hæc, Thomas Mortonus Hierarchicus adversùs decretales epistolas multa habet. Postremò, Iohannes Whitgiftus, citat ille quidem pro episcopatu et Archiepiscopatu comprobando Clementis epistolam: sed præ pudore aliud illi nomen indit, ex Polidoro Vergilio, Compendium scilicet Christianæ religionis, quin etiam hanc Clementis epistolam agnoscit fictitiam his verbis. *Nemo negat quin epistolæ Clementis fictitiæ sint.* Itane verò fictitiæ, & tamen ad comprobandum Archiepiscopatum pressæ? Certè Nicolai Cusani is candor erat, vt quanquam primatui Romanæ Ecclesiæ consultum pervellet: per has epistolas decretales tamen, propterea quòd fictitiæ suut, consuli eidem nollet. Quo nomine laude dignus & Matheus Sutcliuius Hierarchicus: qui de epistolis decretalibus Clementis, Anacleti, &c. Verba

Surve. c. 27. P. 336, 337.

Annal. anno 102. de concord. cathol. lib. 3. c. 2.

Anotat in distinct. 16. c. 70. de eccles. l. 5. c. 34.

Cont. Apol. Apol. p. 2. l. 3. c. 26.

Tractat. 8. c. 2. Divis. 8

Digitized by Google

& authoritas est. Matheus Sutclivius non magis animadvertisse videtur Egesippum quem nunc habemus adulterinum fuisse, atque ipse Downamus; non tamen eam fidem quam Downamus adhibendam esse censet. *Incertum est* (inquit) *an Petro ex vrbe fugienti aparuerit Christus, & ea dixerit quæ narrat Egesippus. Ambrosius, Gregorius, & fortasse Athanasius fabulam ex Egesippo hauserunt, &c.* De Pontific. Rom. l. 2. cap. 6.

Septimus author supposititius ab Hierarchicis productus Dorotheus est. Hujus vitam collegit Meredithus Hanmerus Hierarchicus: cui dubium non est, quæ nunc Dorothei Sinopsis extat, ab illo vero Dorotheo scriptam fuisse, quem multis laudibus ornat Eusebius lib. 7. cap. 31. & Demochares institut. Christian. relig. & quem martyrio sub Iuliano coronatum Petrus de Natalibus asserit. lib. 6. de sanctis. Atque hunc Dorotheum opponit Bellarmino Matheus Sutcliuius, vt probet non alium, sed Barnabam Ecclesiam Romanam primo fundasse. At etiamsi eum fictitium existimasset Sutclivius, melius tamen adversus Bellarminum eum ex parte amplexurum producere potuit, quam adversus nos Downamus, eundem penitus reijcientes & repudiantes. Probat is Apostolos Iacobum ordinasse episcopum Hierosolimitanum ex Dorotheo in Synopsi, sed eum loco penultimo citans, ante solum Augustinum. Alibi vero magnificentiori sede collocatur: citatur etenim loco primo ante Hieronimum & reliquos omnes, ut probetur Timotheum episcopum Ephesi Hierar. fuisse: ante omnes inquam eos, quos authores fide dignos Downamus affirmat. Quam vero parum fide dignus Dorotheus ipse sit, probat fusissime & eruditissime, ut alios omittam, Iohannes Reinoldus. *Sanè* inquit *Dorotheus ipse quisquis fuerit, sinopsin hanc nescio an majori imperitia an impudentia fecerit ac ediderit: ineptè, quia sine judicio, ea, quæ ipse stultissime somniavit putaverit esse vera: impudenter, quia ea quæ ipse sibi opinionis errore affinxerat, tanquam verissima scriptis commendavit*. En authorem Downami fide dignum: quem mirandum non est si Timotheum fecerit Ephesi episcopum, quum in alios tam liberalis fuerit, ut (citante Reinoldo) Cæsarem Philip. 4. 22. commemoratum id est, Neronem imperatorem fecerit episcopum Dirrachij, & Priscillam uxorem Aquilæ donarit episcopatu Colophonis. Addit insuper Reinoldus Cęsarem Baronium, qui fatetur nullum fuisse talem Dorotheum Episcopum Tyri, sed authorem hujus operis esse alium recentiorem cujus errores notat passim in Annalibus: nec non Bellarminum, qui ait Synopsin hanc falso Dorotheo adscribi: eamque plenam esse narrationibus confictis et mendacibus affirmat. Inter 72. Discipulos numerat Eunuchum Reginæ Æthiopum, quem a Philippo conversum constat post ascentionem Domini: & Iuniam Episcopum facit, quam tamen fæminam fuisse certum est: Hæc ita cum sint, miror Thomam Mortonum Hierarchicum asseruisse, Sixtum Senensem, hunc Dorotheum tanquam verum & genuinum agnovisse.

De Pontif. Rom. l. 2. c. 11.

Lib. 4. c. 3.

Censur. Apoc. Criph. Tom. 2. præ. 138.

Con. 3. lib. 2. c. 32. 2.

Apol. p. ap l. 2. c. 8.

Octavus author superest, non fictitius ille quidem, alius tamen quàm qui ab Hierarchicis producitur: Ambrosius nempè ille, author commentariorum in epistolas qui in 1. Tim. 5. 1. de seniorum abrogatione conqueritur. Multas paginas implet Downamus, Ambrosium Mediolanensem Archiepiscopum fuisse, ut probet verisimile nullo modo esse, Archiepiscopus qui esset, de seniorum laicorum abrogatione conquesturum. Quasi presbyterium sacerdotale, si libertatem avitam suam retenuerit, adæque limitibus Archiepiscopatus Downamiani non officiat, ac presbyterium (vt illi quidem loqui placet) laicū. *Sed hoc opus*, ut inquit Iohannes Reinoldius, *non est Ambrosii, sed alterius cujuspiam, sive Hilarij, ut putant Theologi Lovanienses sive Aug. sive fortassis alicujus qui Ambrosius nominaretur, non tamen esset Amb. episcopus Mediolanensis*: alibi vero sic obijcitur, *Ambros. in commentario in 1. Tim. 3 appellare Damasum domus dei rectorem.* Respondet Reinold. *Quisquis fuit qui illud scripsit, Ambrosius celebris episcopus Mediolanensis non fuit, cui falso inscribuntur commentarij in Paulum, sicut Theologi vestri Lovanienses observerunt & testificati sunt: Præfat. in Bibl. Excus. Antverpæ: Plantino. & censur. In lib. quæst. vet. & nov. Testament. in apendice operum Augustini:* Infert deinde verba illa de Damaso, Ambrosij Mediolanensis esse non posse. *Quia his author ante Damasum mortuus sit, qua multiplici innotatione persuasi multi sunt (vt notant vestri Lovanienses) quòd liber quæstionum veteris et novi testamenti qui titulum Augustini fert, & hij Ambrosio ascripti, ab eodem authore scripti fuerint. Nam qui illum librum scripsit, scripsit anno 300. ut apparet ex quæst. 44.* Hæc semel atque iterum reperit Reinoldus in libro de Divortiis. Similiter Gulielm. Whitakerus. *Respondeo hos commentarios non esse Ambrosij, vt multi suspicantur. Neque hæc nostra tantum sententia est, sed censores etiam Lovanienses idem sentiunt. Tribuunt enim illi hos commentarios ei, qui librum quæstionum veteris & novi testamenti scripsit qui habetur in apendice operum Augustini Tom. quarto. Et commentarios in Epistolas non esse Ambrosij, multorum opinio est.* Infert deinde locum de Damaso corruptum esse. *Secundum nostrum argumentum* (inquit) *sumitur a confessione adversariorum. Nam si idem author fuit horum commentariorum, qui fuit quæstionum veteris & novi testamenti, tum non potuit facere mentionem Damasi. Nam ille liber scriptus est, anno trecentisimo post Christum, quemadmodum ex quæstione 44. apparet. at Damasus Papa factus est anno 370 post Christum.* Hæc quæ de Ambrosio isto comperi, minimè retinenda duxi, sive ad causam nostram faciant sivè non, quia ab initio mihimet proposui candide agere, iuxta illud. *Inter bonos benè agere.*

Cens. Apoc. tom. 2. præl. 60.

Collat cum Hart. c. 60.

Lib. 1. c. 7. P. 144.

Inuit Georgius Downamus de hoc authore dubitatum esse: subdit tamen *non hoc dico, quasi hanc ejus authoritatem elevare vellem.* Hoc ille supponens verba Ambrosij pro Senioribus minimè facere: at Cornelius Scultingius aliud videns aliud quoque Boquino respondet [illegible] *inquit Ambrosium authorem hujus commentarij in*

Hier. Anac. Lib. 3. p. 76.

Epistolam ad Timotheum, vide Westcapellium contra Seniores in Catechesi de sacramento ordinis, ubi agit de presbyteris fol. 197. Ad vitandos nempe Seniores Ambrosium hunc rejicit Scultingius: quomodo Bellarminus eodem pressus respondet. Eruditos homines satis habere cognitum hoc opus non esse Ambrosii neque cujusquam Catholici: Irridet hominis partialitatem Reinoldus, quia alibi hunc Ambrosium citat, ad confirmandam authoritatem Romani Pontificis. Neque verò ut Lovanienses suspicantur, Hilarius Luceferianus esse potest: cum ante exortos Luceferianos mortuus sit: neque quod Franciscus Lucas innuere videtur cum eum Ambrosiastrum appellat, quasi ipse sua scripta supponeret Ambrosio: cum etiam ante Ambrosium mortuus sit. Rectè Richardus Fyldus, hos commentarios Ambrosio ascriptos dicit. non tamen ab ipso authore ascriptos fuisse constat: hoc verò & præstantissimo cuicunque authori contingere potest, ut ab aliis alteri ipsius opera ascribantur. Quod verò ante concilium Nicænum viverit, id pondus ipsius testimonio de Senioribus abrogatis addit: quod demonstrabitur suo loco.

Vbi supra prælect. 85.

De Eccles. l. 5. c. 56.

15 Atque hij authores suppositij præcipui sunt, qui ab Hierarchicis produci solent: sunt & alij, sed eos brevitatis causa prætereo, hæc pauca subjicientur in genere de hujusmodi scriptoribus admonentia. Primò, ne quis credat Bancrofto, Downamo, reliquisque Hierarchicis quando objiciunt non nisi ad quærendum subterfugium nos hos patres tanquam fictitios repudiare. Norit quisquis potius commune hoc omnibus protestantibus, a papistis objectum improperium esse. *Solenne* (inquiunt) *potestantium perfugium est, quo patrem sibi adversum conantur eludere, respondere, suppositititium esse.* Rhemens. annot. in Act. 17. Gretzer. de jur. prohibit. lib. 2. cap. 6. Posuanien: in thes. Campian. Rat. 5. Atque pro nobis purgandis faciunt quæ respondent nostri ad hanc calumniam papistarum. *Primò, mirandum non est* inquit Sutclivius, *antiqua quædam minimè genuina esse. Legimus enim multas epistolas et scripta edita fuisse nomine Apostolorum & aliorum sanctorum virrum, quæ tamen propter manefestas corruptelas & falsitates hæreticorū, inter Apocryphas & dubiæ fidei scripturas relata sunt. Regatu fratrum meorum* (inquit Dyonisius Corinthiorum episcopus) *scripsi epistolas, sed illas Apostoli diaboli, alia eximentes, alia interserentes, impleverant zizanijs. Instemus in constitutionibus Cementis supra commemoratis.* Probat Thomas Mortonus inane esse de quærendo *subterfugio* opprobrium ex Cæsare Baronio cujus ista verba sunt. *Constitutiones Clementis inter Apocripha ab omnibus numerantur, & hoc responsum est honestum confugium.* Tom. 2. q. 12. & 17.

De Pont. Roman. l. 3. c. 9

Euseb. l. 4. c. 23.

Apol. P. 2. l. 2. c. 3.

Secundò, respondet Mortonus ad hanc calumniam, *si modo subterfugium sit, subterfugium non protestantibus proprium, sed Papistis commune esse.* Idipsum et nobis respondere licet: nam et Hierarchici adversus Papistas dum scribunt, patres fictos sæpè declinant. Quidni declinarent, sicut & jam nos? *Non est Gretzere* (inquit Mortonus,) *quod*

acerbè

acerbè feratis, si protestantes, quibus (in hoc verè Nasonibus,) fraus hæc vestra subolevit, in respondendo ingeminare sæpe cogantur, ILLVD SVPPOSITITIVM. *Larvatii isti authores pueris terriculamento esse possunt, viris autem cordatis esse ludibria debent.*

Secundò, male hij fictitij patres ab Hierarchicis producuntur: peccatum hoc etenim idem cum Zozymi, Cælestini, Bonifacij, Innocentij Romanorum Pontificum est: qui ad stabiliendam primatus Romani tyrannidem, suppositititium ex concilio Nicæno Canonem produxerunt. Multa in libris suprà commemoratis adulterata esse, nec ipsi diffiteri possunt: *quid ergò ea nobis præfertis*? (inquit Sutclivius:) *aut cur utimini testibus dubiis? cur instrumenta producitis falsa? num ex fonte erroris vos veritatem probaturos putatis*? Respondet Saravia, de citatione Canonum Apostolorum agens. *Quod ante me fecere plurimi insignis & raræ eruditionis viri mihi licere judicavi, & eos citavi, ut citari solent. Ego non sum primus qui ex illis Canonibus citavi eos, qui cum ratione, & antiquitate, & æquitate consentiunt. Cur quæso id in me magis Bezæ displicet, quàm in Petro Martyro, in Calvino, & aliis, quos auctores hujus mei facti habeo*? Simili excusatione utitur Iohannes Whitgiftus in citandis Epistolis decretalibus. *Nemo negat quin Epistolæ Clementis fictitiæ sint: neque eum aliter allego, aut Anicetum, aut alium quemvis hujusmodi, quàm quomodo Calvinus, Iuellus, & alij docti viri solent, ut in eorum scriptis manifestum est.* Imò longe aliter; Petrus Martyr etenim, Calvinus, Iuellus, hos authores suppositititios adversus Papistas citant qui eorum authoritatē exosculantur: Hierarchici verò adversus Reformatos Protestantes, qui eam refugiunt rejiciuntque: atque Petrus Martyr, Calvinus, Iuellus. pro veritate Ecclesiarum reformatarum eos allegant: Hierarchici verò, pro falsa disciplina Ecclesiæ Papisticæ asserenda & comprobanda.

De Rom. pōtif. l. 3. c. 7.

Cont. Bez. 20. p. 192.

Tertiò, perperam objicit Downamus ex Ignatio quem fictitium dicimus, Cartwrigh. & Traversium testimonia nonnunquam allegare: & Bancroftus, nosmet eorundē suppositititiorum patrum testimonijs sæpe uti, quum pro nobis facere videntur: quorum tamen citationes in ipsis reprehendere solemus. Quid ni? quamdiu horum authoritatem non solùm recipitis ipsi, verùm et nobis invitis obtruditis. An prohibitum, turdum proprijs pennis transfigere, bovem loro proprio flagellare, hostem proprijs oppugnare vel artibus vel armis? Quid Mortonus objicientibus Papistis, protestantes eorum patrum suppositititiorum testimonijs uti, quorum citationes in Catholicis reprehendunt? *Non tamen Protestantes* (inquit) *in eodem crimine falsi vobiscum implicantur quià vos scripta suppositititia objectando fidem falsam conciliare illis studetis: illi verò eadem vobis opponendo, (argumento ad hominem) vestram futilitatem redarguere voluerunt.* Citat in margine Aristotelem, Elench. l. 2. ubi docet, contra Sophistam, artis esse, (non licere modò) argumentis etiamsi minimè bonis, ex illius tamen sententia bonis, errorem confutare. *Veritas* inquit Irenæus *ab omnibus*

Surv. c, 27.

Apol. p. 2. l. 4. c. 4.

L. 4. c. 14

Digitized by Google

bus accipit testimonium, & à domesticis quia amici sunt, & ab extraneis quia inimici. Illa enim est vera, & absque contradictione probatio, quæ etiam ab adversarijs ipsis, singula testimonia præfert.

Quartò, observandus usus est, quem ex patribus fictitijs deducit *Reynoldus: Fidem illam putridis fulcris niti* docet, *quæ universitate, Antiquitate, & consensu nititur. Quid ita? Ratio inter reliquas multas hæc una est, propter falsationes patrum, & difficultatem secernendi veros à falsis.* Idem habet *Sixtus Senensis*, qui à *Thoma Mortono* Hierarchico comprobatur. *Incertum est quid definiunt patres propter libros suppositi-tios qui falso patribus adscribuntur?* Atque hæc de errato Hierarchico in patribus citandis secundo, quòd patres fictitij producantur. Coll. cum Hart. c. 5. Divi. 1. Apol. p. 2. l. 2. c. 19.

CAP. XIV.

Erratum tertium Hierarchicorum quòd patres antiquos tam longe neotericis anteponant ex scripturis corripitur.

TErtium est, quod antiquos patres Neotericis Ecclesiarũ reformatarum doctoribus scriptoribusque anteponunt, nullam quidem ad causam aliam, quam poeta reddit: *Fama miratrix senioris ævi*: quam ex Ecclesiaste, *Iohannes Iuellus* noster, alicubi refellit, *Ne dixeris, quid est cur dies priores fuerint meliores istis: nam non ex sapientia rogares super hoc.* Eccles. 7. 10. Hoc *Thomas Bilsonus* sequutus si fuisset: non ita contra neotericos scriptores arguisset. [Quum multi doctrina & antiquitate præstantes viri, nihil ejusmodi suspicati sint, *Chrysostomus, Hieronymus, Ambrosius, Theodoretus, Primasius, Oecumenius, Theophilactus*--quis æquum putet, ut post quindenas annorum centurias, nova atque incognita regendæ Ecclesiæ formula hoc solo argumento excudatur, quòd quibusdam Theologis recentioribus, verba Pauli ita accipi posse videantur?] Subdole interposita hæc, hoc solo argumento: & præter argumentum (quo utitur *Bilsonus*) ipsum: qui ex eo disputat locum *Pauli* non juxta sensum Theologorum recentiorum intelligendum: quia à patribus quindenis centurijs antiquioribus, non ita intellectus sit. Quæ *Bancroftus*, adversus nostrum patrum fastidium virulentissimè profuderit, ac si sapientia mortua esset, antequam Genevensis disciplinæ axiomata nata, superiùs à nobis allata sunt. Ita *Georgius Downamus*. [Cum de authoritate simpliciter quæstio habetur, quænam major sit, dico cum philosopho Rhetor. lib. 1. cap. 15. cum testes duplicis generis sunt οἱ μὲν παλαιοὶ οἱ δὲ πρόσφατοι quidam veteres quidam novi, πιστότεροι δὲ παλαιοί majoris fidei antiqui sunt.] Alibi ita: Optimus quem habent color est, novos quosdam scriptores idem cum eis sentire. Quòd si vero consideremus, duos aut tres primarios viros, presbyterium excogitase, illudq; alijs commendasse, aliósq; eis absq; debito examine De Perpet. Guberm. c. 10. p. 176. Surve. c. 19 Defens. l. 1. c. 3. p. 85. Ib. c. 9. p. 20.

Digitized by Google

consensisse: rationem nullam habebimus, multa testimonia æstimare, vel primariorum authorum vel posteriorum disciplinæ presbyterialis fautorum, cum omnes in hæc causa participes sint.] Rursus:
Ibid. c. 11. p. 230. *Omnium argumentorum quæ proferent vis authoritate quorundum novorum innititur: quod arguendi genus est ad id excogitatum, ut imperiti in pristina sententia suâ retineantur.* Postremò, *Vel unius patris testimonium (in materia facti) rem affirmantis, plus ponderis apud nos habere debet, quam negatio disciplinariorum in toto orbe omnium.*

Non ego hic singula limatiùs excutiam: videmus quàm deprimantur scriptores neoterici, extollantur vero patres: quàm firma causa Hierarchica fiat, quòd a patribus circumvalletur, quàm reformatorum infirma quod neotericos tantùm sctiptores fautores habeat: quàm denique laudentur Hierarchici in eo quod patres eorumque consensum sequantur: condemnentur vero reformati, quòd scriptotibus recentioribus potiùs adhæreant. Quàm vero hæc omnia perperam fiant ut appareat, docebitur primò ex ipsis sacris, non ita leviter de scriptoribus recentioribus sentiendum, quasi patribus præponendi non essent: neque adeo de patribus magnificè censendum, quasi neotericis postponendi non viderentur. Primò, ab ipsius spiritus sancti testimonio disputo quod pro novitijs Ecclesiæ luminibus, antiquis patribus præferendis, multis quidem in locis loquitur: quum sub lege zona lumborũ esset, jam in Christo pro conditione evangelicarum Ecclesiarum adumbrato, ad mamillas transfertur, ob fidei maiorem claritatem, gratiarumque uberiorem splendorem: quibus factum est, ut in prima Apostolica Ecclesia, vestes sanctorum ad omne opus bonum quam commodissimè agendum arctissimè constringebantur: ab hac verò ecclesia prima cum recessum est, dico nullo loco, intermedia patrum tempora hoc habitu in Apocalypsi tota, unquam introducta esse. De his verò reformatis nuperis temporibus alio ratio est, in quibus, & non ante, hic habitus restitutus Ecclesiæ est uti constat aperte Ap. 15. 6. ubi quotquot judicia iræ Dei, vel alios imbuendo, vel ipsimet agendo, in papistis exerunt, angeli dicuntur aureis phialis donati & præcincti circa pectora zonis aureis.

L. 4. c. 4. p. 105.

Secundò, Ecclesia reformata ab anno 1300. ad annum 1520. in Thyatira quasi in τύπῳ adumbratur Ap. 2. 18. quæ Ephefo opponitur Ecclesię ad annum 300. decurrentis typo, quæ quasi ἄφιας dicta est, quòd indies in pejus ruit. Atque ultima opera hujus reformatæ nuper Ecclesiæ, tanquam majora primis commendat Christus, Apo. 2. 19. in antiqua vero ante Constantinum Ecclesia, opera posteriora tanquam peiora primis condemnat, atque adeo condemnat, ut primum amorem eam deseruisse contestatur, Ap, 2. 4. Quid igitur est? Wiclivius, Hussus, Hieronimus Pragensis, cæterique Ecclesiæ renascentis nostræ pastores, nonne aperte, patribus Constantini tempora præcedentibus præferuntur? per illos etenim factum est, ut Ecclesia illorum

Digitized by Google

illorum temporibus deficeret; at horum ministerio profecit Ecclesia: sic ut de ea dici possit. *Iter justorum quasi lux, crescens quotidie magis magisque usque ad perfectam diem* Pro. 4. 18.&c. *Plantati in domo Iehovæ in atriis Dei nostri germina profundent: adhuc abundabunt in canicie, Pingues & virentes erunt*, Psalm. 92. 15.

Tertio, cultus divinus qualis in Ecclesia esse debet, mare vitreum & Chrystalinum vocatur, quia pellucidum & ab omni humano fermento purum Ap. 4. 6. Videamus igitur, quod de antiquo mari Patrum, & nostro reformato, spiritus sancti judicium est. Tempus quo patres maxime floruerunt, spatium tertij & quarti seculi erat, ut omnibus notum: mare autem tum temporis vitreum & Chrystallinum? Imò terrenum & versum in sanguinem, idque ob montem in idem mare projectum, per Episcopatus & Patriarchatus invectionem Ap. 8. 8. At verò mare reformatæ Ecclesiæ & cęleste est, & Chrystallinum Ap. 15. 1. Quod igni mistum dicitur, id ex accidente est, imò ex culpa Episcoporum in Anglia, & Lutheranorum in Germania, qui purum divini numinis cultum, per pastores reformatos restitutum, ferventi contentionis igni commacularunt.

Quartò Dioclesiano & Maximiniano in Ecclesiam seviente, cœlum antiquæ Ecclesiæ sedes, abscessisse dicitur, tanquam liber complicatus, id est, ipsa Ecclesiæ facies, misere obnubilata fuit, Ap. 6. 13. Hinc perspici licet quàm strenuè patres eorum temporum suas partes egerint, qui suâ culpâ, sede sua, pelli Ecclesiam passi sunt: quam Iohannis tempore in ipso cælo collocatam accepissent Ap. 12. 1. Neque verò per patres seculi sequentis, huic malo medicina adhibita est: tanta saltem, quanta per Pastores temporum reformatos. Non etenim tempore patrum (quantum ego advertere possum) in cælo ullibi à Iohanne collocatur ecclesia, ut nostra ecclesia reformata: nempe tum demum quum è solitudine sua per Evangelij restitutionem exire ecclesia incipit, & non ante in cælo uisitur Apoc. 14. 1. & 15.

Quintò, reformatio ecclesiæ per pastores recentiores Apocalypseos capite decimo descripta, eam fœlicitatem ecclesiæ restituit, quæ tempore patrum vix contigisse videatur. Forte illam fœlicitatem eo in capite prædicari dices, quæ comparationem tantùm respiciat temporum papalium, non autem temporum quarti seculi, multò minùs tertij, minimè omnium secundi. Atq; ex historiæ & visionis huiusce speciali modo aparere patet; non solum descendisse de cælo Christum ad consolandum ecclesiam suam adversùs stellam cadentem, verùm etiam adversùs projectum montem, & tempestatem grandinis & nebulosam ecclesiæ faciem, etiam, quæ tempore patrum acciderunt. Vtcunque sit, non eæ laudes à Iohanne temporibus patrum attribuuntur vspiam quæ hic ecclesiæ reformatæ. Nec patrum tempore è cælo descendisse Christum uspiam dicitur ut hîc descendit v. 1. spiritualé præsentiam ecclesiæ promittens. Quàm cælum ecclesiæ propè

Constantinum nubulosum facit, dictum est supra, sol nempè cilicius factus est, & luna versa est in sanguinem: An non hîc opus ut descenderet Christus, ut nuspiam dicitur tempore patrum descendisse ut in ecclesia reformata. v. 1. circa caput iridem habens, serenitatis signum maximum: quo apparet nebulosum cælum semper mansisse tempore patrum: at non ante tempora reformatæ ecclesiæ nostræ serenasse omnia Christum, ut jam summâ clementiá suâ serenavit. Atque nunc tandem facies Christi, ut sol splendere incipit v. 1. non ita de tertio aut quarto seculo uspiam dicitur: ut sol Ecclesiæ Constantinum antecedentis cilicinus, lucem suam pristinam non ita recuperasse constat, ut jam nostra reformata Ecclesia recuperavit. Multa insuper patres pro veritate passi sunt: sed eorum constantia & patientia non ita à Spiritu sancto collaudatur, uti collaudatur pastorum ecclesiæ reformatæ: quorum gratia prodit Christus, pedes habens similes chalcolybano, & columnis igneis v. 1. obsignem constantiam *Hussi*, *Hieronymi* aliorumq; infinitorum qui in rogis Martyrij sui, tanquam in camino, instar chalcolybani, arserint invicti, & tanquam aurum, defæcati sunt. Atque nunc tandem liber apertus v. 2. apparet, tempore nempe ecclesiæ nostræ reformatæ: pastoribus recentioribus devorandus datur, quibus etiam mandatum jam novum rursus prophetandi datur, v. 20. Atqui in Ecclesia Constantinum proximè antecedente liber Ecclesiæ complicatus erat, ut supra ostensum: rogo igitur cur non ante apertus dicitur quam ad reformationis tempora, nisi quia scripturæ intelligentia non adeo perfectè patribus restituta fuerit, ut nunc pastoribus reformatæ ecclesiæ restituta. Postremo tempore Constantini commemorantur tonitrua & fulgura contentionum. Ap. 8. 5. si igitur tempore patrum ea puritas, lux, intelligentia Evangelij fuisset, qualis in ecclesia iam nostra reformata: cur non etiam eorum tempore aut paria aut similia commemorantur? Nunquam enim ante reformationem Evangelij aut voce ita magnâ vociferans introducitur Christus, ut nunc introducitur, v. 3. ad virtutem potentiamque Evangelij per pastores reformatos prędicati ostendendam: nunquam etiam ante reformata hęc nostra tempora introducuntur pastores tanquam Filij Tonitrus, immo tanquam ipsa tonitrua, ut nunc introducuntur, v. 3. tonitrua porro ejusmodi, quæ tãquam Eccho ad vocem Angeli tantummodo respondeãt: id est nihil loquentes, nihil docentes quod non divinitus edocti erant. Num ullo in loco laus similis tribuitur patribus? certè nullo: imo planè contrarium potius de eorum tempore dicitur, nempe quod instar tonitruum Evangelium efficaciter predicantium tonitrua & fulgura contentionum quàm infestissimè tum resonarent. Apoc. 8. 5.

Sextò, datur ab Angelo reformatis scriptoribus calamus ad metiendum domum Dei, id est, ad progressum Ecclesiæ patifaciendum Ap. 11. 1. Hic calamus Eusebio, Sozomeno, Socrati, cæterisque antiquis

antiquis historicis datus nuspiam dicitur, sic ut perperam antiquos historicos tam acriter objiciat nobis Downamus, Bancroftus, Hierarchici reliqui: qui cum nostris reformatis nullo modo comparandi sunt. Mirum illis videtur, si quis veteribus historicis in materia facti fidem non adhibendam censeat: at mirandum potiùs fidem historicis recentioribus ab illis detrahi: nam vt tempore recentiores sunt, calamum tamen habuerunt eum, quo melius Ecclesiæ progressus & immutationes observare potuerint, quàm ex antiquis ulli, quibus ejusmodi calamus nullus fuisse datus legitur.

Septimò, a tempore Constantini, quo patres maximè floruerunt, recepit se Ecclesia in interius templi sacrarium Ap. 21. 2. & in solitudinem fugit Ap. 12. 6. 14. ad clangorem verò 7 tubæ ad annum 1558 & non antè templum palam apertum est, imo sanctum ipsum sanctorum imo & arca ipsa fœderis patefacta Ap. 11. 19. Apocalypseos vero capite 15, 5. quiddam adhuc amplius adijcitur, operâ nempè reformatorum pastorum, apertum esse ipsius testimonij tabernaculum, id est, intima ipsa arcæ fœderis (in arca etenim testimonium condebatur) esse patefacta, et in propatulo collocata. Quinetiam dicitur, reformatorum doctorum ministerio templum repletum fuisse fumo v. 8: quo ostenditur horum sæculo, magis quam antè, patrum seculo, presentiam Dei in Ecclesia apparere.

Octavò, a tempore Constantini ac proinde a tempore quo maximè patres abundarunt, testes Dei, qui vetus & novum testamentum significant, prophetant induti sacco Apo. 11, 3. Hoc ostenditur a Constantini tempore corruptam indies & obscuratam scripturam fuisse, non ab hæreticis aut Arianis solùm sed a patribus etiam: nam si hij puritatem scripturæ retinuissent: non hæreticorum causâ, qui extranei & professi hostes erant, quasi in sacco prophetans scriptura induceretur. Quid quòd ipsa prophetandi vox, ipsos veros tum temporis doctores respiciat? Quid igitur est? Non ita fideliter scripturas patres interpretati sunt: sed allegorijs & alienis expositionibus eam detorserunt: ad superstitiones tum inventas humanasque traditiones eas inflexerunt: sensum illis pro libidine affinxerunt, aut saltem eum non intelligere aut assequi potuerunt: quo factum est, ut aurea illarum vestis detracta sit patrum culpâ, & vestis lugubris imposita. Hoc ita cum sit, quis patres sequetur, aut quis eorum authoritatem tanquam indubitatam recipiet? imo quis potiùs scriptoribus reformatis non adhærebit, qui vestem hanc lugubrem, in vestem lęticiæ commutarunt? Pro sacco etenim quo patres scripturas dedecorarunt; linum isti purum & splendidum eis restituerunt: inde est, quòd scripturæ interpretes qui in Ecclesiis reformatis jampridē floruerunt, *Angeli* dicantur, Lino puro & splendido amicti ap. 15. 6.

5 Nonò, doctrina patrum strepitus aquarum dicitur, Apocalypsis 14. 2. idque propter confusum & indistinctum sonum, qui non tam docet, quam inutili murmure aures ferit, uti Tho. Brightmanno visum

sum, qui fusam hujus interpretationis & dilucidam rationem reddit. Quid verò doctores reformati? Num & eorum doctrina talis? Imo doctrina Ecclesiarum reformatarum, voci suavissimæ & jucundissimæ comparatur, voci nempe citharæ dotum: & doctores recentiores nou solùm tauquam cytharædi introducunttur, verumetiam tanquam cytharædi qui cytharas Dei, id est, præstantissimas habeant Apo. 15: 2. 3.

Decimò, Apo, 4. animalia & Seniores in Ecclesia prima visuntur, quæ tempore quarti & tertij cælli nusquam aparent: nusquam inquam ab Ecclesia prima usque ad Helveitca tempora animalium mentio ulla: tum demum & non ante testituuntur Ecclesiæ Apoc. 14, 3.

Vndecimò & ultimo, nulla ejusmodi specialia elogia de antiquis patribus reperiuntur, qualia de Pastoribus recentioribus reformatis. Quàm honorificè etenim inducitur à Iohannes Wiclivius cum συγχρόνοις, sub nomine Angeli primi Ap. 14. 6. Hussus cum συγχρόνοις sub nomine Angeli secundi, Apo. 14. 8. Lutherus cum συγχρόνοις sub nomine Angeli tertij Apo. 14. 9. Observandum, Evangelium quod primus Wiclivius promulgavit, evangelium æternum dici, quo occurritur objectoni novitatis, idque uon ad papistas solos, verùm & Hierarchicos etiam refutandos. Quid etenim si patres a disciplina reformata dissentiant: æterna iamen hæc est, quemadmodum & ipsa doctrina æterna: nam Wiclevium in disciplina contra Hierarchicam Anglicanam nobiscum sentire, suo loco demonstrabitur. Atq; hoc pro theologis recentioribus, antiquis patribus præferendis, ex ipsis sacris scripturis desumptum argumentum nostrum primum est,

CAP 15.

Hierarchicum erratum II. perstringitur a divina dispensationis modo.

SEcundum a dispensationis divinæ ratione sumitur, qnæ per vices scripturæ sacræ intelligentiam largiri solet: sic ut tempore progrediente, magis magisq; enitescere veritas & elucere soleat. Non malè Tertulliànus, plura seculis posterioribus quoad materiam patefieri debere existimauit: quòd verò quæ in scripturis docentur temporis progressu indies clarius reveletur: id ratio quæ ab illo adfertur docet. *Nihil sine ætate est, omnia tempus expectant. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoveri. Sic & justitia primò fuit in rudimentis naturæ: dehinc per legem & prophetas promovit in infantiam, dehinc per Evangelium efferbuit in juventutem.* Certè ut olim per gradus patefactum evangelium est, & quo propiùs ad tempus Messiæ accessum, eo lux clariùs aucta: ita quo propiùs ad illustrem Christi adventum ad ecclesiam Iudeorum omnium illustrissimam, Ap. 1. 7. nostra

De veland. virg. c. 1.

nostra tempora appropinquant, eò majorem claritatē communicare necesse est. *Pro*.4.18. Iter Ecclesiæ [quasi lux solis quę magis magisq; elucet usque ad perfectam diem :] qui igitur fieri potest, quin lux nostra luce patrum jam auctior sit, tam prope appropinquans ad Iudęorum restitutionem, quando pudebit ipsam lunam & sol ipse erubescet Isa 24. 23. Hinc citat Iuellus contra Hardingum, ad nostra tempora pręferenda, illud ex Glossa in Proæm. Clement. *Veritas pedetentim cognoscitur : & ex concilio Basil. Spiritus sanctus non illuminat omnes eodem tempore, sed quando vult.* Iohannes verò Reynoldus in hac re multus est. Citat Aulum Gellium. lib. 12. c. 11. qui veritatem temporis filiam pronunciavit ex Sophocle, qui dixit diem omnia revelare : cui ita subjungit : Non multò secus ac Apostolus 1. Cor. 3. 15. *Vniuscujusque opus manifestum fiet, dies etenim declarabit.* Vnde liceret mihi disputare, nostram sententiam esse veram etiamsi concederem tot antiquos scriptores contra sentire. Quamobrem etsi olim antequam veritas temporis filia latens gigneretur, multi fuerint in hoc errore, tamen hodie dum docti viri omnia excutiunt diligentius, lux ipsa patefacta est-- quandoquidem videmus nostro seculo multa in lucem esse edita atque patefacta in quibus majores nostri sunt hallucinati, quod ne Papistæ quidem inficiari possunt] Hæc ille? Non igitur virorum doctorum suffragijs destituimur, ad os Bancrofto obthurandum: *Quid? qui annis* 1400. *juniores sunt plus videre putandum est, quam sancti patres qui ad ipsa tempora Apostolorum tam propè accedebant?* Quidni? cum primæ & nascentis Ecclesię antiquitas temporis potius defectum insinuet : nostræ autem jam provecta ætas perfectionem majorem adferat, persapientissimâ dispensatione divinâ ita ferente, ut per gradus veritas emergeret. Falsa igitur opinio est quæ jam à plurimis tenetur : antiquitatem temporis, perfectionis notam esse : contra quam ita disputat Isidorus Pelusiota: [Si quid quod reprehensionem mereatur Christi oraculis adjunctum esse perspicis, id ostende & tibi victoriam concedam. Sin autem cum hoc dicere nequeas, morem atque consuetudinem tanquam firmum aliquod pręsidium retines, apparet te per speciosum consuetudinis prętextum, id quod utile est repudiare. Neque enim grave & scleratum est aliquid innovare, quum utilitas novitati adjuncta est. Non enim noxia & utilia vetustate perpenduntur : verùm id explorandum est, an in antiquioribus rebus vitium inveniatur, ac contra, in recentioribus an virtus reperiatur.

Def. Apol. P. 3. c.1. D.1.

Lom. 1. prælect. 151.

Survey. c. 27.

Epist. 46.

2 In eandem sententiam Guilielmus Whitakerus. *Non est quòd patres antiquos nobis objiciant, cum nullam interpretationis suæ rationem afferant. Non illi præferendi sunt quod antiqui fuerint si melior ratio recentium sit.* Vides hic nullam authoritatem tempora patrum habere quod sint antiqua : nullum detrimentum tempora nostra pati, quod sint recentiora : sic ut alias res Bancroftum agere necesse sit, quum ab antiquitate patrū, & nostra recentissima temporis novitate disputet.

Cont. 6. q. 5. c. 2.

Accom-

De Eccles. Disquis. 47. p. 325. Accommodatissimè verò ad Ri. Bancrofti verba ipsa Iohannes Whitus Hierarchicus respondet ita. *Quod adeo acriter adversus nos urgetur, verisimile est doctores antiquos utpote Apostolorum temporibus propinquiores plus vidisse, quam nos qui tam longè remoti sumus, id Dominicus Bannes prorsus inficiatur 22. pag. 58. & 59. his verbis. Necessarium non est inquit quò à temporibus Apostolorum remotior ecclesia est, eò minus fidei perfectam in ea cognitionem esse: quia à temporibus Apostolorum non fuerunt doctissimi viri in Ecclesia qui dexteritatem haberent, in rebus fidei intelligendis exponendisque.* Non igitur eò majoribus tenebris involvimur nos, quo temporis respectu à Christo magis distamus; sed potius horum temporum posteriorum doctores, quum pij sint, & patrum vestigijs inhæreant, multò magis expressam intelligentiam in quibusdam quam illi habuerunt, assecuti sunt. Hinc videre est, eandem libertatem quam nos in patribus legendis adversarios sibi assumere, & rationi consonum putare, interdum judicia propria eis anteponere. Respondet etiam iste, ad ipsa verba Georg. Downami, qui in authoritatis contentione, patres scriptoribus recentioribus anteponendos supra dixit, quod illi antiquiores, hij verò recentiores sint. Ita enim habet. [Instituatur quæstionis status sicut à Iesuitis

Ibid. p. 327 instituitur. Georg. de Valentia ita loquitur. Quæstio est, utrum hodie in controversijs fidei, plebs Christiana assentiri debeat potius Cypriano & Augustino, judicans quòd eorum opinio scripturis consentanea sit, quam Luthero & Calvino, idem de eorum opinione sentiens: non obstante quòd Lutherus & Calvinus quemadmodum &

Tom. 3. p. 291. Cyprianus & Augustinus errare potuerunt, & in alijs etiamnum errarirint? In hoc casu pronunciamus, quòd debeamus potius assentiri Cypriano & Augustino.] In quo loquitur absurdè, & contra quàm non Cyprianus & Augustinus solum, sed etiam doctores sui permittunt. Conveniunt etenim errare patres potuisse, & præsentis temporis viros doctos in rebus multis plus intelligentiæ habere, quàm illi habeant, ac proinde in quibusdam salva reverentia eos rejici posse. Quod manifesto argumento est verum esse quod dicimus, nempe Lutherum, Calvinum, Centuriatores, in quibusdam potiùs credendos, quam Cyprianum & Augustinum, Ratio est quia quandoque melioribus medijs abundant, ad veritatem eruendam. Subjungenda hisce sunt, quæ paulò ante idem Johannes Whitus posuit.

[Quanquam patres miserit Deus ad instruendam ecclesiam suam: non illa tamen eorum missio, aut alia fuit, vel majori authoritate munita, quam missio præsentis temporis pastorum, qui eandē authoritatem docendi habent, & eodem à non errando privilegio gaudent:

Ibid. pag. 314. & in nulla re ab illis differunt, nisi sola antiquitate.] Annon vides egregie cum Bancroftum, tum Downamum, pro patribus præferendis disputantes ab Hierarchico quodam suo refutatos?

CAP.

Digitized by Google

CAP. XVI.

Hierarchicum erratum III. efficitur à præsentis temporis conditione.

ARgumentum nostrum Tertium a præsentis temporis conditione sumitur. Quis enim neget tempus reformationis Heb. 9. 10. preferendum retroactis seculis illis, quorum imperfectio, ad majorem profectum perducitur: jam verò tempus hoc nostrum, respectu patrum, tempus reformationis est: multa corrigit quæ in scriptis patrum malè tradita sunt, multa in lucem profert, quæ illos latebant, multos denique eorum errores emendat. Non est mihi hic necesse abire longius: Iohan. ipse Whitgiftus rem totam conficit; quid enim luculentius, clarius, disertius, quam hoc illius pro nobis testimonium? *Doctrinam Evangelij* (inquit) *multo purius nostri, quam ab antiquis Episcopis factum est, profitentur. Fere omnes Græci cum episcopi tum scriptores, & pars magna latinorum, liberio arbitro, operum meritis, invocatione sanctorum maculati sunt.* Quid amplius desiderandum? Loquitur ille quidem de solis episcopis, & nihil sibi in animo proponit, quàm ut episcopos modernos veteribus anteponeret: sed ratio quam affert omnibus hujuscè seculi nostri doctoribus & scriptoribus communis est: qui si in doctrina Evangelij patribus preferendi sunt, cur non in disciplina etiam? Ita Paulus 2. Thess. 2. 7. *Iam peragitur mysterium iniquitatis: tantùm qui nunc obstat, obstabit usque dum è medio sublatus fuerit, & tunc retegetur iniquus ille, quem Dominus conficiet spiritu oris sui, & illustri adventu suo abolebit.* Habemus hîc patrum tempora, ita cum nostris comparata, ut illa Antichristũ foverint atque promoverint: nostra verò Antichristum deleant & profligant. Neque enim obstiterunt Antichristo patres ut nostri obsisterunt, sed disciplinam adulterando, quanquam nescientes, illi scalas fabricarunt quibus ascenderet: quod hic obstat apud Paulum, Imperatoris Romæ residentia est, quâ Constantinopolin translatâ, involat Antichristus in sellam, jam vacuam illam, quam illi preparassent. Non ita reformati, quos pro instrumentis suis elegit Deus ut ex spiritu oris sui, & illustri adventu suo deleretur. Atque oris mentio aperte Evangelij restituti predicatores complectitur: de illustri adventu, cujus hîc quoque mentio fit, dubitatio quidem magna subest, quid per illum intelligatur. De adventu ad iudicium interpretantur plurimi, à quibus ego non recederem, nisi pro certo haberem, longè ante judicium ultimum, Antichristum prorsus abolitum iri. Pa. 472.

Narrat siquidem Iohannes, primò sedem bestiæ demolitam iri, tum postea bestiam ipsam interituram, deinde Draconem id est Turcam periturum: quibus confectis, restituetur ecclesia Iudeorum & diutissimè fortè etiam per nonnulla secula florebit, antequam redeat ad judicium Christus. Hoc ita cum sit, referendus quidem hic illustris

adventus Christi ad tempus illud quo implebitur quod sanctus Iohannes ante prędixit, Ap.19.19. *Deinde vidi bestiam illam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad gerendum bellum cum eo qui insidebat equo, & cum exercitu illius, & comprehensa est bestia, & cum ea Pseudopropheta ille qui ediderat signa coram ea, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adoraverant imaginem eius: vivi conjecti sunt ambo in stagnum ignis ardens sulphure.* Hoc si sit verum, quam pręclarum perhibet Apostolus temporibus nostris reformatis pręconium: nam cum viam parent ad hunc interitum Antichristi, & ad tempus ejus dum propè accedant; illustrem hunc adventum Christi aliquousque jam esse inchoatum necesse est; quo fælicitas nostrorum temporum longè temporibus antiquorum patrum anteponitur. Ad hęc, tempus hoc nostrum reformatæ religionis resurrectio dicitur, Ap.20.5. quo regnat cum Christo Ecclesia mille annis v. 4. Resurrectio tantum à papatu intelligitur, inquies, non à corruptione aliqua quæ per patres invecta est. At quonam loco obsecro ecclesia cum Christo, tempore patrum regnare dicitur? imo tempore patrum in interiori atrio diliuit, & quasi exul in solitudine, sicut supra ostensum est. Atque cum Antichristus à tempore Constantini oriri cœperit, ut passim Iohannes docet: quis non resurrectionem istam, ex parte, etiam ad illa ipsa patrum tempora extendet?

CAP. XVII.

Hierarchicum erratum quartum sumitur à re subiecta.

PErgo ad argumentum quartum quod à re subjecta sumitur quæ in controversia posita est; Hierarchiæ nempè Antichristianitate: quomodo etenim fieri potest ut in disciplina, patres quam nostri oculatiores fuerint: quum Antichristum ipsum disciplinæ corruptæ Hierarchicæ præsidem ignorarint, quem nostri in luce collocarunt: & foverunt etiam, quem nostri profligarunt? Superstitiones quidem damnarunt patres, & interim superstitiones induxerunt: & Antichristum detestati sunt, quem tamen in sua Hierarchia sublimarunt. Nec mirum: latebat etenim eos prorsus qualis Antichristus futurus esset quem unum tãtummodo & singularem hominem fore, sessurum in urbe Hierosolymorum, Iudaicam religionem restauraturum, ex tribu Dan oriturum, Enoch, & Eliam, tum rediviuos, occisurum, tres annos tantummodo cum dimidio regnaturum, cum huiusmodi alijs deliramentis, ridiculosissimè somniarent. *At strenuè laborarunt patres*, inquit Whitgiftus, *ut Antichristum arcerent:* unde invehitur in Cartwrightum Bancroftus, & in Bezam, quod eos fundamenta Antichristi jecisse dicerent. Omitto calumnias, virulentias sileo: hoc tantum rogo, quomodo verum Antichristum arcere patres potuerint, quem ignorarunt? Neque enim arcere hostem miles potest

Serm. f. 27. p. 343.

test, quamdiu hostem pro amico habet? Ap. 9. 1. dicitur stella cecidisse, longè antequam tuba quinta clanxit, etsi tum primum illius casus cõspicuus factus sit. Ecce apertum Spiritus sancti testimonium, Antichristum in Episcopatu, & Archiepiscopatu, & Patriarchatu, tempore patrum extitisse, sed adeo latenter ut à patribus conspici minime potuerit, qui ad quintæ tubæ clangorem non pertigerunt. Ap. 13. 3. Admiratus est totus mundus post bestiam exortam & conspicuam factam: quid, hæc admiratio uno tum impetu cępit? minimè verò, sed fundamenta à patribus hujus admirationis jacta sunt, qui etsi non admirati sint post bestiam, ut quicquid ille præceperit, credendum & faciendum putarent, admirati tamen bestiam sunt; quum nimio splendore bestiæ occæcati, neque satis attendentes, quò tandem mali res evaderet, inflatius prædicabant Apostolicæ Cathedræ prærogativam. Hoc confitetur Richardus Feyldus, qui patres Petri cathedræ nimium addictos, diffiteri non potest. At obstare videtur Paulus 2. Thess. 2. 7. qui Antichristum tum retectum & revelatum fuisse dicit quando sedes imperialis, quæ ante obstabat, Constantinopolin ab urbe Romæ amota fuit. Respondeo hunc locum pro nobis facere: retectio etenim & revelatio Antichristi duplex est. Prima in suo fundamento, cujus respectu bestiam passim revelatam fuisse affirmat Iohannes a tempore Constantini: Secunda in illius fastigio, cujus initium, non ante clangorem quintæ tubæ post annum 600. revelatum dicit. Neutra verò actualem suis temporibus conspectum implicat, sed potentialem tantum. Prima revelatio in Hierarchia ecclesiastica a patribus qui tum vivebant actualiter animadversa minimè est: sic nec secunda in ipso papatu ab hominibus qui tum vivebant: quid tum? conspici tamen potuit & nostris jam sęculis conspicitur: postquam Calamus ab Angelo datus est, quo sano judicio præditi homines progressus Ecclesiæ observarunt, quem patres hoc calamo destituti metiri minime potuerunt, Apoc. 10. 1. Quis igitur dubitat, quin in quęstione Hierarchica, quæ revelationem Antichristi primam concernit, plus jam nostrates, quam patres unquam viderint? Considerentur Irenæi illa, similia quibus & sanctus alicubi Augustinus habet. Omnis prophetia priusquam habet efficaciam, ænigmata & ambiguitas sunt hominibus: cum autem evenerit tempus, & evenit quod prophetatum est, tum prophetia habet liquidam & certam expositionem. Hinc Danieli, 12. 9. occlusæ sunt & obsignatæ hæ res usque ad tempus determinatum. Nullus hîc tergiversandi locus: quo remotiores ab adimpletione earum rerum quæ prædicantur de Antichristo, patres fuerint, eo Antichristus illis ambiguus magis & ænigmaticus ut sit, necesse est: nostri autem reformati scriptores qui tempore illo determinato vivunt, quo res antè ad impletionem obsignatæ, jam recluduntur, in rebus Ancichristi discernendis ac proinde in quæstione de Hierarchiæ Antichristianitate determinãdo non possunt non plus videre, quàm patres antiqui potuerunt.

De eccles. lib. 5. c. 31.

Whit. 596.

L. 4. c. 43.

CAP. XVIII.

Hierarchicorum erratum arguitur quadrifariam, id est à recentiorum adiumentis, diligentia, modis, & medijs patrum melioribus.

ARgumentum nostrum quintum, ab adjumentis illis sumitur quæ ab ipsis patribus recentiores reformatores sunt mutuati. Facile est inventis addere: jam verò Theologi recentiores, non suis solum viribus pollent, sed & patrum laboribus & lucubrationibus adjuvantur. Hic ego ad Thomam Mortonum quantumvis Hierarchicum provoco: cuius hæc positio est: [Nostræ ætatis Theologis ad veritatem eruendam plus præsidij adest, quam fuit antiquis:] præsidium verò illud intelligit quod recentiores ex patrum laboribus capiunt. Hinc clarè adducit ex ipsis pontificijs testimonia, quæ ego subjungenda puto: non solum quia à Mortono approbantur, sed etiam quia rationem insuper afferunt, qua recentiorum scriptorum dignitas, præ patrum authoritate clarior elucescit. Ita Roffensis. *Non obscurum cuiquam esse possit, multa esse tam ex scripturis alijs, quàm ex Evangelijs luculentius nunc excussa & intellecta perspicacius quam olim, nimirum quia veteribus adhuc non erat præfracta glacies, aut quia non sufficiebat eorum ætas, totum scripturarum pelagus ad amussim expendere.* Ita Stella. *Absit ut ego condemnē quod tot tantiq; scriptores simul affirmarunt, bene tamen scimus Pygmæos Gigantum humeris impositos plus quam ipsos Gigantes videre.* Vtitur hac similitudine & Dominicus Bannes, prout à Iohanne Whito Hierarchico citatur. Hinc etenim probat, recentiores Theologos antiquis patribus intelligentiores esse, quia ut pueri Gigantum humeris impositi quandoquidem Gigantum proceritate altius elvantur mirum non est, si longiùs prospiciant quàm ipsi Gigantes aspicere possunt. Pergit verò Mortonus Salmoronem citans. *Non omnibus omnia dedit Deus, ut quælibet ætas suis gaudeat veritatibus, quas prior ætas ignoravit, quælibet ætas antiquitati semper detulit: sed illud asserimus, quò iuniores eo perspicatiores esse doctores.* Quid igitur est? patribus glacies præfacta non erat, ut iam nostris præfracta est: scripturæ immensum pelagus una patrum ætate pertransiri nō potuit: patres gigantes fuisse, recentiores vero pygmæos esse nulla ratione dici potest: quod si vero hæc ita sint, recentiores patrum laboribus perfruentes, plus patribus videre consentaneum est: quælibet ætas mensuram suam habet, nostra vero & suam habet, & ætatum insuper antecedentium mensurâ fruitur. Ita relinquitur fœlicitatem nostrorum temporum, longè præferendam esse temporibus patrum, juxta illud Salvatoris, Ioh. 4. 37. *In hoc enim est sermo veritatis quod alius est seminator & alius messor. Ego misi vos ad metiendum id in quo vos non laborastis: alij enim laboraverunt & vos ingressi estis in laborem illorum.*

Apolog. p. 2, lib. 2. c. 20.

Act. 18 advers. Luther.

In Luc. c. 10

De eccles. digress. 47. p. 325.

Comment. in Rom. 5. disput. 51.

2 Argumentum nostrum sextum à patrum securitate sumitur, re-

centiorum

centiorum verò Theologorum diligentia. De priori, ita Augustinus, *disputans in catholica Ecclesia, non se aliter intelligi arbitrabatur, tali quæstione nullus pulsabatur, vobis nondum litigantibus securius loquebatur.* Hinc fatetur Bellarminus patres aliquando incautius, aliquando cautius locutos. De posteriore vero testatur Iohannes Reynoldius, qui hinc probat, ætatis præsentis Theologos, antiquis patribus præferendos, in hodiernis quęstionis elucidandis: quia omnia jam quæ quęstiones istas concernunt, diligentius excussa sunt quam olim fuerunt. Quam prępostêrus igitur Downamus: cui quum obijceretur pręferendos neotericos patribus esse, quia in quęstione disciplinariâ ventilanda plus patribus desudarunt, ita respondet. *Propter hunc ipsum respectum authoritas patrum præferenda est, ob rationem quam reddit Philosophus. Pistotatoi dè palaioi, adiaphthoroi gar, quum è contra neoterici scriptores, qui se nobis patres sequentibus opponunt in causa ista partes sunt, atque ita præjudicantur ut partiales.* An quicquam unquam audivisti (lector) dictum absurdius? Hoc enim modo omnis opera in veritate eruenda: in quęstionibus Theoligicis ventilandis, omnis diligentia ab ecclesia Dei tollitur: quorsum etenim operam impenderes? Nulla merces labori tuo alia debetur, Downami sententia, quam ut propter hunc ipsum respectum nunquam deinceps hac in causa credendus aut audiendus sis. At patres qui in quæstione disciplinaria ventilanda versati non sunt, juxta Aristotelem *adiaphthori* sunt: & tu hanc *adiaphthorian* in ecclesiam induces: quæ judicem eum eo magis idoneum reddat, quo minus operæ in veritate quærenda posuit: constitue igitur in lite judicem, non jurisconsultum, is etenim operæ multum posuit in jure ediscendo: sed forensem aliquem qui studium in jure nullum collocavit: is etenim *adiaphthoros*. Iterum, num *adiaphthoris* in quæstionibus Theologicis probanda est illa, quæ neutrarum partium est? concludis etenim qui hanc vel illam partem sequitur, partem jam esse, & pro partiali præjudicandum: cujus contrarium verum est. Ille etenim partialis, qui re incognita & inaudita, vel non satis perpensa, præ partium studio, in hanc vel illam partem rapitur: qui partem aliquam amplectitur, quam post longam disquisitionem, veram esse comperit (qui neotericorum scriptorum casus est) is pars quidem est, sed partialis non est, ac proinde tantum abest ut pro partiali repudiandus sit: ut eò potius credendus magis, quo labore & opera sua manifestum indicium præbuit, se nullâ alia causâ quam ipso veritatis amore permotum fuisse. Sed non ego ineptus, si tam ineptam responsionem pluribus refutandam ducerem?

Cat. Iul. pelag. li. 1. c. 2.

Tom. 2. prælа. 151.

L. 1. c. 3. p. 86.

3 Argumentum nostrum septimum ab eo modo sumitur quem in scripturis interpretandis antiqui patres sequuti sunt: certè enim Andradius patres linguam Hebraicam nescientes, allegoricas scripturarum interpretationes omni conatu sectatos esse dicit: præsentis autem seculi doctores verum Spiritus sancti sensum, cum ex prima ver-

Defens. cōcil. Trident. lib. 2. p. 257. 260. borum significatione, tum ex circumstantiarum ipsius textus consideratione, & aliorum in scripturis locorum collatione, fidelius exactiusque tradidisse. Citat hæc Feildus & approbat: quo Bancroftus & Downamus discere potuerunt quam vanum sit, iudicia patrum, sententijs neotericorum scriptorum atque interpretum anteponere. De eccles. lib. 4. c. 87. Ne verò hoc à causa nostra alienum dicant, age, bellas illas lepidasq; patrum interpretationes proferamus, quas in causa disciplinaria produxerunt. Qui in quęstione de Hierarchiæ Antichristianitate patrum sentētias prævalere volunt: ij eorum de Antichristo interpretationes De pontif. li. 3. c. 2. potiores esse tueri debent. Probat Bellarminus Antichristum unum hominem futurum ex Iohan. 5. 43. *Si alius venerit in nomine suo*, & citat Chrysostomum, Cyrillum, Hieronymum, Irenæum, Theodoretum: quibus nihil aliud habet Whitakerus quod respondeat quàm Cont. 4. q. 5 p. 574. quod nos jam de patribus respondemus: *non est quod patres antiquos nobis objicias: non tantum apud nos antiquitas valere debet aut nuda authoritas, quantum ratio. Omnes patres* inquit Bellarminus, *quæ de Antiocho apud Danielem habentur, allegoricè de Antichristo interpretantur.* Quid ad hoc Whitakerus; *constat patres antiquos hac in re non satis attentos fuisse, ideoque vim verbis sæpe afferre & violentas expositiones con-* Pa. 583. *fingere.* Æquipollent certè ista verbis Cartwrighti, quæ tantopere Bancroftus exagitat. *Sæpe textum violenter patres trahunt ad præsentem ecclesiarum suarum usum*: probat Bellarminus, Antichristum non nisi Surv. c. 27. p. 342. tres annos cum medio regnaturum ex Irenæo, Cyrillo Hierosolit: Chrysostomo, Theodoreto, Lactantio, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Gregorio, Damasceno, & Hyppolito qui ita Iohannem in Apocalypsi intellexerunt. An quicquam hîc respondere Whitakerus potest quàm quod à nobis responderi solitum: *si nunc viverent hi pa-* Pa. 586. *tres, aliter sentirent: vixerunt illi antequam agnitus & mundo patefactus Antichristus est, non videbant quod postea eventurum esset: non mirum ergo si conjecturas suas secuti sunt; verum illi non in hac re una tantùm, sed & in alijs multis errarunt, &c.* Probat Bellarminus Enoch & Eliam De pontif. li. 3. c. 6.redituros & contra Antichristum prędicaturos ex consensu patrum, & producit Hilarium, Origenem, Chrysostomum Theodoretum, Augustinum, Primasium, Gregorium, Hyppolitum, Bedam, Arathum, quibus Whitakerus more nostro respondere coactus est. *Patribus op-* Pa. 66. *pono Christum.* Rursus, *Necesse est, ut ad patres redeat, aut illi secum imò cum apertâ scripturâ minime constant.* Simili modo respondet patribus de regno Antichristi per tres tantum annos & dimidium: *neq; nos urgendi sumus in hac causa patrum testimonijs, qui in multis rebus quæ ad* Pa. 621. *hanc quæstionem spectant hallucinati sunt & turpiter errarunt, quia ante adventum Antichristi vixerunt.* Probat Bellarminus Antichristum non Pa. 631. ante finem mundi venturum, ex Irenæo, Tertulliano, Augustino, Theodoreto, quos ita rejicit Whitakerus. *Ego scio esse patres qui sic statuant: sed dico tamen hos patres communem erroris opinionem sequi* Pa. 538. *& secum non constare.* Probat Bellarminus Antichristum Hierosoly-

mis

mis sedem habiturum, ex Irenæo, Hippolyto, Cyrillo Hierosolymitano, Hilario, Ambrosio, Sedulio, Damasceno, Augustino, Chrysostomo, Theodoreto, Theophilacto, Hieronymo: ex tribu Dan oriturum, ex Irenæo, Hippolyto, Gregorio, Ambrosio, Augustino, Prospero, Theodoreto, Gregorio, Beda, Anselmo: quos omnes (ad nostram excusationem) ita rejicit Sibrandus Lubbertus. [Ad patres respondemus, nos fateri fuisse quosdam qui opinati sunt, Antichristum Hierosolymæ habitaturum esse, sed eidem opinati sunt eum ex tribu Dan nasciturum esse, atque hæc duo sunt æquè falsa.] *vbi suprà. &. 13. c. 12. De papa Romam. lib. 10 c. 13.*

Accedamus jam ad causam aliam Hierarchicam, Primatum nempe Petri, quo primatus Hierarchicus multum nititur. Quam bellæ hic iterum patrum interpretationes redeunt? Probat Bellarminus, Petri primatum ex Bernardo. *Instar Domini gradiens super aquas, unicum se Christi vicarium designavit, qui non uni populo sed cunctis præesse deberet, siquidē aquæ multæ populi multi.* Quid ad hęc Chamierus, none adæque ac nos in patribus rejiciendis audax? *Absurdum* inquit *hoc, & ridiculum: immo verò interpretatio hæc non est, sed audacissima allegoria.* Arguit Bellarminus [Dominus jubet solvi tributum pro se & Petro, unde collegisse Apostolos reliquos Petrum sibi præferri, scribunt Origines, Chrysostomus, Hieronymus, & Author quæstionum vet. & nov. Test.] Respondet Chamierus interpretationem hanc esse allegoricam ac proinde non satis firmam, addit postea & ridiculam. Probat Bellarminus prerogativam Petri super reliquos Apostolos, quod Christus resurgens ei primò apparuerit, ex Chrysostomo & Theophilacto. Negat Chamierus & rem ipsam, & prerogativam ex re a patribus deductam. Probat Petri primatum Bellarminus ex Petri miraculo primo. Et citat Ambrosium, unde Ambrosius sermone sexagesimo octavo, meritò notat Petrum primum miraculum fecisse in pedum confirmatione, ut ostenderet se fundamentum esse totius ecclesiæ. Respondet Chamierus. [Ille quicunque est author ejus sermonis quàm pueriliter argumentatur!] addit] Nihil ineptius? quum tam multas, ridiculas, & ineptas interpretationes attulerint pro primatu Petri, non est quod quisquam commoveatur, si pro primatu episcopi, ex Timothei, & Titi exemplo argumentati quoq; sunt, quod perinde & ineptum & infirmum esse, suo locum demonstrabitur. Sed superest locus adhuc unus quem pro primatu Episcopi ipso, Augustinus & Hieronymus adferunt: in quo etiam citando Hierarchici ipsi multi sunt. Is habetur Psalm. 45. 17. *Loco parentum tuorum erunt filij tui, præponunt eos principes in tota terra*, id est, inquiunt, loco Apostolorũ qui patres erant, filij id est successores episcopi qui principes. Quid tibi videtur? annon acutum hoc? Peræque certè acutum ac illud: *Noli accipere accusationem adversus presbyterum, Ergo Timotheus erat episcopus.* Nam & seorsim ad episcopos illic coarctatur quod omnibus ecclesiæ gubernatoribus dicitur: quemadmodum hîc, quod de efficaci electorum omnium vocatione: juxta illud *De commonic. pontif. lib 3 p. 405. 406. Pa. 414. Pa. 424. Pa. 45..*

Apoc.

Digitized by Google

Apoc. 5. 10. *Et fecisti nos Deo nostro reges & sacerdotes, & regnabimus super terram.* Atque hoc adeo clarum est, ut subeat mirari qua fronte Hierarchici hic patres sequi, hocque illorum testimonium pro superioritate episcopali citare audeant: Illud patrum de Timotheo non adæque clarum? cogita tamen donec ad illius disquisitionem veniatur quam hoc in loco crassissime patres hallucinati sunt, & in illo similiter hallucinari possint.

5 Argumentum nostrum octavum à medijs ducitur: non enim ea media scientiæ habuerunt patres quibus hac ætas nostra abundat. Quid enim ego de linguarum cognitione dicerem nunc renovata, & expolitissima artium cultura ea introducta, quam nulla unquam ætas vidit? quid de collegiorum magnificentissima & extructione & dotatione, ex quibus tanquam ex equo Trojano prodierunt innumeri viri pietate & eruditione prestantes, qui tenebris ætatum superiorum dissipatis quasi jubare ardenti ecclesiam illustrant? quid ad extremum de arte Typographica quasi cælitus inventa ad annum 1440. qua factum, út uno jam die plus imprimi, quam ætate patrum per totum annum discribi potuerit, quamque dono linguarum aliquatenus æquiparare Iohannes Foxus non dubitavit. Hæc cognitionis renovandæ amplificandæque præclara instrumenta Ap. 10. prædicta non dubito: nostrumque tempus illud esse devorandi libros & quasi de novo prophetandi quod patribus non illuxit: providebat siquidem sapientia divina ad debellandum Antichristum, heresium omnium centrum, majoribus copijs opus jam fore, quam tempore patrum fuit. Disputat ita de patribus Bancroftus: *potuerunt doctrinam contra hæreses quascumque tueri patres, & veram ecclesiæ disciplinam internoscere non potuerint?* Atqui mi Domine non adversus hereses aut tot aut tantas veritatem tutati patres sunt, adversus quot & quantas nostri: imò si patres, & nulli nisi patres hoc seculo vixissent, quo queso loco religio fuisset? promptum igitur Bancrofti ad instar disputare. *Adversus hæreses majores, virtute majori dimicant iam nostri, quam unquam patres dimicarunt: veram igitur disciplinam ecclesiæ nonne melius patribus cognoscere potuerunt?* Accidit doctorum hominum consensus, imo & ipsorum Hierarchicorum: citat etenim Iohannes Whitus Andradium defens. concil. Trident. lib. 2. qui plura ætati nostræ revelasse Deum dicit, quam unquam patribus, & plura ad veritatem eruendam media largitum fuisse: citat Thomas Mortonus Salmeronem qui quo iuniores eo perspicatiores doctores asserit. Citat deniq; Rich. Feildus Guidonem Bonderianum, qui omnia hoc seculo renovata dicit, literaturamque quasi denuo renatam, ut Christus in nobis de novo formari, & nos in illo de novo nasci possimus. Adjicit ex Andradio Feildus ingratos esse eos qui seculum nostrum patrum seculo minime præferunt: idque duplici nomine: primo in Deum, qui tam largiter dona sua in huius generationis filios effudit, secundo in homines qui tanta sua in tam fælici successu & tam ingenti ecclesiæ

De eccles. digress. 47. p. 325. Apolog. P. 2. lib 2. c. 20. In præfat. Testament. Syriac.

De eccles. lib. 4. c. 17.

siæ commodo, in veritate eruendâ elaborarunt. Idem scilicet quod Augustinus. *Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus est & malignus quibus veritas revelatur, aut circa Deum ingratus cujus inspiratione ecclesia instruitur.* Quidni igitur contemptus Hierarchicorum adversus scriptores novitios & major sit & majori cum ingratitudine conjunctus: quam qui nobis injustè objicitur contemptus patrum: utinam per omnia liceat lectorem putidissimas illas Bancrofti virulentias relegere quibus horrendum clamat, præferri modernos patribus: cuius tamen testimonia quæ ex Augustino profert, tam adversus contemptum συγχρόνων, quam antiquorum agunt. [Ita intellexerit Ambrosius, ita Cyprianus, ita Gregorius, Augustini iudicio multum ponderis habuit.] inquit. O ineptias pro patribus præferendis, citat Augustinum, & ita citat, ut Ambrosium primo loco ponat, qui ipsa Augustini ætate vixerat. Certè antiquior Pater nobis Calvinus, aut fortè etiam Theodorus Beza, quàm Augustino Ambrosius erat: quæ igitur habet Augustinus in citando Ambrosium, ea non Bancrofto pro patribus, sed nobis pro Calvino & Beza inserviunt: ea verò ista sunt. *Beatum loquor Ambrosium cujus pro catholica fide gratiam, constantiam, labores & pericula, sive laboribus, sive sermonibus, & ipse sum expertus, & mecum non dubitat orbis prædicare totus.* Hæc Calvino & Bezæ conveniunt optimè, quidni igitur pro nobis adversus Bancroftum, quæ subjunxit Augustinus pro sese adversus Iulianum? sic Bancroftus ipse Iulianus ille sit, cui tam virulenter reformatos assimulat: *Quid nomen delaniare niteris meum & Ambrosium* (Calvinum) *facis tacito eius nomine Manichæum* (Puritanum.) *Cernis nempè cum quibus tua maledicta sustineas acriùs, cum quibus mihi sit causa communis: quum nulla consideratione sobriis pulsare columnis, & expugnare conaris, cernis quàm tibi periculosum sit, tam horribile crimen objicere talibus, & quàm mihi gloriosum sit, quodlibet crimen audire cum talibus. Si cernis, cerne, & tandem tace: Pelagianam (Hierarchicam) linguam, tot linguis catholicis deprime, tot venerandis oribus protervа ora submitte.* Rursus de catholicis fidei doctoribus & defensoribus verba faciens, non antiquis modo sed & ætati suæ contiguis (& contigui ætati nostræ, Calvinus, Beza, Martyr &c. fuerunt) ea habet quæ jam nobis dicere licet. *Quod credunt, credo: quod tenent, teneo: quod docent, doceo: quod prædicant, prædico. Istos cæde, & me non cædes? acquiesce istis & quiescis à me, postremò, si mihi per eos amicus fieri non vis, saltem peto, ne per me illorum efficieris inimicus, sed quomodo non efficiaris si in isto errore permanseris?*

De Baptis. cont. donat. lib. 7. c. 5.

Surv. c. 27. p. 352, 353.

August. cont. Iul. l. 2. c. 4.

cap. 2.

Digitized by Google

CAP. XIX.

Argumentum nonum à patrum incompetentia.

ARgumentum nostrum nonum à patrum incompetentia ea ducitur, in hac quęstione disciplinaria, quæ in scriptoribus recentioribus qui à causa nostra stant, non reperitur. Dicunt Iurisconsulti fidem testium diligenter examinandam esse, & prudenti iudici dispiciendum, quantum cuique fidei habendum sit. Rationem reddit Marcus Cicero. *Multa sæpe homines dicunt, quæ à cupiditate aliqua & inimicitia, profecta videntur: itaque non sine causa in prudenti judice id desideratur, ut expendat quæ à quoquo dicantur, inter affectus autem qui testem transversum agere solent amor potentissimus est: est autem quisque ut sibi proximus ita sibi amicissimus: hinc negant iurisconsulti (quod & ius canonicum) habendam esse cuiquam fidem in causa sua.* Quid autem? patres qui adversus nos ab Hierarchicis producuntur episcopi ut plurimum erant: sic cum pro episcopatu loquuntur, in causa sua loquuntur: ecquis eos igitur credendos dicet? nos ab eis provocare prohibebit? Hierarchicis denique fidet, patres in sua causa loquentes venditantibus? Sic Christus ipse: *Si pro meipso testimonium dicerem testimonium meum verum non esset* Ioh. 5. 3. *Ne Scipioni quidem in causa propria credendum* dixit Cicero. *Canonistæ ipsi* (inquit Reynoldus) *sic habent. Familiaris est hæc probatio, quum Papa alium Papam adducit in testem, & nonne pariter familiaris probatio, cum episcopus episcopum.* Percurre scriptores nostros singulos: ad authoritates patrum Romanorum, à Bellarmino productas, ecquid habent quod respondent aliud, quam quod nos jam causamur, *patres in causa sua audiendos non esse.* Incipiam à Matheo Sutclivio Hierarchico qui adversus Damasum, Leonem, Gelasium, Gregorium, omnes sanctos patres ita excipit. *Pontifices Romani ineptè in causa propria testaturi producuntur, neque enim Christus ipse Iesus, licet veritas esset & via, de seipso testimonium perhibebat.* At inquit Bellarminus *sanctissimi fuere. At* (inquit) *nonnunquam homines alioqui sancti in causa sua nimis sibi favere solent, & propterea minus idonei testes censentur*: Rursus producit Bellarminus testimonium Gelasij: respondet: *Ridiculum est postulare ut quisquam testibus domesticis & in propriis causa testantibus credet*: Similiter Daniel Chamierus. *Non sunt legitima Pontificorum Romanorum de suo ipsorum iure testimonia.* Similiter Iohannes Iuellus, *hominis authoritas in causa propria magna esse non potest.* Dicit Imperator, *nemo sibi debet ius dicere*: & in ipsis decretis notatur. *Papa non debet esse iudex in causa propria.* Similiter Gulielmus Whitakerus, de Leone, Gelasio, Damaso, Gregorio, sanctis patribus, imo & ipso Victore habet. *Quid iniquius esse potest, quàm eundem & reum & testem esse? Nemo in re sua aut ius aut testimoniam dicit. Africanus, inquit Cicero, qui suo cognomine declarat, tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen si sua res ageretur testimo-*

Digest. de Test.

Orat. pro Fontin.

Decret. p. 2. caus. 4. q. 2. & 3. c. 3.

Orat. pro S. Roscio.

Collat. cum Har. c. 8. D. 6.

De Pont. Rom. lib. 2. c. 11. p. 255. 256.

Lib 3. c. 9. p. 231.

De œcumenic. pontif. lib. 5. p. 758.

Def. Apol. p. 2. c. 3. D. 5.

testimonium non dicit: Agitur nunc res Romanorum Pontificum: quorsum ergo nos horum testimonijs aggreditur Bellarminus? Imo sic ipsi Parisienses Sorbonistæ. *De authoritatibus quæ ex scriptis Romanorum pontificum producuntur non est magnopere laborandum: quia Iohannes Gerson & alij doctores Parisienses, uno verbo respondent. Nemini in sua causa credendum.* Hæc illi de antiquissimis episcopis Romæ, Clemente, Aniceto, Anacleto, &c. ex suppositione eorum epistolas decretales esse genuinas. Quod si autem privilegium aliquod pro Augustino, Ambrosio, Chrysostomo & reliquis præ cęteris patribus ostendi non potest: *ridiculi sunt*. Sutclivij judicio, Whitakeri censura *iniqui* Hierarchici qui eos de jure suo episcopali testantes inducunt: & ineptos & simplices eos esse par est, qui istiusmodi authoritatibus commoventur. Cent. 49.4. p. 556. De eccles. & pol.t. Potes. p. 64.

Animadvertendum tamen est horum patrum testimonia sicubi occurrant pro nobis quidem firmissima esse, vt qui tum adversus seipsos testificentur: consulatur hic Iohannes Reinoldus fuse disputās, *cuilibet testi adversus se testimoniū ferenti credendum esse*. Probat ex digest. de testibus: b. Nullus. probat ex Paulo Burgensi. *Nosse* inquit *debes in dialogis disputatorijs & iudiciariis, alternationibus contentiosis semper credi homini contra se etiam si non credatur pro se.* Probat ex Paulo qui ex Epimenide alioqui, mendaci poeta, contra se tamen & Cretenses suos testimonium dicentem citans: probat denique ex Cornelio Tacito qui vel ipsum Neronem contrà se testificantem credendum esse existimavit. Atqui postquam de patribus vidimus, eos minimè in quæstione Hierarchica idoneos testes esse: videndum jam de præsentibus seculi doctoribus &c. adversus quos nihil habet quod excipiat Downamus quam quod in hac causa partes sunt. Ita cum testimonium aliquod profertur, respondere illi solemne. *Aretius audiendus non est, est enim in hac causa pars.* Sic de cęteris. Quum tu exceptionem novam, irrationabilem insuper & iniquissimam, & nunquam ante auditam audis: annon tecum miraris multum lector? Hac etenim exceptione tolluntur prorsus testimonia omnia, etiam testium integerrimorum. Ecquis etenim est qui testimonium ferre potest in causa aliqua, & non in ea causa pars esse? Nunquam in quæstionem venit, aut vitio versum est, quod pars hnius vel illius causæ quis testis esset, sed quod partialis esset, præ partium scilicet studio, aut affectu alio: quod tantum abest vt probare Downamus potuerit de scriptoribus neotericis vt ne probare quidem tentavérit, argumento vllo alio quàm isto nullo, quòd partes sint: ac si inter patricipem & patrialem nihil interesset? vide Bright. P. 651. Atqui vt nullum aliud argumentum protulerit Downamus contra scriptores neotericos quam quod participes essent, subire tamen in mentem cuiquam potest: illud haud minus neotericis obijci posse, quod Hieronymo Bancroftus & Downamus objiciunt: nempe quod cum adversus superioritatem Episcopi disputat ἀνταγωνιστικῶς, non δογματικῶς locutus Cens. Apoc. Tom. 2. prel. 134. 3. urv. c. 27. p. 336.

 sit;

sit: hanc exceptionem alibi inquit Bannroftus vel ipsi agnoscunt: agnoscimus sanè, quemadmodum agnoscit Basilius qui quum Gregorius Neocesariensis, filium & patrem hypostasi vnum esse dixisset, excipit quod non *dogmatikws*, sed *eristikws* ista dixerit. Observandum hic est *antigonistikws* disputare nunquam in vitio poni, nisi quando *eristikws* disputatur, id est vt tu ipse Bancrofte interpretaris, quando æstu disputationis ultra limites quis provehitur ut aliquid proferat incommodè, quod sedato animo (qualis illorum esse solet qui dogmata tantum tradunt) non dixisset. Hoc absque si fuisset delerentur ex voluminibus patrum omnia eorum scripta *polemica*: reijcientur etiam disputationes theologicæ omnes quæ contra hereticos scribi solent. His premissis nego Hyeronimum præ æstu disputationis solo superioritatem episcopi inficiari: cum ministrorũ paritatem tueatur, etiam in commentarijs & epistolis suis, ubi *dogmaticoos* tantum scribit ac ne quidem *polemicoos* disputat : affirmo è contra Epiphanium magnum illum Hierarchicorum patronum, quem etiam unicum pro episcopatus jure divino proferre possunt hujus labis affirnem fuisse. non etenim *dogmaticoos* scribit quando contra Aerium disputat imo ne *polimicoos* quidem, sed planè *eristicoos*, & *antagonisticoos*, idque vel Thomæ Billsoni ipsius confessione : qui ita habet. *Scio Epiphanium paulò vehementiorem hic videri. & in præstringendo Aerij errore, uti verbis durioribus, veluti stultitia pleno, nugis, errore, & lapsu gravissimo seductì à diabolo, &c.* Atqui presbyter (inquit Downamus) Hieronymus cum esset pro presbyterij dignitate pugnavit *antagonisticoos*: quod & omnes scriptores neoterici qui episcopis se opponunt, presbyteri enim sunt. Atqui argumenta duo suppetant neq; Hieronymum neque scriptores neotericos, quanquam presbyteri tantum sunt, pro presbyteri tamen dignitate *eristicoos* contendere: sed solo amore veritatis disciplinam reformatam adamare. Primo, quia electione sua propria spontaneaque voluntate in presbyteri gradu subsident, cum episcopi esse possent si modo vellent. Annon Hieronymus episcopus esse potuerat, si id muneris effectasset? annon vitam monachalem Episcopali sponte prætulit? Ita Isidorus Pelusiota qui Heraclem commendat quod episcopatum repudiasset : *sponte monachus vivere elegit, cum episcopũ agere potuisset, si episcopi munus tam approbasset, quam condemnasset.* Ita Bernardus : episcopatum sæpe oblatum repudiavit & monachus vivere sponte elegit, quum episcopus imo & cardinalis evadere potuisset. De Hieronymo denique Zanchio narratur, *eum tantum doctorem ordinarium & vixisse, & consenuisse, & expirasse: quum tamen superintendens esse potuerit: quam præsidentiam* (quanquam multis modis Anglicana meliorẽ) *à fratribus sæpe illi oblatam constanter & fortiter repudiavit.* Ita Calvinus & Beza & reliqui reformationis authores, episcopi esse potuerunt ipsi, si episcopatum licitum esse existimassent. Quamquam igitur presbyteri tantũ scriptores recentiores sint : non tamen *eristicoos* pro presbyterij dignitate conten-

Epist.64.

De perpet. gubernat. ca. 13. p.325.

contendere putandi sunt, cum sponte presbyteri sint, & episcopi esse nolint. Secundo si *cristicoos* pro presbyterij dignitate adversus superiorem episcopum contenderint nuperi reformatores, eodem ambitionis ęstro perciti, adversus Seniores etiam contenderent, ne in presbyterio pares una cum pastoribus essent. Rejicit Downamus scriptores neotericos tanquam testes incompetentes, non solum cum contra episcopum sed etiam cum pro senioribus scribunt? Nunquid aliqua ratione, certè nulla. nam si *cristicoos* scriberent, partialesq; essent, & in ambitiouem nimiam incumberent presbyterialis suæ quam gerant dignitatis: ut cum Cæsare superiorem Episcopum non ferant, ita nec cum Pompeio ferrent pares seniores. Atque hæc sunt quæ pro scriptoribus præsentis sæculi antiquis patribus præferendis, dicenda habuimus.

CAP. XX.

Obiectio à patrum sanctitate desumpta, tollitur.

His visis, reliquum est ut uni tandem obiectioni quæ sola superest respondeamus à patrum sanctitate desumpta. *Ego nunquam credam,* inquit Saravia, *Ambrosium, Augustinum, reliquosq; sanctos patres Episcopatum tyrannicum gerere voluisse.* Similiter Bilsonus: Quid de ea potestate dicemus, quam tot myriades doctissimorum & sanctissimorum antistitum & habuerunt & exercuerunt? Num dominatum illicitum & tyrannidem non ferendam putabimus? Num ecclesiam Christi universam, ab ejus primis incunabulis ad nostram usque tempestatem, non religione modò & conscientia, sed etiam intelligentia & sensu communi suo destitutam arbitrabimur, ut inter pastoralem authoritatem & tyrannicam dominationem, quid interesset non potuerit distinguere? & si quis eam notam omnibus Ecclesijs inurat: non eius amentiam potius detestandam, quam stultitiam argumentis refutandam judicabimus? Adjiciatur Cornelius Scultingius, eodem etenim cum illo, spiritu scribunt Hierarchici & loquuntur. *Absit longè à pijs mentibus, ut veterem Ecclesiæ formam, & tot summæ pietatis & eruditionis Episcopos, Athanasios, Ambrosios, Augustinos, Chrysostomos, Basilios, Nazianzenos &c. accusare audeant tyrannidis cum Puritanis.*

De perpe gubern. in præf. vest. p. 24.

Hiera. Anat. l. 10. c. 13. p. 65.

Primò, sanctos patres nos nunquam tyrannos diximus, ac ne Episcopos quidem Anglicanos: aliud enim est, per errorem tyrannicum Episcopatum gerere, aliud tyrannum esse. Tyrannus est, qui tyranice agit, imperium usurpat, quod novit esse non suum: quum de patribus, sicut & de hodiernis Anglicanis Episcopis verum sit: eos tyrannos quidem non esse, licet (quod ad materiam facti) quod tyrannorum erat, fecerint: sicut de Massiliensibus dictum olim, eas quidem insipientes non fuisse, eadem tamen fecisse quæ insipientes.

Secnndo, videat Bilsonus ne amentis sit, eo modo quo ille nos, amentiæ insimulare. Præmittit, si delegatio Timothei nos non confutet: amentes tamen nos esse, si universam Ecclesiæ praxim rejiciamus, Id est, etsi Scriptura Episcopum Hierarchicum minimè probat: approbavit tamen universa Ecclesia, quam rejicere amentia est. Forte. Nempè quomodo amens Paulus. Quando etenim ex scripturis locutus est, & ex scripturis solis, sobrius erat non amens Act. 26. 25. aut si amens, amens Deo. 2. Cor'5. Eadem iam nostra causa est. Solo verbo Dei fidem nostram niti volumus, non ullâ humanâ praxi: sic Pauli vestigijs inhærentes, non nisi Deo amentes sumus: sed amens ipse Bilsonns potius, qui scripturis Episcopatum Hierarchicum condemnantibus minimè credit, juxta illa Chrysostomi. *Si quis scripturas non credit, eum aversare velut furibundum & mente captum.*

Tertio, inde à temporibus Apostolorum ad nostram usque tempestatem durasse Episcopum, falsum est.

Quartò, Episcopatus quem patres gesserunt, non idem erat, cum nostro Hierarchico Anglicano, quod suo loco demonstrabitur.

Quintò, de eruditione patrum vidimus: de sanctitate jam videamus. Sancti Patres, qui Episcopi fuerunt, dicitis. Quid? annon & sancti Reformati etiam, qui Episcopatum illicitum putant? Inspice Apocalyps. 20.6.20. 6. *Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima* (id est, in resurrectione Gentiũ à Papatu: resurrectio etenim hic prima Gentium est à Papatu, secunda Iudæorum ab infidelitate) *in hos enim secunda mors non habet potestatem, sed regnabunt cum Deo mille annis*: scilicet ab an. 1300. ad annos dehinc septingentos. Rursus: v. 9. *Ascenderunt super latitudinem terræ, & circumierunt castra sanctorum & urbem dilectam*: quæ de Ecclesia reformata, ejusdemque civibus, nemo non intelligenda vidit: quod si igitur ex atributo sanctitatis aliquid concludi possit, sequeretur Episcopum non esse licitum, quia qui id putant, & beati & sancti sint. Quid & non sancti Episcopi etiam qui partem in hac resurrectione habent? quis negat? sentiendum tamen pro parte suâ quam in resurrectione à Papatu habent eos sanctos esse: sic quoad Episcopatum & disciplinam sancti non sunt, sed quoad doctrinam tantum: nam in disciplina quî resurgere à Papatu possint, qui disciplinam adhuc Papalem retinent? Atque juxta hanc proportionem de patrum etiam sanctitate judicandum. Quod nempè in doctrina integri fuerint, eousq; sancti: nõ quoad eorũ disciplinam corruptam, in qua Papatus fundamentum jactum est: in eo num sancti? Insistamus parumper in hoc ipso vigesimo, quod citavimus, Apocalypseos capite. Agitur v. 4. de statu ecclesiæ durante ligatione Satanæ, per mille annos, qui à tempore Constantini ad annum 1300. decurrebant. Per hoc intervallum sedere super thronos sancti dicuntur, & vivere & regnare cum Christo: sed quid? non adorarunt bestiam neque imaginem ejus, nec acceperunt characterem ejus in frontibus suis, aut in manibus suis. Dictum hoc præcipuè

fateor, est de sanctis qui in periodo horum millium annorum ultima vixerunt, sub ipso Papatu scilicet cui strenue & fortiter restiterunt. Sed ita arguo: si illi in ultima periodo tantummodo vixerunt, & repugnarunt cum Christo, & sederunt super thronos qui bestiæ restiterunt: tum etiam in periodo prima, qui huic Bestiæ restiterunt etiam. Restiterunt verò Bestiæ patres quoad doctrinæ integritatem: non quoad corruptam disciplinam, quâ bestiæ viam præmuniverunt: ergò ob doctrinam solummodo, non autem quoad disciplinam sancti fuerint. Ain verò inquis patres, qui in prima periodo horum millium annorum vixerunt, quoad doctrinæ integritatem bestiæ restitisse? Certè, ob fidem etenim suam, Ecclesia per hoc intervallum, *super montem Sion cum agno stat, habens nomen ejus & patris ejus scriptum in frontibus suis*, c. 14. 1. Deducunt hæc nos ad 7. 3. nam & numerus obsignatorum à Constantino, idem cum his agni satellibus est, quadraginta quatuor millia: & character quo obsignavit in frontibus Constantinus, hic qualis sit describitur: nempè nomen Dei patris & Christi: quo fides justificans intelligitur, qua patris Dei favor in Christo per fiduciam filialem apprehenditur. Atque huc usque, quod ad ipsum fidei fundamentum bestiæ restiterunt patres, doctrina tamen non usquè adeo aut pura, aut luculenta, qualis reformatorum doctorum est: id quod ex eodem loco liquet. Dum etenim progressum ecclesiæ illo in loco prosequitur, comparat doctrinam patrum strepitui aquarum, qui confusus est: doctrinâ Waldensium, Wiclevi, Hussi, &c. voci tonitrui: doctrinâ verò ecclesi. à Lutheri, & Calvini tēporib⁹ voci citharœdorū 14.2. Quid igitur est? Sancti fuerunt patres propter doctrinā: non ita tamē quā reformati sancti, quia tantū interest inter doctrinā, quantū inter aquarum strepitum, & vocē citharædi. Respondebitur fortasse sanctos fuisse patres ob doctrinam quidem, sed non ob doctrinam solam, verum & ob disciplinam etiam. At probationem desidero: ea verò nulla adferri potest: imò in contrarium probatio nobis manifesta suppetit Apoc.8. 8.9. Postquam graduum Hierarchicorum à patribus invectorum, sub nomine montis ardentis mentionem Iohannes fecisset: descendit deinde ad affectum hujus montis, in tertia parte orbis, id est in Europa. Vbi Roma indies eo usq; intumuit ambitione, donec mare versum in sanguinem esset, id est doctrina & disciplina adeo corrupta: ut & navis in hac tertia parte id est ordines superiores, & marina creatura reliqua: nautæ & remiges, &c. id est, ordines inferiores clericorum mœrerentur. Vides lector: ut in hoc monte explicando, adstringit sese Spiritus sanctus ad nautas & remiges, id est ad ordines Ecclesiasticos: propterea quod hæc tuba secunda, corruptionem tantum disciplinæ concernat. Hinc ita disputo. Si patres in gradibus Hierarchicis suis, viam præmunierunt disciplinæ adeo corruptæ, ut ea post ad umbilicum perducta, Ecclesiastici in Europa mererentur corrupto fungentes ministerio: ū certè in disciplinasua minimè sancti fuerunt; sed utut salvati ipsi

ipsi fuerint peccatum tamen in ea per se mortalem commiserunt.

Sed ut detur patres antiquos recentibus reformatis sanctiores fuisse: non tamen sequitur eos in gradibus Hierarchicis, aut statuendis, aut exercendis, vel non peccasse vel non errasse: cum & sanctissimi quique cujusque ætatis à mundo initio, nævis suis non caruerunt. Neque hæc nobis propria exceptio est: sed omnibus protestantibus, imò & ipsis etiam Hierarchicis communis: idque in hac ipsa causa ecclesiasticæ disciplinæ. Objicit Bellarminus sanctos Romanos episcopos: Quid aliud quàm hoc noster habet Whitakerus quod respondeat? *Quanquam pij fuerunt* inquit, *semper tamen sui honoris & propriæ dignitatis nimium studiosi fuerunt quod tum etiam apparuit, cum ecclesia in summis angustijs fuit.* Instat in Victore qui ecclesias Asiaticas propter observationem Pascatis diversam excomunicare conatus est; & annon Victor sanctus fuit, imo & Christi Martyr etiam?

Cont. 4. q. 4. p. 396, 397. Pergit Whitakerus. *Etiam illi episcopi qui martyres fuerunt ἀνθρώπινα τινα passi sunt.* Cyprianus de suis temporibus sic scribit. *Ambitio dormit in sinu sacerdotum.* de jejun. & tent. Augustinus Romanæ civitati jactantiam tribuit. Quæst. vet. & nov. Test. 101. Basilius episcoporum occidentalium δυτικὴν ὀφρύν deplorat. Epist. ad Euseb. Samoss. Concilium Affricanum Romanos Episcopos τῦφον seculi in ecclesiam invexisse dicit. Henricus Paræus episcopus Glocestrensis, in sua versione Reynoldiana, nonne ipsum Reynoldum approbat? Objicit Hartus more Hierarchico, *Episcopi Romani fuerunt viri sancti.* Respondet. *Sancti quidem fuerunt, sed tamen homines, affectus suos habuerunt, & plus*

Collat. cum Hart. c. 8. d. 5. *satis ambitione suæ sedis intumuerunt: Apostoli sancti fuerunt, narrat tamen spiritus sanctus ad instructionem nostram, eos non solum superioritatem affectasse sed etiam pro eadem certasse, Math. 21. 20. Luk. 9. 46. & 22. 24.* Quid ni de reliquis episcopis sanctis inter patres, nobis itidem respondere liceat. Innocentius, Leo, Gelasius, Vigilius, Pelagius, Gregorius majores Apostolis (inquit Reynoldus) non fuerunt: si nec

De concil. p. 118. Ambrosius, Chrisostomus, Augustinus, &c. Quid Damasus? nonne pater sanctus? *Ambitione tamen laboravit* (inquit Whitakerus) Quid

de eccles. lib. 4. cap 52. Pelagius? nonne sanctus pater? *Eum tamen in sua causa partialem* non diffitetur Fyldus. Quid Leo? nonne sanctus pater? Is *tamen ob privatum*

Cont Apol. c. 1. pa 14. *affectum in propria sede efferendi, fidei leviusculæ, sapientum judicio est,* inquit Bilsonus. Math. Sutclevius, multo acrius. *Leo apertè & impu-*

de pont. Rom. p. 176. *denter mentitur, & absque ratione contra veritatem pro Ecclesiæ suæ dig-*

Ibid. p. 115. *nitate pugnat.* Quid denique Gregorius magnus? nonne de sanctis patribus unus? *Eum tamen tanquam sedi suæ gratificantem* idem rejicit Sutclev. His omnibus exemplis liberamur nos, si patres quantumvis sanctos, in causa Hierarchica rejiciamus: ut quos affectionibus humanis laborasse constat, ac ab ambitione minimè fuisse alienos. venia tamen præ nostris episcopis Anglicanis digniores: quos lux oborta magis inexcusabiles reddidit. Meminerint igitur Cypriani illud citatum quidem à Iohanne Iuello adversus Pontificios: sed non

minus

minus Hierarch. quam illos attingens. *Ignosci potuit simpliciter erranti: post inspirationem verò & revelationem factam; qui in eo quod erraverat, perseverat prudens & sciens, sine venia ignorantiæ peccat. Præsumptione enim atque obstinatione superatur.* Citat hanc sententiam Cypriani Augustinus de Baptis. lib. 4. & ex Augustino Tho. Bilsonus Hierarchicus. Simile illud est quod citat Iuellus ex Hilario. *Illis, in eo quod nesciunt potest adhuc in tuto esse salus si credant: tibi verò jam omnia ad salutem clausa sunt qui negas quod jam ignorare non potes.* Adjicit vero Iuellus loco priore, & Chrysostomum in Psal. 9. *Qui in luce peccat imprudentior est. Ex furibus enim leges eos gravis puniunt, qui interdiu furantur.*

Apol. p. 1. c 8. d. 1.

Cont. Apol. c. 2 p. 292.

Def. Apol. p. 1. c. 7. d. 2.

Bilsonus verò sententiam alteram Cypriani addit. [Si quis prædecessorum nostrorum vel per ignorantiam vel per simplicitatem non teneret, quod Dominus authoritate & exemplo suo docuit: Deus illam simplicitatem condonabit, Nobis vero qui admoniti & edocti sumus nulla ejusmodi indulgentia relinquitur.] Objiciunt nobis Cypriani authoritatem Hierarchici: Sic & Cyprianum citarant adversus Augustinum Donatistæ. Respondere igitur cum August. possumus. *Quod in Cypriano nævus, in vobis fuligo est, neq; inconvenit ratio. Nam illum* inquit *nævum in candore sanctæ animæ charitatis ubera contegerunt: hanc autem fuliginem in istorum tartarea fœditate vultus impacatus ostendit.* Quid enim? annon vultus episcoporum Anglicanorum in suos fratres reformatos impacatus? Vtinam etiam & non implacabilis. Hoc respectu eorum multò minor fortè inter patres & illorum saltem quosdam ab Hierarchicis citatos, quam rursus apud Vincentium Lyrinensem, inter Cyprianum, & Cyprianum venditantes Donatistas. O mira rerum conversio! Authores ejusdem opinionis Catholici, consectatores verò hæretici judicantur: absoluuntur magistri, condemnantur discipuli. Ita Ioh. Reynoldus noster. *Quiescentium animas Deum ante judicium non visuras, in patribus & Armenis opinio est eadem, quæ tamen in patribus non nisi error erat, jam in Armenis hæresis est. Quanto ingenio Origines & Tertullianus, quanta doctrina, quam singulari eloquentia fuerint omnes intelligunt: adeò ut alter Græcorum, alter Latinorum princeps habitus sit vel Vincentij Lyrinensis judicio c. 24. Atqui isti in errores multos inciderunt, qui verò pertinaciter eorum sententias defenderunt, hæretici habiti sunt, & Tertullianistæ, & Originistæ appellati, ab his qui contra hæreses scripserunt.* Quod igitur monuit Saulem & Saulis sectatores David, omnesque filios virorum tum temporis potentum; utrum in eo persequendo quem Deus sibi asciverit, & gloria Dei oppugnandâ, rectè an secus facerent, seriò cum animis suis cogitarent in cubili suo, & deinceps quiescerent, Psa. 4. 3. 5. id jam Episcopis Anglicanis faciendum; nam si Christi regni gloriam, virosque Dei oppugnare non desinant; non proderit velamentum patrum, sed tam illis inutile futurum est, eorum exemplo nuditatem suam tegere, quam Donatistis irritum Cypriani, Tertullianistis vanum

De Baptis. cont donat. l. 1. c. ult.

Cont. hæres. c. 11.

Cens. Apoc. Prælect 4.

Tertullani, Originistis frivolum Origenis authoritatem venditare. Aliquid erat in eo quod objecerit Bellarminus, patres Africanos ex ignorantia deceptos esse, nos verò ex malitia peccare, si modo verum: totus enim Whitakerus in eo est, ut probet eos non errasse; aliâs concedit consequentiam, nempe ex malitia his diebus peccari, quando Patrum errores pertinaciter defenduntur; qua certe Hierarchici plurimi vereor ne obcæcati sint. Multum est in ipsa terra justitiæ transgredi, & majestatem Iehovæ contueri nolle Isa. 26. 10. Intelligo, in luce revelata, in ecclesia reformata, in veritate patefacta, errorem Hierarchicum pertinaciter tueri, & oculos claudere adversus maiestatem Dei in sua ipsius disciplina, circumcirca in Ecclesijs collucentem, leve (mihi crede) peccatum non est. Atque hæc de extraneo firmamento Hierarchico sexto, nempe patrum authoritate.

Cont. 4. q. 5. p. 499.

CAP. XXI.

Argumentum septimum Hierarchicorum à conciliorum authoritate dissolvitur.

SEptimum, Papisticum pariliter est; nempè authoritas conciliorum; de quâ sententiam Hierarchicorum ita ponit Richardus Bancroftus; *Christus certo consilio semet Ecclesiæ suæ* (loquitur autem de Synodis) *obstrinxit: ut illius directione in rebus controversis adjuventur fideles: cujus piæ determinationi in materijs quæstionarijs, filij illius obsequentes, sese submittere debent.* Et quid ultra quis Papisticissimus dicere potuit? Supponit etenim concilia errare non posse, & eorum determinationes esse semper pias: & absurdè fidem illis necessariò adhibendam esse docet. Certè æquivolent ista (ut mihi videtur) illis Scultingij, qui ex Seß. 20. Concilij Basiliensis, decretis Synodalibus Conciliorum generalium, nervum regulæ ac disciplinæ ecclesiasticæ maximè niti contendit, indeque probat nervum disciplinæ Calvinianos non habere, quòd Puritani non ex generalibus Synodis, sed ex solis scripturis disciplinam hauriendam esse existiment. Respondeo verò primò, concilia authoritatem nullam habere, nisi nitantur sacra scripturâ quod docet fusè adversus Papistas, Thomas Mortonus Hierarchicus. *Iniqua* (inquit Bellarminus) *est conditio Protestantium, ut in Concilijs ex sola scriptura divina sententiæ ferantur, & non ex canonibus.* Imò inquit ille *æquissima* quo citat Patres. [Ex scriptura qui vere loqui desiderat, sumere debet quod loquatur. Non eximatur dogma veritatis necessarium, quod ex scripturis non probatur. Extra scripturam sensus nullus sanctus, sicut olim nihil sanctum extra templum.] Origines.

Cõc. ad cruc. Paulin. an. 1588. p. 24. & 43.

L. 1. p. 15.

Apol. p. 2. li. 4. c. 9.

[Postremò, in Concilio Nicæno, proposito in medio Bibliorum codice, ita Constantinus. Ex verbis divinitus inspiratis sumamus quæstionum explicationes.] Ex his tandem concludit, Christianam liberta-

Digitized by Google

libertatem eam solam esse, quæ in sola Dei lege acquiescere solet: quę cum ipsius Dei vox sit: Concilij cujusque animam esse necesse est] Vides igitur & argumenta Hierarchica ex Concilijs desumpta, cadavera esse absq; anima, quòd ab authoritate sacræ scripturæ destituantur. Ioh. Iuellus eadem defensione utitur adversus Hardingum: *Cum in Scripturis inquit plenissimè loquatur Deus, rem ad Concilij determinationem revocare, quid aliud est, quàm inquirere, utrū divinum præceptum authoritate sua confirmare necnè homines velint.* Atque adversus illa chalybæa Conciliorum vincula, quibus nos in disciplina, vincire Saravia nititur, perinde ac Hardingus in doctrina, citat illa Clementis Alexandrini: *Quoniam ipsum verbum ad nos venit de cœlo, non est nobis amplius eundum ad hominum doctrinam*: necnon illa Chrysostomi: *Fuisset extremæ absurditatis, eum, qui edoctus fuerat à Deo postea cum hominibus communicare.*

Defens. Apol. p. 6. c. 1. d. 1

Orat. ad gēt. In Gal. c. 1.

Secundò, sicut ea scripturæ perfectio est, ut Conciliorum authoramento non sit opus, ita ea hominum imperfectio, ut eorum inniti authoritate non sit tutum. Hoc perspectum Richardo Feyldo, qui fusè disputat, nullam ex conciliis infallibilitatem peti posse, errasse concilia, etiam semper errare posse. Addit ex Thoma Waldensi, tutius esse, consensum patrum per multa secula continnatum sequi, quam eorum, qui uno tantum in loco, uno tempore, ætate una congregantur: sic ut iste consensus patrum infirmus si fuerit, ut supra demonstratum est, multò magis eorum consensus in concilio infirmus sit. Bancrofto verò, promissum Christi Ecclesiæ factum alleganti respondet ita: *Vtcumque Ecclesiæ suæ se affuturum spospondit Christus, quod in electis adimplebitur: nulli tamen societati hominum in concilio quidem congregatæ se ita obstrinxit, ut errare minimè possint,* Eidem, cæterisque Hierarchicis, impudentiam nobis objectantibus quòd conciliorum authoritati refragemur: respondet ex Pamormitano, & Iohanne Gersone: *impudentiam nullam esse, si privatus quis, etsi solus, restiterit concilio: si authoritatem sacræ scripturæ(ut habent reformati) secum consentientem habeat.*

De Ecclesi. l. 5 c. 15.

Tertiò, respondens Hardingo Iohannes Iuellus regerit: *Conciliis minimè protestantes defici, & ex hoc apparere nos Concilia non contemnere, quòd concilia convocare (re ita ferente) soleant.* Quòd si verò contumeliam contemptus a Protestantibus hoc removeat: cur non & a nobis reformatis etiam? Synodos etenim convocare solemus, & Synodorum multarum authoritate, confirmata disciplina reformata est. Dixit olim Augustinus, *Posteriora Concilia à prioribus sæpè (ad scripturæ normam scilicet) emendari.* Quid si igitur, Synodus reformatæ disciplinæ, antiqua non nulla concilia corrigant? Neque tamen sequitur, (ut recte Reynoldus) quod inde infert Bellarminus, *Inter antiqua concilia, concilia priora minoris authoritatis esse, quam posteriora,* sed retinendum potius Isidori hoc dogma est: *Quotiescunque in gestis conciliorum discors sententia invenitur, illius sententia concilij po-* Cens. Tom. 1 prælect. 34.

 tius

Dist. 50. cap. sanct. Dom. *tius teneatur cujus antiquior & prior extat authoritas.* Iugulat hoc inquies Synodos vestras reformatas, de mutata disciplina. Nequaquam verò: cum seculis medijs de quibus loquitur Isidorus, hęc nostra tempora longe pręcellant, ut suprà demonstratum est: & Synodos antiquissimas quarum ille authoritatem præfert, adversus nostram disciplinam facere, probari non possit.

3 Quartò, *Pudet me* inquit Hadrianus Saravia, *quum antiqua Concilia, Canones antiqui, à Calvino & Beza in re disciplinaria rupti & violati sint.* Quos tu Conones antiquos memoras? Scripsit Iohannes Lydius Francofurtensis in librum Prateoli de Conciliis: is Pag. 10. ita habet. *Extat Tomo secundo conciliorum, Anonimi cujusdam qui vixit anno* 1198. *scriptum quoddam, quod appellatur Opusculum Tripartitum: ubi inveni sententiam memorabilem, quam hic adscribam: Concilia antiqua* (inquit) *& etiam posteriora vix inveniuntur. cap.* 10. Verum hoc imprimis de conciliis primis, quę antè Nicęnum celebrata sunt: quæ si extarent, major fortasse de Conciliis antiquissimis ruptis, conquerendi occasio penes reformatos esset, quàm è contrà. Sed extant nonnulla inquies: At de horum Canonibus conqueri non datur, cum de Episcopali superioritate, canones nullos ediderunt. Liceat igitur Guilielmi Whitakeri illa reponere: [Quo quodq; concilium antiquius eò sanctius & sincerius fuit, ut aqua quò propior fonti eò purior & dulcior. Paulatim irrepserunt pravæ opiniones. Ante Constantinum Magnum, provincialia tantum quædam concilia habemus, in quibus nihil de primatu Romani Pontificis sancitum est (*sic nec de majoritate Episcopali.*) At ego pluris ejusmodi unum concilium facio, quàm quodvis eorum, quæ postea secuta sunt. Nam sæviente persecutione, Episcopi de Ecclesia & religione magis soliciti erant, eâ verò sublata mox ambitio invasit ecclesiam.] Hinc illa quærela Nazianzeni: [Equidem ut verè quod res est scribam, prorsus decrevi fugere omnem Conventum Episcoporum. Nullius enim Concilij bonum exitum unquam vidi. Concilia enim non minuunt mala sed augent potius.] Male tractatur hoc nomine à Bibliorum interpretibus nostris Nazianzenus: qui in omnium Conciliorum derogationem, hæc illius redundare putare videntur. Atque recte adfert ista Bilsonus, adversus omnium cujusque ætatis Conciliorum infallibilitatem, idque ratione additâ, *quia major pars sæpe meliorem vincit.* Eadem & Ioh. Iuellus habet adversus Hardingum: & Ioh. Whitus Hierarchicus. Thomas Bilsonus alibi, & Richardus Fyldus, ad turbulenta tempora sua hæc verba Nazianzeni restringunt: qui tamen de hoc tempore, haud minus quam reliqui cum justificant. De illis suis temporibus porrò adjicit Whitus ex Vincentio Lyrinensi advers. profan. novitat. cap. 4. *Ecclesiam sæva contagione commaculatam esse.* Quid igitur est? Concilia ante Nicænum pro se adferre Hierarchici nequeunt: quæ vero ex Concilijs Nicænum subsequentibus adferri solent testimonia, nullius momenti & ponderis sunt.

cont. 4. q. 4. c. 2. s. 2.

Epist. 55. ad Proco.

In præf.

Cont. Apol. p. 2. p. 270.

Defens. Apol. p. 6 c. 3. d. 2

De eccles. 25. p. 82.

De perpet. Gubern.

Digitized by Google

sunt. Insistunt verò in his Concilijs quarti & quinti seculi præcipuè Hierarchici: cujus quidem prævaricationis, modestos puduisse oportuit. Quale etenim quæso hoc argumentum est? Concilia quædam quæ post invalescentem Episcoporum ambitionem, post corruptam disciplinam, post contentiones invectas, ad concilij cujusque exitum bonum impediendum, majoritatem Episcopalem approbant, ergò ea sancta & legitima est? De eccl. l. 5. c. 48.

4 Sed de ipso Nicæno Concilio hæc accipere, absurdum & ridiculum Bancrofto videtur: à quo, quid non audit Tho. Cartwrightus; cum ab eo exemplar politeias ecclesiasticæ tutò peti posse diffiteretur? Durum tamen inquies quod ibidem in Beza sugillat, Nicęnum concilium, sedem meretricis qua super montes septem sedet, præparasse. Atqui ex canone hujus concilij sexto hoc liquidò constat, quo Romanus Episcopus Patriarcha constituitur, quæ illius prærogativa labem primam dedit: quum referente Ænea Sylvio, *parvus ante respectus ad Romanam Ecclesiam haberetur.* Quò minorem rationem habuit Bancroftus, concilium Nicænum magnificè pręedicare, *Colluviem verò Genevensem* (ita enim appellat) *in qua disciplina primo reformata fuit, præ eo contemnere*: in concione etiam sua ad crucem Paulinam nobis monstri loco obijcere, quod regnum Christi hoc in concilio labefactatum sentiamus, in quo divina illius maiestas tam sincerè stabiliebatur. C. 27 p. 343 c. 2. p. 36.

Primò, concilium Hierosolymitanum Nicęno pręponendum dicimus. Pręsertim cum ab eo concilio alia (ut rectè Whitakerus) formam suam sumere debeant: id quod Mortonus Hierarchicus vel ipso Bellarmino probat. Sequitur verò Synodum Hierosolymitanum concilium Nicęnnm? illius morem imitatur? Qui id fieri potest? cum morem antiquum in stabilienda Hierarchia secuta sit Nicæna synodus: in concilio verò Hierosolymitano mori nihil datum sit (sicut nihil omnino dandum) sed ex scripturis ejsque solis sancitum sit. Probat hoc vel ex ipsis papistarum scriptoribus Thomas Mortonus ipse scriptor Hierarchicus. Act. 15. 15. *Huic dicto Petri concordant verba Phophetarum sicut scriptum &c.* Colligunt ex his verbis Caietanus, Montanus, Canus, Ferus, non ausos fuisse ipsos Apostolos quicquam à se definire, sed ex varijs scripturarum locis disputationem primum instituisse, & ad postremum iuxta allegata earundem testimonia rem totam definivisse. At nihil hujusmodi à Nicęno concilio, in Hierarchia stabilienda observatum. mos humanus, non lex divina consessui huic se testante cynosuræ loco fuit: non dicunt scripturæ obtineant, sed τὰ ἀρχαῖα. Apol. p. 2. li. 4. c. 19.

5 Secundò, quod pro Hierarchia adfert Bancroftus ex concilio Nicęno: id ab ipsa scriptura quasi nominatim condemnatur. Quanquam etenim respectu eorum quæ adversus hœresim Arianam fecerit, illius fumus instar suffitus ascendisse dicitur Ap. 8. 4. respectu tamen Hierarchiæ minimè leviter accusatur, quòd montem ardentem

tem igni projecerit in Ecclesiam, Ap. 8. 8. & bestia cum ex mari id est corrupta doctrina ac disciplina ascendisse dicitur Ap. 12. 1. id in relatione dicitur ad corruptas Nicæni concilij de disciplina sanctiones: nam quòd tum primo in fundamento suo bestia conspicua facta sit, supra demonstratum est. Quid quod tubæ Apoc. 8. 6. in ipso Nicæno concilio clanxisse dicantur, vel saltem Angeli se pręparasse ad clangendum quia ipsa tum mala, initio conspicua, & in eo quasi tubâ promulgata sunt?

Tertiò, prunæ ardentes ex altari concilij Nicęni in terram conjectæ fuisse dicuntur Ap. 8. 5. propterea quod turbas multas hoc concilium dederit in hominibus terrestribus, sic ut malum remedio creverit. At sic & ipsæ inquies scripturæ sacræ, ut nunc dierum Evangelium, per abusum hominum terrestrium turbas multas dare solet, absq; ullo peccato suo. At dispar est ratio: Concilium etenim Nicænum contentiosos Episcopos, facultate potentiaq; armavit ad nocendum: & per majoritatem quam eis concessit, eorum animus superbire, imò & ebullire cæpit, ad Ecclesiam perturbandam. Verum igitur & in Nicæno concilio est quod Nazianzenus de reliquis ejusdem seculi, dixit, *nullum* nempe *eorum fœlicem exitum se vidisse*, ut discant mortales fidem suam in scripturá solâ fundare, nullam autem hominnum quamvis sanctorum congregatam multitudinem supra modum venerari.

6 Quartò, cur adeo mirum Bancrofto videtur, Nicænum concilium errare potuisse in suo Hierarchico canone? Quia piè statuit scilicet, de divina natura Christi contra Arianos. Quasi adeo rarum sit ut benè de quibusdam sentientes homines, in alijs tamen errent? Non ego canonem quem adversus Miletium habet, urgebo: licet eum nostri contra pontificios urgere passim soleant: solis eis instantijs contentus ero, quæ apud ipsos Hierarchicos reperiuntur. Citat enim Io. Whitgiftus Ambrosium, lib. 10. epist. 82. quod in concilio Necæno contra Bigamiam clericorum sancitum sit: & Hieronymum, quod idem librum Iudith inter sacras scripturas, commemoravit. Hæc si sunt vera, erroribus alijs, præterquam Hirarchicis laboravit hoc concilium: de quo insuper non est alienum à proposito considerare, quod habet Socrates: *Visum erat Episcopis legem novam in Ecclesiam introducere, ut qui essent sacris initiati (sicut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi) cum uxoribus, quas; cum erant laici in matrimonium duxissent, minimè dormirent.* Restitum quidem huic decreto est à Paphnutio, sed à Paphnutio solo: & quanquam uxores non ademptæ, quibus dum erant laici nupserant: in hoc tamen aqua hæsit, ut post sacram initiationem uxores ducere pro hiberentur. His perpensis, quomodo quæso absque periculo, fides concilio tam prono ad errorem niti potest?

Tractat. 8. c. 2. d 21.

Lib. 1. c. 8.

Quintò, concilium Nicænum pro Hierarchia Anglicana nihil fecit: ascribitur etenim can. 9. Hierarchia mori antiquo: at Hierarchia Anglicana divino jure se tuetur. Sanare hoc vulnus videtur Downamus

ex

ex eo, quòd concilium Nicænum in his verbis *mos antiquus obtineat*, de Patriarchis tantummodo loquatur, quos in hoc canone d icit jure humano & positivo introductos. At contrà Lous. *Synodus Nicæna Metropolitanos* (nō Patriarchas modo) *antiquissimos dicit.* Contra Thomas Billsonus. *Primatus Meteopolitani ex consuetudine erat, ut testatur concilium Nicænum.* Contra denique Iohannes Whitgiftus, qui fusè disputat & metropolitanum & patriarcham ab initio eosdem, & metropolitanum non patriarcham modo in Concilio Nicæno stabilitum, id quod probat productis in medium testimonijs varijs, nempè ex Iohanne Calvino, Flaccio Illyrico, Iohanne Foxo, & Francisco Villiero.

Lib.4. *Quærimo pa. 145.* *Cont. Apol. 233,234.*

7 Sextò, nudam concilij Nicæni authoritatem nemimem adstringere, apud omnes nostrates Guilielmum Whitakerum, Ioh. Reynoldum, Tho. Bilsonum, Tho. Mortonum, Ioh. Iuellum cæterosque adversus papistas & Iesuitas exploratissimum dogma est. Probant ex Augustino. *Nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminense, tanquam præjudicaturus proferre concilium. Nec ego huius authoritate, nec tu illius detineris. Scripturarum authoritatibus, utriusque communibus testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione concertet,* Quod de præjudicio dicit, habetur & apud Ambrosium etiam qui ne fidem quidem Nicænam urgendam putavit contra Arianos : nè videatur perversitas, non examinata, sed prejudicata damnari.

Tractat. 8. c. 2. d. 21. *Cont. Max. l.3. c.14.* *De fid. cont. Arian. c.4.*

Septimò & ultimò, considerandum prudenti lectori est, annon verisimilia sint, quæ Iohannes Lydius Francofurtensis, de Nicænorum canonum (qui jam extant) incertitudine in medium profert. *Canonum numerus incertus apud authores est : & mirum est exemplaria huius concilij, inter se tantum differre, ut nesciant cui sit fidendum. Dicit opusculum tripartitum c. 10. Antiqua concilia, & etiam posteriora, non inveniuntur. - Acta bujus Synodi etsi hodie græcè extent, tamen accuratissimè scripta, iniuria temporis, & Arianorum conatibus, cum Baronio, perijsse credo. Nam hæc quæ habemus nimis frigida sunt: nec sapiunt Athanasium, Hosium, Paphnutium, aliosque qui con ilio interfuere.* Hæc de fundamento Hierarchico septimo, nempe Conciliorum authoritate.

In prat. col. de concil. p. 10.11.12.

CAP. XX. II.

Octavum Hierarchicum fundamentum nempe fides historiæ ecclesiasticæ tollitur.

Sequitur octavum, similiter papisticum, nempe fides historiæ ecclesiasticæ: idem etenim sentiunt Hierarchici cum Cano: cujus hæc positio est. *Illud pro certo accipiendum, quod omnium gravium & probatorum historicorum testimonio confirmatur.* Richardus Feildus ita. *Clarum est ex testimonijs antiquitatis, Petrum, Iacobum maiorem, & Iohannem, Iacobum Episcopum Hierosolymitarum ordinasse. Sic Anacletus*

De Ecclesl. l.5 c.23.

tus Epistola secunda si quæ ei fides adhibenda sit: sic Clemens Alexandrinus apud Eusebium, sic Hieronymus de viris illustribus. Hic ego cujusque æqui in ipso initio conscientiam appello. Fabulâ istâ nihil ineptius fingi potest: vt ipsa clamat, & suo loco demonstrabitur. Non est igitur quod Hierarchicorum vociferationibus commoveamur cum rem claram esse clamant, ex historicorum veterum consensu, Episcopos Hierarchicos in prima Ecclesia extitisse: cum eorum moderatissimo, ex eisdem clarum sit etiam Iacobum Apostolum Episcopum fuisse, idque ex ordinatione novâ: quo nihil potest dici falsius. Sed audiatur omnium vehementissimus Georgius Downamus.

[Quęstio est *(inquit)* de materia facti, in qua fides patribus denegand non est. Nonnè vnanimi consensu testatur omnis antiquitas, episcopos primitivæ ecclesiæ, reliquis ministris gradu superiores fuisse, & ecquis nostrum eum frontem gerit, ut id denegare ausit?]
Li. 3. c. 2. p. 23. *Rursus* [Communi consensu antiquissimorum & probatissimorum scriptorum probatur Titum & Timotheum episcopos fuisse: quorum refutatoris negatio si æqua lance ponderetur, næ ipsa vanitate
Li. 3. c. 3. p. 59. vanior reperietur] *Iterum* [Neminem nisi episcopum ordinare potuisse, generalis omnium patrum consensus est: quorum vel unius authoritas, in materia facti, totam disciplinariorum rationem deprimere debet] *Postremo* [Acta Apostolorum quæ post Lucæ historiam
Li. 3. c. 4. p. 83. perpetrata sunt, memoriæ prodita sunt partim ab Hegesippo & Clemente, & alijs antiquis authoribus, qui testantur Paulum, Timotheum Ephesi, Titum Cretæ Episcopos ordinasse, & quod ipse alijque
Li, 4. c. 4. p. 9. 1. Apostoli episcopos alios locis alijs instituerint. Quorum testimonia quicunque fidem adhibere abnuit: ipse fidem nullam meretur.] Videre hinc est, quænam præcipua Hierarchicorum anchora sit: & quo argumento claram suam sententiam esse comprobare soleant: ex irrefragabili nempè antiquorum scriptorum in materia facti authoritate. Hanc cum perinde urgeant papistæ in quæstione de Petri ad
Cont. 4. q. 3. c. 1. Romam adventu: perinde etiam illis respondere habemus, quod his respondet Guilm. Whitakerus. [Quod aliqui impudentiæ nos accusant, quòd rem tam certam & claram in quæstionem vocemus: ego non modo nihil clarum & certum video, sed omnia potius dubia & obscura.]

CAP. XXIII.

Argumentum nostrum primum a sola scripturæ Authentica authoritate.

VEniamus ad argumenta. Argumentum nostrum primum à scripturæ authoritate ducitur, quæ sola in materijs facti, haud secus atque in rebus fidei, nos solos certos reddit. Perspectum commentario hoc, qui in Genesim librum historicum scribens de historia etiam sacra hoc affirmat. [Solis scripturis reservata est hæc authoritas

authoritas,ut ideo id ita esse credamus, quia ita scripserunt.] Si solis scripturis hæc authoritas reservetur, contumeliosior in scripturas Papistis ipsis Downamus, qui hanc authoritatem patribus communem facit,dum credendum esse contendit Hierarchicos Episcopos in Ecclesijs primis fuisse,quia ita illi scripserunt. At parum fortè fide dignus Cajetanus: sciendum igitur Tho. Mortonum hanc illius sententiam & citare & approbare: sic ut hac in re Hierarchicum ab Hierarchico confutatum habeamus. Ita Ioh. Turrecremata. [Nihil asserendum est de divinis,nisi quod divinarum scripturarum testimonio & ratione probari potest, ut Hieronymus & Augustinus scribunt.] Hæc in materia facti adfert Whitakerus & approbat ita. [Rectè. Vtinam id ipsum omnes papistæ perpetuò tenerent : faciclius certè omnes controversiæ inter nos dirimerentur.] Producit Ioh. Reynoldus de Eusebio & historicis reliquis hoc testimonium Can.li.11.c.6. [Præter authores sacros,nullus historicus certus esse potest, & idoneus ad faciendam certam in Theologia fidem,] quod adeo à se evidens & apparens esse dicit, ut suis probationibus confirmari opus non habeat. Tantùm Flavij Vopisci in vita Aureliani,verum & lepidum dictum citat : qui historiam scribere aggrediens, eò se id confidentius facere dicit,quia in mentiendo comites habiturus erat : cum nullum historicum sciverit, qui non in aliquo mentitus sit. Quod si hoc autem (inquit Reynoldus) omnibus historicis acciderit, exceptis eis qui scripturas exararunt, qui per Spiritum Dei non hominis scripserunt: tum Eusebius quoque quanquam historicus bonus, eidem vitio subiectus esse potuit.] Approbat ista Henricus Parçus Episcopus Glocestrensis in sue versione Reynoldiana. Onuphrius Patavinus,de Petri adventu ad Romam agens, vsus est argumento negativo ex Actis Apostolorum. Huic ita occurrit Baronius, *Argumentatio* inquit, *Nouatoribus peculiaris, qui in receptu habent, ut negent, quicquid in scripturis non habetur expressum. Sed Lucas multa prætermisit &c.* Quorsum hæc inquis? Nempè ut intelligatur communem protestantium opinionem hanc esse, historiam perfectam in sacris haberi, sic ut necessariò credendum non sit, quod in eisdem non habetur traditum. Malè igitur Causaubonus, & contrà reliquorum communem sententiam, cum ita Peronio postulanti ut antiquitas ad tempora usque Martini extenderetur, ita responderet. *Hoc postulatum parum illis (reformatis) æquum videbitur, qui vniversam Ecclesiæ primitiuæ historiam, Actuum Apostolicorum divino illo quidem, sed tamen vnico libello volunt contineri. Ab horum sententia longè abest æquissimus prudentissimusque Rex qui in epistola monitoria sua, quanti faceret patres etiam quarti aut quinti seculi ingenuè declaravit*. Peiùs verò multò Downamus, qui Egesippum,Clementem,& alios scriptores antiquos accersendos existimat, ut ita historia Lucæ,ubi desijt,continueretur. At si non historiam perfectam liber Actorum continet, minime tamen ad patres quarti aut quinti seculi. Certè hac repudiata,incertas patrum

Apolog. p.2. lib. 2.c.20.

Cllat. c. 6. D.5.

Tom. 1. p. 272.

P.16.

Nn narra-

narrationes consectari, non modo ridiculum, sed & impium esset. Atque certè miror Downamo non venisse in mentem, continuatorem sancti Lucæ Apostolum Iohannem potiorē esse, quàm patrum quenquam, quanquam maximè genuinum. Annon historia Apocalypsis est? Quid igitur sibi illa volunt, c. 4. v. 1. Ascende hûc & ostendam tibi quæ oportet fieri posthac? Annon historia perfecta etiam? Quid igitur illud sibi vult, c. 5. v. 1. quod hîc liber intus & à tergo scriptus dicatur? Annon ostendunt hæc, hunc eundem plenè perfecteque exaratum? Adde quod c. 10. v. 7. Pertingat hujus libri historia, *usque ad consummationem mysterij Dei, sicut annunciavit servis suis prophetis.* At obscurior fortè Apocalypsis, quàm ut loco historiæ servire possit. Quorsum igitur illa tam magnificca reseratio sigillorum, quæ tantis laudibus piorum celebratur c. 5. v. 8. Quorsum mandatum, *Ne obsignaveris verba prophetiæ libri hujus: tempus enim prope est, c. 22. v.* 10. Quorsum denique promissio? *Beatus qui legit, & beati qui audiunt verba prophetiæ libri huius, & observant ea, quæ in ea scripta sunt: tempus enim propè est, c. 1. v. 3.* Non igitur historiam tantam sacram habemus, sed & in sacris historiam perfectam; sic ut ad patres in materia facti divertere ad fidem faciendam in re aliqua Theologica controversa, loco sacrilegij sit. Num hæc mea sententia sola est? Annon Hierarchici prudentiores idem planè sentiunt? Audiatur primò Richardus Feyldus, *Quis non planè videt*, inquit, *Evangelistas historiam de morte & vita Christi memoriæ tradentes, sanctum Lucam in Actis Apostolorum, Ecclesias ab Apostolis institutas narrantem, sanctum Iohannem revelationem quam vidit scribentem, intendisse, ut perfectam doctrinæ Christianæ summam plenamque fidei directionem traderent, de futuro rerum statu, usque ad consummationem seculi.* Audiatur deinde Hadrianus Saravia. *Quis*, inquit, *ecclesiæ status fuerit, & quam tradiderint rationem gubernandæ ecclesiæ Apostoli, nemo docere potest: nisi ex sacris literis & Apostolorum temporibus.* Audiatur postremò Matheus Sutclivius, quem ego Iohanni Whitgifto oppono. Contendit ille, Anabaptisticum esse in materia facti, à scriptura, negativè argumentari. At contrà Sutclivius: disputans etenim contra Petri ad Romam adventum, ita arguit. *Probatur sententia nostra primò, quia nusquam ex scripturis probatur. Nihil eius scripsit in epistolis suis Petrus, nihil Paulus, nihil qui res Apostolorum gestas diligenter & accuratè persequutus est Lucas.* Rursus. *Respondet Bellarminus, non valere argumentum ab authoritate negatevè. Primo per argumentum ab authoritate sacræ scripturæ validè valet. Ex scripturis non probatur, ergò non est dogma fidei, Ita argumentatur Apostolus, ita etiam argumentantur Patres, idque necessariò sequitur, quia scriptura est canon fidei, & nihil est nunc necessariò credendum extrà scripturas.* Ita conficitur, in materia facti, historicos nullos nisi sacros, aut fidem facere; aut ad fidem obligare.

De Eccles. l. 4. c. 20.

Cont. Ber. c. 24. p. 136.

De pontif. li. 2. c. 9. p. 131

P. 134, 135.

CAP.

CAP. XXIIII.

Secundum nostrum Argumentum à frivolis & incredibilibus Historicorum additamentis.

ARgumentum nostrum secundum, à frivolis illis & incredibilibus additamentis derivatur, quæ historiæ sacræ, historici ecclesiastici pueriliter adjecerunt. Narrant Clemens, Eusebius, Dorotheus, Cepham à Paulo Antiochiæ reprehensû, non fuisse Petrum Apostolum, sed alium ejusdem nominis qui fuit unus de 70. discipulis: quod nonne quæso apertè falsum? Narrat Clemens ex prædecessorum suorum relatione antiqua, & Eusebius rem memoria dignum iudicat: quod Iacobi carnifex ab eodem mirabiliter conversus sit: quod numnam quæso verisimile? Apud Eusebium, Philippus Apostolus & Philippus Evangelista ab antiquis confusi, ac si unus essent. Iohannes verò Apostolus, & Iohannes Senior divisi sunt ac si duo essent: quod nonne quæso puerile? Sed quoniam infinitum esset reliqua absque methddo persequi: insistam Cæsaris Baronij vestigijs, ad quem etiam brevitatis causa remitto lectorem. Consulat igitur Annales illos, in quibus in unum congesta videat, quæ pueriliter tradiderunt Patres, de vitæ continentia in Maria virgine p. 63. de summo pontificatu Zachariæ, p. 64. de illius inter porticum & altare occisione p. 66. de Christi natali p.64. de baptismi anno p. 65. & 68. de Magis & eorum Angelo p. 65. de arbore se coram Christo incurvante, dum fugeret in Ægiptum p. 66. de infantia Christi p. 67. de Iohan. Baptis. spelunca, locustis, monachatu p. 67. 68. de tribus Marijs confusis in unam p. 610. de lapide quo Stephanus lapidatus est, p. 615. de loco ubi natus Paulus p.618. de fonte Siloæ ad preces Esaiæ erumpente p. 625. de nominibus 70. discipulorum p. 625. de Iohanne spoliato syndone pag. 626. de interitu Iudæ p. 626. de columna ad quam Christus flagillatus p. 627. de palma p. 627. de spinea corona p. 627. de Calvaria à cranio Adami ibi sepulto denominata p. 627. de Golgotha quasi medio terræ p. 627. de terra Golgothæ miracula edente, & cruce non diminuta p. 627. de anno passionis p. 628. de Christo resurgente, primùm conspecto à Maria p. 628. de persecutione Iosephi Aramatheę, & miraculo fontis Emauntis, quod Christus in eo lavasset pedes p. 628. de impressis vestigijs Christi in monte Oliveti p. 631. de gestis Pauli & Teclæ, multisq; alijs, quæ me piget (præsertim lassum & defatigatum) commemorare. Hij nempe patres sunt, quibus fidem non adhibere impudentia extrema Downamo videtur: quum in hujusmodi fabulosis, aut saltem incertissimis (de quibus & Episcopatus Hierarchicus est) censere eis adhibendam fidem esse, res sacrilegij est. Quod si verò in his finem denegari illis posse dixerit, in Hierarchia non item: præterquam quod propositio illius generalis est, Impudentiæ nempe & audaciæ esse,

Eusebius lib. 1. c. 13.

L. 2. c. 9.

Lib. 4. c. 35.

magnam profectò eorum esse classem intelliges, qui absque delectu perceperant aniles fabulas. Ita Franciscus Guicciardinus in Paralipomenis: *Sæpè profundis tenebris res antiquæ demersæ iacent*: quod si de Sylvestri ætate verum, de qua loquitur, quantò magis de antiquissimæ Ecclesiæ ultimis primordijs? Quid Eusebius ipse? *Res ipsa hæc iam in exordio expetit ut mihi ignoscatur. Confiteor namq; maius esse viribus nostris, absolutumque & incomprehensibile quod pollicemur ac profitemur. Nam & primi nos argumentum hoc jam aggressi, velut desertam quandam & insolitam viam ingredi conamur-- ubi nusquam nobis nuda eorum hominum vestigia deprehendere licet, qui eandem hanc sint ante nos viam ingressi, nisi exiguas duntaxat occasiones.* Prodeat in medium Ioh. Reynoldus, Eusebium omnium Historicorum principem agnoscit alibi & merito: quis enim non agnosceret: quum eum tamen allegasset & commendasset Ioh. Hartus: respondet [Eusebium (ut historici cæteri) errori subjectum esse. Quod eò citius persuasum esse debet, quod Papa Gelasius in Concilio 70, Episcoporum, ejus historiam ut improbatam condemnarit, Dist. 15. c. 3. Hanc reprobationem tanquam justam comprobat Canus, & rationes profert: nempe propter narrationem Epistolæ Christi ad Agbarum lib. 1. cap. 14. & illius ex Clemente Alexandrino multarum rerum transcriptionem lib. 1. cap. 1. & sic deinceps passim, cum & illa fabula & huius opera à Concilio improbata sint.] Richardus Fyldus initia Ecclesiæ adeo obscura sentit, ut approbet Lindani illud: *Quædam officia in Primitiva Ecclesia fuisse, quæ iam ignota sunt.* Loquitur de alijs fateor: sed de officio Seniorum verissime hoc dici potest: quod in Ecclesia prima notum, deinde in desuetudinem abijt, ac si nunquam extitisset. Qui vero propter desuetudinem Seniores agnoscere non potuerunt: potuerunt è contra propter invectam Episcoporum alienam consuetudinem, persuasum habere, eiusmodi munus quod suis seculis invaluerat, in prima Ecclesia extitisse. Concludo ex canone Toletano. *Longinquitate sæpe fit temporis, ut non pateat conditio originis.*

Monito. Pol. p. 46.

Proœm.

Coll. c. 6. d. 3

De Eccles. li. 5. cap. 25.

Decr. p. 2. c. 12. q. 2. cap. 64.

CAP. XXVII.

Argumentum nostrum quintum, ab exili principio narrationum historicarum.

De Veland. Virg. c. 1.

QVod ita describit Tertullianus: *Veritati nemo præscribere potest, non spatiũ temporũ, non patrocinia personarum, non privilegium nationum. Ex his enim ferè consuetudo initium, ab aliqua ignorantia aut simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur; & ità adversus veritatem vindicatur.* Multus est Downamus in exaggeranda Reformatorum impudentia, qui unanimi Historicorum consensui, fidem negari posse credunt. Cur non stomachatur in Tertullianum etiam? qui hujusmodi consensum veritati præscribere non posse putat;

rat: *Præsertim cum exordium ab ignorantia & simplicitate sortitæ consuetudines multæ, per usum successione corroboratum, unanimem consensum istum adeptæ sint.* Ex hac Hypothesi disputamus adversus Downamum, verbis Sutclivij Hierarchici, qui ita Downamo gregali suo contradicit.

1. *Author huius narrationis de certamine Petri cum Simone Mago fuit Clemens nescio quis: Nec obstat quod hanc eandem narrationem postea aliquot authores fide digni habeant: omnes enim ab uno fonte acceperunt: & solent nonnunquam fabulosa, apud bonos alioqui authores reperiri.* De Pont. l. 2 c. 11. p. 149

2 Probat Hartus, monachos Apostolorum temporibus fuisse, quia Philo Iudæus de monachis scripsit, ut narrat Eusebius, l. 2. 17. Respondet Reynoldus non de monachis Christianis, sed de Essenis monachis Iudæis scripsisse Philonem: Eusebium verò hallucinatum fuisse quem Epiphanius, Hieronymus, Cassianus, alijq; patres sequuti, in præcipitium acti sunt. Cur non exclamat Downamus in nostrorum impudentiam, quod unanimi patrum consensui, in materia facti, quod ad monachos, refragentur? Vide etenim quam omnia conveniant. *Testatur unaminis consensus Historicorum, Episcopos Hierarchicos Apostolorum temporibus fuisse.* Sic Downamus: *Testatur Eusebius, & reliqui assentiuntur, monachos Apostolorum Temporibus fuisse, sub Caio imperatore, eo etenim tempore Philo vixit, qui de monachis Christianis scripsit*: Sic Hartus: Ecqua in istis ratiocinijs differentia? Sed & productum quiddam de Hieronymo, hic minimè præterendum est. Notum est quàm tumidis buccis venditetur ab Hierarchicis locus ille Hieronymi, de Episcopis à Marco Alexandriæ electis, &c. Responderi a nostris assolet, a Marco, exclusiuè intelligendum, quod a Bancrofto deridetur immeritò. Sed quid si inclusive intelligatur Hieronymus, sic ut sub Marco Episcopos floruisse putet? Nec etenim magis Hierarchicos hoc juvaret, atque Hartum adjuvit, quòd ex Philone & Eusebio, Monachos sub Marco (id enim verbis disertis asserit) Alexandriæ floruisse dixerit. Qui monachos falso asseruit sub Marco Alexandriæ fuisse, nonne etiam Episcopos sub Marco fuisse Alexandriæ, opinari potuit falso? Certè vel hęc una secunda instantia aperte evincit: argumentum nullum duci posse ab unanimi Historicorum consensu in materia facti, quando de seculis antecedentibus, nominatim vero Apostolicis temporibus testificatur.

coll. c. 8. d. 2

Cas. præf. 22

Catal. vir. ro. i'lustr. in Phil.

3 Iustantia nostra tertia, de Petri Episcopatu erit: consentiunt etenim Patres omnes ne uno quidem contradicente, Petrum Apostolorum Romanæ Ecclesiæ fuisse Episcopum, De hoc ita Downamus: *Petrum Romæ Episcopum fuisse, ne ipse refutator credit.* Idipsum ni fallor (his etenim verbis insinuatur) & Downamus ipse credit: quo igitur evanuerunt soliti clamores illi de impudentia, audacia, novitate, superbia, quando patribus consentientibus in materia facti non adhibetur fides? Lib. 3. cap. 3. pag. 57.

4 Instantia

Dist.50.cap. sanct.Dom. *tius teneatur cujus antiquior & prior extat authoritas.* Iugulat hoc inquies Synodos vestras reformatas, de mutata disciplina. Nequaquam verò: cum seculis medijs de quibus loquitur Isidorus, hęc nostra tempora longe pręcellant, ut suprà demonstratum est: & Synodos antiquissimas quarum ille authoritatem præfert, adversus nostram disciplinam facere, probari non possit.

3 Quartò, *Pudet me* inquit Hadrianus Saravia, *quum antiqua Concilia, Canones antiqui, à Calvino & Beza in re disciplinaria rupti & violati sint.* Quos tu Conones antiquos memoras? Scripsit Iohannes Lydius Francofurtensis in librum Prateoli de Conciliis: is Pag.10. ita habet. *Extat Tomo secundo conciliorum, Anonimi cujusdam qui vixit anno* 1198. *scriptum quoddam, quod appellatur Opusculum Tripartitum: ubi inveni sententiam memorabilem, quam hic adscribam: Concilia antiqua* (inquit) *& etiam posteriora vix inveniuntur. cap.* 10. Verum hoc imprimis de conciliis primis, quę antè Nicęnum celebrata sunt: quæ si extarent, major fortasse de Conciliis antiquissimis ruptis, conquerendi occasio penes reformatos esset, quàm è contrà. Sed extant nonnulla inquies: At de horum Canonibus conqueri non datur, cum de Episcopali superioritate, canones nullos ediderunt. Liceat igitur Guilielmi Whitakeri illa reponere: [Quo quodq; concilium antiquius eò sanctius & sincerius fuit, ut aqua quò propior fonti eò purior & dulcior. Paulatim irrepserunt pravæ opiniones. Ante Constantinum Magnum, provincialia tantum quædam concilia habemus, in quibus nihil de primatu Romani Pontificis sancitum est (*sic nec de majoritate Episcopali.*) At ego pluris ejusmodi unum concilium facio, quàm quodvis eorum, quæ postea secuta sunt. Nam sæviente persecutione, Episcopi de Ecclesia & religione magis soliciti erant, eâ verò sublata mox ambitio invasit ecclesiam.] Hinc

cont.4.q.4. c.2.s.2. illa quærela Nazianzeni: [Equidem ut verè quod res est scribam, prorsus decrevi fugere omnem Conventum Episcoporum. Nullius enim Concilij bonum exitum unquam vidi. Concilia enim non minuunt mala sed augent potius.] Male tractatur hoc nomine à Bibliorum interpretibus nostris Nazianzenus: qui in omnium Conciliorum derogationem, hæc illius redundare putare videntur. Atque recte adfert ista Bilsonus, adversus omnium cujusque ætatis Conciliorum infallibilitatem, idque ratione additâ, *quia major pars sæpe meliorem vincit.* Eadem & Ioh. Iuellus habet adversus Hardingum: & Ioh. Whitus Hierarchicus. Thomas Bilsonus alibi, & Richardus Fyldus, ad turbulenta tempora sua hæc verba Nazianzeni restringunt: qui tamen de hoc tempore, haud minus quam reliqui eum justificant. De illis suis temporibus portò adjicit Whitus ex Vincentio Lyrinensi advers. profan. novitat. cap.4. *Ecclesiam sæva contagione commaculatam esse.* Quid igitur est? Concilia ante Nicænum pro se adferre Hierarchici nequeunt: quæ vero ex Concilijs Nicænum subsequentibus adferri solent testimonia, nullius momenti & ponderis sunt.

Epist.55.ad Proco.

In præf.

Cont. Apol. p.2.p.270.

Defens, Apol. p.6 c.3.d.2

De eccles.15. p.82.

De perpet. Gubern.

Digitized by Google

ſunt. Inſiſtunt verò in his Concilijs quarti & quinti ſeculi præcipuè *De eccl. l.*
Hierarchici: cujus quidem prævaricationis, modeſtos puduiſſe opor- *5. c. 43.*
tuit. Quale etenim quæſo hoc argumentum eſt? Concilia quædam quæ poſt invaleſcentem Epiſcoporum ambitionem, poſt corruptam diſciplinam, poſt contentiones invectas, ad concilij cujuſque exitum bonum impediendum, majoritatem Epiſcopalem approbant, ergò ea ſancta & legitima eſt?

4 Sed de ipſo Nicæno Concilio hæc accipere, abſurdum & ridiculum Bancrofto videtur: à quo, quid non audit Tho. Cartwrightus; cum ab eo exemplar politeias eccleſiaſticæ tutò peti poſſe diffitere-
tur? Durum tamen inquies quod ibidem in Beza ſuggillat, Nicęnum C. 27 p. 343
concilium, ſedem meretricis qua ſuper montes ſeptem ſedet, præparaſſe. Atqui ex canone hujus concilij ſexto hoc liquidò conſtat, quo Romanus Epiſcopus Patriarcha conſtituitur, quæ illius prærogativa labem primam dedit: quum referente Ænea Sylvio, *parvus ante reſpectus ad Romanam Eccleſiam haberetur*. Quò minorem rationem ha-
buit Bancroftus, concilium Nicænum magnificè prędicare, *Colluvi-* *c. 2. p. 36.*
em verò Genevenſem (ita enim appellat) *in qua diſciplina primo reformata fuit, præ eo contemnere*: in concione etiam ſua ad crucem Paulinam nobis monſtri loco obijcere, quod regnum Chriſti hoc in concilio labefactatum ſentiamus, in quo divina illius maieſtas tam ſincerè ſtabiliebatur.

Primò, concilium Hieroſolymitanum Nicęno pręponendum dicimus. Pręſertim cum ab eo concilio alia (ut rectè Whitakerus) formam ſuam ſumere debeant: id quod Mortonus Hierarchicus vel ipſo Bellarmino probat. Sequitur verò Synodum Hieroſolymitanum concilium Nicęnum? illius morem imitatur? Qui id fieri poteſt? cum morem antiquum in ſtabilienda Hierarchia ſecuta ſit Nicæna ſynodus: in concilio verò Hieroſolymitano mori nihil datum ſit (ſicut nihil omnino dandum) ſed ex ſcripturis ejſque ſolis ſancitum ſit. Probat hoc vel ex ipſis papiſtarum ſcriptoribus Thomas
Mortonus ipſe ſcriptor Hierarchicus. Act. 15. 15. *Huic dicto Petri* *Apol. p. 2. li.*
concordant verba Prophetarum ſicut ſcriptum &c. Colligunt ex his ver- *4. c. 19.*
bis Caietanus, Montanus, Canus, Ferus, non auſos fuiſſe ipſos Apoſtolos quicquam à ſe ſe definire, ſed ex varijs ſcripturarum locis diſputationem primum inſtituiſſe, & ad poſtremum iuxta allegata earundem teſtimonia rem totam definiviſſe. At nihil hujuſmodi à Nicęno concilio, in Hierarchia ſtabilienda obſervatum. mos humanus, non lex divina conſeſſui huic ſe teſtante cynoſuræ loco fuit: non dicunt ſcripturæ obtineant, ſed τα ἀρχαια.

5 Secundò, quod pro Hierarchia adfert Bancroftus ex concilio Nicęno: id ab ipſa ſcriptura quaſi nominatim condemnatur. Quanquam etenim reſpectu eorum quæ adverſus hœreſim Arianam fecerit, illius fumus inſtar ſuffitus aſcendiſſe dicitur Ap. 8. 4. reſpectu tamen Hierarchiæ minimè leviter accuſatur, quòd montem arden-

Google

tem igni projecerit in Ecclesiam, Ap. 8. 8. & bestia cum ex mari id est corrupta doctrina ac disciplina ascendisse dicitur Ap. 12. 1. id in relatione dicitur ad corruptas Nicæni concilij de disciplina sanctiones: nam quòd tum primo in fundamento suo bestia conspicua facta sit, supra demonstratum est. Quid quod tubæ Apoc. 8.6. in ipso Nicæno concilio clanxisse dicantur, vel saltem Angeli se pręparasse ad clangendum quia ipsa tum mala, initio conspicua, & in eo quasi tubâ promulgata sunt?

Tertiò, prunæ ardentes ex altari concilij Nicęni in terram conjectæ fuisse dicuntur Ap. 8. 5. propterea quod turbas multas hoc concilium dederit in hominibus terrestribus, sic ut malum remedio creverit. At sic & ipsæ inquies scripturæ sacræ, ut nunc dierum Evangelium, per abusum hominum terrestrium turbas multas dare solet, absq; ullo peccato suo. At dispar est ratio : Concilium etenim Nicænum contentiosos Episcopos, facultate potentiaq; armavit ad nocendum : & per majoritatem quam eis concessit, eorum animus superbire, imò & ebullire cæpit, ad Ecclesiam perturbandam. Verum igitur & in Nicæno concilio est quod Nazianzenus de reliquis ejusdem seculi, dixit, *nullum* nempe *eorum fœlicem exitum se vidisse*, ut discant mortales fidem suam in scripturâ solâ fundare, nullam autem hominnum quamvis sanctorum congregatam multitudinem supra modum venerari.

6 Quartò, cur adeo mirum Bancrofto videtur, Nicænum concilium errare potuisse in suo Hierarchico canone? Quia piè statuit scilicet, de divina natura Christi contra Arianos. Quasi adeo rarum sit ut benè de quibusdam sentientes homines, in alijs tamen errent? Non ego canonem quem adversus Miletium habet, urgebo: licet eum nostri contra pontificios urgere passim soleant : solis eis instantijs contentus ero, quæ apud ipsos Hierarchicos reperiuntur. Citat enim Io. Whitgiftus Ambrosium, lib. 10. epist. 82. quod in concilio Necæno contra Bigamiam clericorum sancitum sit : & Hieronymum, quod idem librum Iudith inter sacras scripturas, commemoravit. Hæc si sunt vera, erroribus alijs, præterquam Hirarchicis laboravit hoc concilium : de quo insuper non est alienum à proposito considerare, quod habet Socrates : *Visum erat Episcopis legem novam in Ecclesiam introducere, ut qui essent sacris initiati (sicut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi) cum uxoribus, quas; cum erant laici in matrimonium duxissent, minimè dormirent.* Restitum quidem huic decreto est à Paphnutio, sed à Paphnutio solo : & quanquam uxores non ademptæ, quibus dum erant laici nupserant : in hoc tamen aqua hæsit, ut post sacram initiationem uxores ducere pro hiberentur. His perpensis, quomodo quæso absque periculo, fides concilio tam prono ad errorem niti potest?

Tract. 8. c. 2. d 21.

Lib. 1. c. 8.

Quintò, concilium Nicænum pro Hierarchia Anglicana nihil fecit: ascribitur etenim can. 9. Hierarchia mori antiquo: at Hierarchia Anglicana divino jure se tuetur. Sanare hoc vulnus videtur Downamus

ex

Digitized by Google

ex eo, quòd concilium Nicænum in his verbis *mos antiquus obtineat*, de Patriarchis tantummodo loquatur, quos in hoc canone dicit jure humano & positivo introductos. At contrà Lous. *Synodus Nicæna Metropolitanos* (nō Patriarchas modo) *antiquissimos dicit*. Contra Thomas Bilsonus. *Primatus Meteopolitani ex consuetudine erat, ut testatur concilium Nicænum*. Contra denique Iohannes Whitgiftus, qui fuse disputat & metropolitanum & patriarcham ab initio eosdem, & metropolitanum non patriarcham modo in Concilio Nicæno stabilitum, id quod probat productis in medium testimonijs varijs, nempè ex Iohanne Calvino, Flaccio Illyrico, Iohanne Foxo, & Francisco Villiero.

Lib. 4.

Quartimo pa. 145.

Cont. Apol. 233, 234.

7 Sextò, nudam concilij Nicæni authoritatem nemimem adstringere, apud omnes nostrates Guilielmum Whitakerum, Ioh. Reynoldum, Tho. Bilsonum, Tho. Mortonum, Ioh. Iuellum cæterosque adversus papistas & Iesuitas exploratissimum dogma est. Probant ex Augustino. *Nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminense, tanquam præjudicaturus proferre concilium. Nec ego huius authoritate, nec tu illius detineris. Scripturarum authoritatibus, utriusque communibus testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione concertet*, Quod de præjudicio dicit, habetur & apud Ambrosium etiam qui ne fidem quidem Nicænam urgendam putavit contra Arianos: nè videatur perversitas, non examinata, sed prejudicata damnari.

Tractat. 8. c. 2. d. 21.

Cont. Max. l. 3. c. 14.

Septimò & ultimò, considerandum prudenti lectori est, annon verisimilia sint, quæ Iohannes Lydius Francofurtensis, de Nicænorum canonum (qui jam extant) incertitudine in medium profert. *Canonum numerus incertus apud authores est: & mirum est exemplaria huius concilij, inter se tantum differre, ut nesciant cui sit fidendum. Dicit opusculum tripartitum c. 10. Antiqua concilia, & etiam posteriora, non inveniuntur. -- Acta bujus Synodi etsi hodie græcè extent, tamen accuratissimè scripta, iniuria temporis, & Arianorum conatibus, cum Baronio, perijsse credo. Nam hæc quæ habemus nimis frigida sunt: nec sapiunt Athanasium, Hosium, Paphnutium, aliosque qui concilio interfuere.* Hæc de fundamento Hierarchico septimo, nempe Conciliorum authoritate.

De fid. cont. Arian. c. 4.

In prat. col. de concil. p. 10. 11. 12.

CAP. XX. II.

Octavum Hierarchicum fundamentum nempe fides historiæ ecclesiasticæ tollitur.

Sequitur octavum, similiter papisticum, nempe fides historiæ ecclesiasticæ: idem etenim sentiunt Hierarchici cum Cano: cujus hæc positio est. *Illud pro certo accipiendum, quod omnium gravium & probatorum historicorum testimonio confirmatur.* Richardus Feildus ita. *Clarum est ex testimonijs antiquitatis, Petrum, Iacobum maiorem, & Iohannem, Iacobum Episcopum Hierosolymitarum ordinasse. Sic Anacletus*

De Eccles. l. 5 c. 23.

tus Epistoli secunda si quæ ei fides adhibenda sit: sic Clemens Alexandrinus apud Eusebium, sic Hieronymus de viris illustribus. Hic ego cujusque æqui in ipso initio conscientiam appello. Fabulâ istâ nihil ineptius fingi potest: vt ipsa clamat, & suo loco demonstrabitur. Non est igitur quod Hierarchicorum vociferationibus commoveamur cum rem claram esse clamant, ex historicorum veterum consensu, Episcopos Hierarchicos in prima Ecclesia extitisse: cum eorum moderatissimo, ex eisdem clarum sit etiam Iacobum Apostolum Episcopum fuisse, idque ex ordinatione novâ: quo nihil potest dici falsius. Sed audiatur omnium vehementissimus Georgius Downamus.

[Quęstio est (*inquit*) de materia facti, in qua fides patribus deneganda non est. Nonnè vnanimi consensu testatur omnis antiquitas, episcopos primitivæ ecclesiæ, reliquis ministris gradu superiores fuisse, & ecquis nostrum eum frontem gerit, ut id denegare ausit?]

Li.3.c.2.p.23. *Rursus* [Communi consensu antiquissimorum & probatissimorum scriptorum probatur Titum & Timotheum episcopos fuisse: quorum refutatoris negatio si æqua lance ponderetur, næ ipsa vanitate vanior reperietur]

Li.3.c.3.p.59. *Iterum* [Neminem nisi episcopum ordinare potuisse, generalis omnium patrum consensus est: quorum vel unius authoritas, in materia facti, totam disciplinariorum rationem deprimere debet]

Li.3.c.4.p.83. *Postremo* [Acta Apostolorum quæ post Lucæ historiam perpetrata sunt, memoriæ prodita sunt partim ab Hegesippo & Clemente, & alijs antiquis authoribus, qui testantur Paulum, Timotheum Ephesi, Titum Cretæ Episcopos ordinasse, & quod ipse alijque Apostoli episcopos alios locis alijs instituerint.

Li,4.c.4.p.9.)1. Quorum testimonia quicunque fidem adhibere abnuit: ipse fidem nullam meretur.] Videre hinc est, quænam præcipua Hierarchicorum anchora sit: & quo argumento claram suam sententiam esse comprobare soleant: ex irrefragabili nempè antiquorum scriptorum in materia facti authoritate. Hanc cum perinde urgeant papistæ in quæstione de Petri ad

Cont.4.q 3.c.1. Romam adventu: perinde etiam illis respondere habemus, quod his respondet Guilm. Whitakerus. [Quod aliqui impudentiæ nos accusant, quòd rem tam certam & claram in quæstionem vocemus: ego non modo nihil clarum & certum video, sed omnia potius dubia & obscura.]

CAP. XXIII.

Argumentum nostrum primum a sola scripturæ Authentica authoritate.

VEniamus ad argumenta. Argumentum nostrum primum à scripturæ authoritate ducitur, quæ sola in materijs facti, haud secus atque in rebus fidei, nos solos certos reddit. Perspectum commentario hoc, qui in Genesim librum historicum scribens de historia etiam sacra hoc affirmat. [Solis scripturis reservata est hæc authoritas

authoritas, ut ideo id ita esse credamus, quia ita scripserunt.] Si solis scripturis hæc authoritas reservetur, contumeliosior in scripturas Papistis ipsis Downamus, qui hanc authoritatem patribus communem facit, dum credendum esse contendit Hierarchicos Episcopos in Ecclesijs primis fuisse, quia ita illi scripserunt. At parum fortè fide dignus Cajetanus: sciendum igitur Tho. Mortonum hanc illius sententiam & citare & approbare: sic ut hac in re Hierarchicum ab Hierarchico confutatum habeamus. Ita Ioh. Turrecremata. [Nihil asserendum est de divinis, nisi quod divinarum scripturarum testimonio & ratione probari potest, ut Hieronymus & Augustinus scribunt.] Hæc in materia facti adfert Whitakerus & approbat ita. [Rectè. Vtinam id ipsum omnes papistæ perpetuò tenerent: facilius certè omnes controversiæ inter nos dirimerentur.] Producit Ioh. Reynoldus de Eusebio & historicis reliquis hoc testimonium Can. li. 1 1. c. 6. [Præter authores sacros, nullus historicus certus esse potest, & idoneus ad faciendam certam in Theologia fidem,] quod adeo à se evidens & apparens esse dicit, ut suis probationibus confirmari opus non habeat. Tantùm Flavij Vopisci in vita Aureliani, verum & lepidum dictum citat: qui historiam scribere aggrediens, eò se id confidentius facere dicit, quia in mentiendo comites habiturus erat: cum nullum historicum sciverit, qui non in aliquo mentitus sit. Quod si hoc autem (inquit Reynoldus) omnibus historicis acciderit, exceptis eis qui scripturas exararunt, qui per Spiritum Dei non hominis scripserunt: tum Eusebius quoque quanquam historicus bonus, eidem vitio subiectus esse potuit.] Approbat ista Henricus Parçus Episcopus Glocestrensis in sua versione Reynoldiana. Onuphrius Patavinus, de Petri adventu ad Romam agens, vsus est argumento negativo ex Actis Apostolorum. Huic ita occurrit Baronius, *Argumentatio* inquit, *Nouatoribus peculiaris, qui in receptu habent, ut negent, quicquid in scripturis non habetur expressum. Sed Lucas multa prætermisit &c.* Quorsum hæc inquis? Nempè ut intelligatur communem protestantium opinionem hanc esse, historiam perfectam in sacris haberi, sic ut necessariò credendum non sit, quod in eisdem non habetur traditum. Malè igitur Causaubonus, & contrà reliquorum communem sententiam, cum ita Peronio postulanti ut antiquitas ad tempora usque Martini extenderetur, ita responderet. *Hoc postulatum parum illis* (reformatis) *æquum videbitur, qui universam Ecclesiæ primitivæ historiam, Actuum Apostolicorum divino illo quidem, sed tamen vnico libello volunt contineri. Ab horum sententia longè abest æquissimus prudentissimusque Rex qui in epistola monitoria sua, quanti faceret patres etiam quarti aut quinti seculi ingenuè declaravit.* Peiùs verò multò Downamus, qui Egesippum, Clementem, & alios scriptores antiquos accersendos existimat, ut ita historia Lucæ, ubi desijt, continueretur. At si non historiam perfectam liber Actorum continet, minime tamen ad patres quarti aut quinti seculi. Certè hac repudiata, incertas patrum narra-

Apolog. p. 2. lib. 2. c. 20.

Cllat. c. 6. D. 3.

Tom. 1. p. 272.

P. 26.

narrationes consectari, non modo ridiculum, sed & impium esset. Atque certè miror Downamo non venisse in mentem, continuatorem sancti Lucæ Apostolum Iohannem potiorē esse, quàm patrum quenquam, quanquam maximè genuinum. Annon historia Apocalypsis est? Quid igitur sibi illa volunt, c. 4. v. 1. Ascende hûc & ostendam tibi quæ oportet fieri posthac? Annon historia perfecta etiam? Quid igitur illud sibi vult, c. 5. v. 1. quod hîc liber intus & à tergo scriptus dicatur? Annon ostendunt hæc, hunc eundem plenè perfecteque exaratum? Adde quod c. 10. v. 7. Pertingat hujus libri historia, *usque ad consummationem mysterij Dei, sicut annunciavit servis suis prophetis*. At obscurior fortè Apocalypsis, quàm ut loco historiæ servire possit. Quorsum igitur illa tam magnifica reseratio sigillorum, quæ tantis laudibus piorum celebratur c. 5. v. 8. Quorsum mandatum, *Ne obsignaveris verba prophetiæ libri hujus: tempus enim prope est, c. 22. v. 10*. Quorsum denique promissio? *Beatus qui legit, & beati qui audiunt verba prophetiæ libri huius, & observant ea, quæ in ea scripta sunt: tempus enim propè est, c. 1. v. 3*. Non igitur historiam tantam sacram habemus, sed & in sacris historiam perfectam; sic ut ad patres in materia facti divertere ad fidem faciendam in re aliqua Theologica controversa, loco sacrilegij sit. Num hæc mea sententia sola est? Annon Hierarchici prudentiores idem planè sentiunt? Audiatur primò Richardus Feyldus, *Quis non plane videt*, inquit, *Evangelistas historiam de*

De Eccles. l. 4. c. 20. *morte & vita Christi memoriæ tradentes, sanctum Lucam in Actis Apostolorum, Ecclesias ab Apostolis institutas narrantem, sanctum Iohannem revelationem quam vidit scribentem, intendisse, ut perfectam doctrinæ Christianæ summam plenamque fidei directionem traderent, de futuro rerum sta-*

Cont. Ber. c. 24. p. 136. *tu, usque ad consummationem seculi*. Audiatur deinde Hadrianus Saravia. *Quis*, inquit, *ecclesiæ status fuerit, & quam tradiderint rationem gubernandæ ecclesiæ Apostoli, nemo docere potest: nisi ex sacris literis & Apostolorum temporibus*. Audiatur postremò Matheus Sutclivius, quem ego Iohanni Whitgifto oppono. Contendit ille, Anabaptisticum esse in materia facti, à scriptura, negativè argumentari. At

De pontif. li. 2. c. 9. p. 131 contrà Sutclivius: disputans etenim contra Petri ad Romam adventum, ita arguit. *Probatur sententia nostra primò, quia nusquam ex scripturis probatur. Nihil eius scripsit in epistolis suis Petrus, nihil Paulus, nihil quires Apostolorum gestas diligenter & accuratè persequutus est Lu-*

P. 134, 135. *cas*. Rursus. *Respondet Bellarminus, non valere argumentum ab authoritate negativè. Primo per argumentum ab authoritate sacræ scripturæ validè valet. Ex scripturis non probatur, ergò non est dogma fidei, Ita argumentatur Apostolus, ita etiam argumentantur Patres, idque necessariò sequitur, quia scriptura est canon fidei, & nihil est nunc necessariò credendum extrà scripturas*. Ita conficitur, in materia facti, historicos nullos nisi sacros, aut fidem facere; aut ad fidem obligare.

CAP.

CAP. XXIIII.

Secundum nostrum Argumentum à frivolis & incredibilibus Historicorum additamentis.

Argumentum nostrum secundum, à frivolis illis & incredibilibus additamentis derivatur, quæ historiæ sacræ, historici ecclesiastici pueriliter adjecerunt. Narrant Clemens, Eusebius, Dorotheus, Cepham à Paulo Antiochiæ reprehensũ, non fuisse Petrum Apostolum, sed alium ejusdem nominis qui fuit unus de 70. discipulis: quod nonne quæso apertè falsum? Narrat Clemens ex prædecessorum suorum relatione antiqua, & Eusebius rem memoria dignum iudicat: quod Iacobi carnifex ab eodem mirabiliter conversus sit: quod numnam quæso verisimile? Apud Eusebium, Philippus Apostolus & Philippus Evangelista ab antiquis confusi, ac si unus essent. Iohannes verò Apostolus, & Iohannes Senior divisi sunt ac si duo essent: quod nonne quæso puerile? Sed quoniam infinitum esset reliqua absque methddo persequi: insistam Cæsaris Baronij vestigijs, ad quem etiam brevitatis causa remitto lectorem. Consulat igitur Annales illos, in quibus in unum congesta videat, quæ pueriliter tradiderunt Patres, de vitæ continentia in Maria virgine p. 63. de summo pontificatu Zachariæ, p. 64. de illius inter porticum & altare occisione p. 66. de Christi natali p. 64. de baptismi anno p. 65. & 68. de Magis & eorum Angelo p. 65. de arbore se coram Christo incurvante, dum fugeret in Ægiptum p. 66. de infantia Christi p. 67. de Iohan. Baptis. spelunca, locustis, monachatu p. 67. 68. de tribus Marijs confusis in unam p. 610. de lapide quo Stephanus lapidatus est, p. 615. de loco ubi natus Paulus p. 618. de fonte Siloæ ad preces Esaiæ erumpente p. 625. de nominibus 70. discipulorum p. 625. de Iohanne spoliato syndone pag. 626. de interitu Iudæ p. 626. de columna ad quam Christus flagillatus p. 627. de palma p. 627. de spinea corona p. 627. de Calvaria à cranio Adami ibi sepulto denominata p. 627. de Golgotha quasi medio terræ p. 627. de terra Golgothæ miracula edente, & cruce non diminuta p. 627. de anno passionis p. 628. de Christo resurgente, primùm conspecto à Maria p. 628. de persecutione Iosephi Aramatheę, & miraculo fontis Emauntis, quod Christus in eo lavasset pedes p. 628. de impressis vestigijs Christi in monte Oliveti p. 631. de gestis Pauli & Teclæ, multisq; alijs, quæ me piget (præsertim lassum & defatigatum) commemorare. Hij nempe patres sunt, quibus fidem non adhibere impudentia extrema Downamo videtur: quum in hujusmodi fabulosis, aut saltem incertissimis (de quibus & Episcopatus Hierarchicus est) censere eis adhibendam fidem esse, res sacrilegij est. Quod si verò in his finem denegari illis posse dixerit, in Hierarchia non item: præterquam quod propositio illius generalis est, Impudentiæ nempe & audaciæ esse,

Eusfeb. lib. 1. c. 13.

L. 2. c. 9.

Lib. 4. c. 35.

patribus in materia facti minimè credere: regere mihi in promptu est, Sutclivij illud. *Multa de Paulo & Tecla & alijs Apostolis & sanctis hominibus narrantur fabulosa, quibus nemo necessariò tenetur credere---Si verum hoc— cur non & reliquis Clementis narrationibus fides adhibeatur?* Aposita hæc responsio est: docet etenim ad alliciendam Downamiani argumenti vim satis esse, quod multa alia apud historicos fabulosa sint, quibus si minimè credendum est, cur quæso in causa Hierarchiæ fides illis necessario, sub peccato impudentiæ, adjungenda?

De ponti. l. 2 c. 11. p. 148

CAP. XXV.

Argumentum III. à fidei natura.

Tertium nostrum argumentum a fidei natura sumitur, quæ certiora fundamenta requirit, quàm quæ ab historicis Ecclesiasticis aut soleant, aut possint suppeditari. Meridithus Hanmerus Hierarchicus hanc de Historicis Ecclesiasticis censuram exercet. *Cum in his historijs quædam reperissem quæ melius fuisset non fuisse scripta: venit mihi in mentem illud Augustini. Divinitatis solius est non errare. Certus sum neminem ita* FATVVM, *ut antiquitate & authoritate harum historiarum niti velit ac si scripturæ sacræ essent: fides quædam historica est, si in historiam aliquam incideris minus probatam, penes authorem sit fides.* Quid igitur est? In quæstionibus Theologicis non tantum testimonia valent, ut fidem Christianam facere possint: quid igitur nobis in quæstione de Hierarchia cum historicis Ecclesiasticis negotij est: quum vel ipso Hierarchico teste fidem nullam nisi historicam quandam, & dubiam nobis ingenerare possunt. Indignatur absque causa R. Bancroftus, quod credere nolimus Episcopos Hierarchicos in Ecclesia prima extitisse: nos uno ictu abscindere dicit omnes scriptores Ecclesiasticos, qui nunc extant, quasi testes insufficientes earum rerum, quæ ante illorum tempora acciderunt. Quidni insufficientes quidem, utpote à quibus (vel ipso Hanmero teste) fides Christiana proficisci nequeat: non tamen penitus abscinduntur, quæ in causa Hierarchiæ repudiantur, cum constat alios fines aliosque usus varios, scriptam eorum historiam habere: quam ut de Episcopo Hierarchico testificentur. Ita Hadrianus Saravia. *De Apostolis quod adfert Beza credendum quantum verbo Dei & ex sacra historia probat: quæ ubi nos deficit ad Historias ecclesiasticas recurrere nemo prohibet: & quamvis scriptoribus illis humanitus quædam exciderunt, unde eorum scripta æqualem scriptis Apostolicis non possunt habere authoritatem: tamen tanquam fabulosa rejicienda non sunt.-- Qui à veritate quæ satis aliundè nota est discernere quæ fabulosa sunt nequeunt: historias cum fructu legendi non tenet rationem.*

In Epist. ad lector.

c. 27. p. 342 343.

Cont. Bez. c. 24. p. 260 261.

Primò, si ad historias recurrendum non sit nisi ubi historia sacra deficit: in quæstionibus Theologicis nunquam ad historias recurrendum

Digitized by Google

rendum omnino est, quia ad eas terminandas, historia sacra nusquam, nunquam, nullo modo deficit.

Secundo, credendum tantum historiæ sacræ Saravia dicit: non humanæ, quia quædam humanitus eisdem scriptoribus excidere solent.

Tertiò, falli eum dicit in legendis Historicis, cui veritas aliunde nota non est, ut vera à fabulosis queat discernere. Ita ad Scripturas nos solas reduxit, simulque causam aperuit Hierarchici erroris. Nempe non posse ejusdem patronos, vera in historijs discernere à fabulosis, quia veritas disciplinæ reformatæ aliunde eis à sacris scripturis nota non sit. Quod igitur Matheus Sutclivius de historia adventus Petri ad Romam agens respondet Papistis, *Ad testimonia patrum expedita est responsio, quæ fama acceperunt, narrant, sed dubia & incerta*: Quidni & Downamo respondere nobis licitum? Ad testimonia patrum expedita est responsio in materia facti ecclesiæ primæ, quæ famâ incertâ acceperunt, narrant (si quid de Episcopo Hierarchico narrent) sed dubia & incerta. Hæc dubia non patitur Whitakerus in quæstionibus Theologicis temerandis, locum aliquem habere: de sepulchris etenim Petri & Pauli quæ Romæ visuntur ita respondet, ad antiquorum historicorũ & testimonia & monumenta. *Nititur hoc totum fide humana, & ex historica veritate pendet: at fides & religio nostra certiori testimonio niti debet, nempe testimonio spiritus sancti.* De Pont. l. 2 c. 11. p. 150.

CAP. XXVI.

Argumentum IV, à rerum priscarum obscuritate.

ARgumentum nostrum quartum à rerum priscarum obscuritate sumitur. Ioh. Reynoldus Ecclesiæ priscæ sententiam ita cavillationibus & sophismatis obseptam dicit, ut similis sit Archimedis sepulchro, ad quod accedere Ciceroni non datum, nisi vepretis atque dumetis multis resectis: ad quod etiam cum accessit, nil nisi Epigramma exesis posterioribus partibus deprehendere potuit: ex quibus conjiceret monimentum illud Arichimedis esse. Idem nobis accidit in causa Hierarchiæ, non solum Hierarchicorum dumetis obsepta, verumetiam temporis longinquitate in ipsis Historicis Ecclesiasticis propemodum exesa. Patet hoc, ex hoc ipso Io. Reynoldo, qui in hanc sententiam, & citat & approbat Iosephum Scaligerum. *Cum delectu* (inquit) *Eusebij scripta legenda esse non dubitabit, quisquis illa attentius legit, quam ipse scripta veterum.* Adjungit deinde: *Veteres summi illi viri cum de incunabulis Christianismi scribunt, multa à veritate aliena pronunciarunt.* Non abludit Cæsar ipse Baronius, cujus ista verba sunt: *Maior ex nostris quam ex hæreticis superest labor, cum liceat ingenue fateri, quod nulla res in Ecclesia ita hactenus negligi visa sit, ac Ecclesiasticorum rerum narratio— Quod si posteriores historias consulas,* Cens. Prælect. 34. Prælect. 22. Præfat. p. 3.

Digitized by Google

magnam profectò eorum esse classem intelliges, qui absque delectu percepe-rant aniles fabulas. Ita Franciscus Guicciardinus in Paralipomenis : *Sæpè profundis tenebris res antiquæ demersæ iacent* : quod si de Sylvestri ætate verum, de qua loquitur, quantò magis de antiquissimæ Ecclesiæ ultimis primordijs? Quid Eusebius ipse? *Res ipsa hæc iam in exordio ex-petit ut mihi ignoscatur. Confiteor namq; maius esse viribus nostris, abso-lutumque & incomprehensibile quod pollicemur ac profitemur. Nam & primi nos argumentum hoc jam aggressi, velut desertam quandam & inusi-tatam viam ingredi conamur-- ubi nusquam nobis nuda eorum hominum vestigia deprehendere licet, qui eandem hanc sint ante nos viam ingressi, nisi exiguas duntaxat occasiones.* Prodeat in medium Ioh. Reynoldus, Euse-bium omnium Historicorum principem agnoscit alibi & merito : quis enim non agnosceret : quum eum tamen allegasset & commen-dasset Ioh. Hartus : respondet [Eusebium (ut historici cæteri) erro-ri subjectum esse. Quod eò citius persuasum esse debet, quod Papa Gelasius in Concilio 70, Episcoporum, ejus historiam ut improba-tam condemnarit, Dist. 15. c. 3. Hanc reprobationem tanquam ju-stam comprobat Canus, & rationes profert : nempe propter narra-tionem Epistolæ Christi ad Agbarum lib. 1. cap. 14. & illius ex Cle-mente Alexandrino multarum rerum transcriptionem lib. 1. cap. 1. & sic deinceps passim, cum & illa fabula & huius opera à Concilio im-probata sint.] Richardus Fyldus initia Ecclesiæ adeo obscura sentit, ut approbet Lindani illud : *Quædam officia in Primitiva Ecclesia fuisse, quæ iam ignota sunt.* Loquitur de alijs fateor : sed de officio Seniorum verissime hoc dici potest : quod in Ecclesia prima notum, deinde in desuetudinem abijt, ac si nunquam extitisset. Qui vero propter de-suetudinem Seniores agnoscere non potuerunt : potuerunt è contra propter invectam Episcoporum alienam consuetudinem, persuasum habere, eiusmodi munus quod suis seculis invaluerat, in in prima Ec-clesia extitisse. Concludo ex canone Toletano. *Longinquitate sæpe fit temporis, ut non pateat conditio originis.*

Monito. Pol. p. 46. — Proam. — Coll. c. 6. d. 3 — De Eccles. li. 5. cap. 25. — Decr. p. 2. c. 12. q. 2. cap. 64.

CAP. XXVII.

Argumentum nostrum quintum, ab exili principio narrationum historicarum.

De Veland. Virg. c. 1.

QVod ita describit Tertullianus : *Veritati nemo præscribere potest, non spatiū temporū, non patrocinia personarum, non privilegium na-tionum. Ex his enim ferè consuetudo initium, ab aliqua ignorantia aut simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur; & ità adver-sus veritatem vindicatur.* Multus est Downamus in exaggeranda Re-formatorum impudentia, qui unanimi Historicorum consensui, fi-dem negari posse credunt. Cur non stomachatur in Tertullianum e-tiam? qui hujusmodi consensum veritati præscribere non posse pu-tat ;

tat: *Præsertim cum exordium ab ignorantia & simplicitate sortitæ consuetudines multæ, per usum successione corroboratum, unanimem consensum istum adeptæ sint.* Ex hac Hypothesi disputamus adversus Downamum, verbis Sutclivij Hierarchici, qui ita Downamo gregali suo contradicit.

1. *Author huius narrationis de certamine Petri cum Simone Mago fuit Clemens nescio quis: Nec obstat quod hanc eandem narrationem postea aliquot authores fide digni habeant: omnes enim ab uno fonte acceperunt: & solent nonnunquam fabulosa, apud bonos alioqui authores reperiri.* De Pont. l. 2 c. 11. p. 149

2 Probat Hartus, monachos Apostolorum temporibus fuisse, quia Philo Iudæus de monachis scripsit, ut narrat Eusebius, l. 2. 17. Respondet Reynoldus non de monachis Christianis, sed de Essenis monachis Iudæis scripsisse Philonem: Eusebium verò hallucinatum fuisse quem Epiphanius, Hieronymus, Cassianus, alijq; patres sequuti, in præcipitium acti sunt. Cur non exclamat Downamus in nostrorum impudentiam, quod unanimi patrum consensui, in materia facti, quod ad monachos, refragentur? Vide etenim quam omnia conveniant. *Testatur unaminis consensus Historicorum, Episcopos Hierarchicos Apostolorum temporibus fuisse.* Sic Downamus: *Testatur Eusebius, & reliqui assentiuntur, monachos Apostolorum Temporibus fuisse, sub Caio imperatore, eo etenim tempore Philo vixit, qui de monachis Christianis scripsit:* Sic Hartus: Ecqua in istis ratiocinijs differentia? Sed & productum quiddam de Hieronymo, hic minimè prætereundum est. Notum est quàm tumidis buccis venditetur ab Hierarchicis locus ille Hieronymi, de Episcopis à Marco Alexandriæ electis, &c. Responderi a nostris assolet, a Marco, exclusiuè intelligendum, quod a Bancrofto deridetur immeritò. Sed quid si inclusive intelligatur Hieronymus, sic ut sub Marco Episcopos floruisse putet? Nec etenim magis Hierarchicos hoc juvaret, atque Hartum adjuvit, quòd ex Philone & Eusebio, Monachos sub Marco (id enim verbis disertis asserit) Alexandriæ floruisse dixerit. Qui monachos falso asseruit sub Marco Alexandriæ fuisse, nonne etiam Episcopos sub Marco fuisse Alexandriæ, opinari potuit falso? Certè vel hęc una secunda instantia aperte evincit: argumentum nullum duci posse ab unanimi Historicorum consensu in materia facti, quando de seculis antecedentibus, nominatim vero Apostolicis temporibus testificatur.

coll. c. 8. d. 2

Cas. præl. 22

Catal. vir. ro. illustr. in Phil.

3 Instantia nostra tertia, de Petri Episcopatu erit: consentiunt etenim Patres omnes ne uno quidem contradicente, Petrum Apostolorum Romanæ Ecclesiæ fuisse Episcopum, De hoc ita Downamus: *Petrum Romæ Episcopum fuisse, ne ipse refutator credit.* Idipsum ni fallor (his etenim verbis insinuatur) & Downamus ipse credit: quo igitur evanuerunt soliti clamores illi de impudentia, audacia, novitate, superbia, quando patribus consentientibus in materia facti non adhibetur fides? Lib. 3. cap. 3. pag. 57.

Digitized by

4 Instanta nostra quarta de Petri adventu ad Romam erit: nam quod Petrus fuerit Romæ, patres omnes, omnes Historici uno ore testificantur. Hunc unanimem consensum Patrum in materia facti, non dubitant nostri scriptores omnes in dubium vocare. Matheus verò Sutclivius, de Hierarchicis unus, ut manifestè falsum confutat. Certe eo tempore, quo eum Romæ fuisse, affirmant Patres, Romæ non fuit, ut à nostris disertissime demonstratur: cessent igitur dehinc Downami clamores, impudentiæ esse, historicis omnibus in materia facti consentientibus fidem non adiungere.

De Pont. l. 3 c. 9. per tot.

5 Instantia nostra quinta de loco erit, ubi Petrus epistolam suam primam scripserit: consentiunt etenim Patres omnes, eam per Babilonem intellexisse ipsam Romam. Hunc unanimem consensum rejiciunt nostri omnes: quid verò dico rejiciunt? falsi etiam convincunt: obtinebit tamen Downami positio, patribus semper credendum esse, quando in materia facti consentiunt?

6 Instantia nostra sexta & ultima de Marco Evangelista erit: consentiunt etenim patres omnes, Marcum à Petro commemoratum, non filium proprium, sed Evangelistam Marcum esse: unde etiam inferunt eum evangelium suum scripsisse Babyloniæ id est Romæ. Hoc ex Papio, authore uno, eoque simplici profectum fuisse, probat Reyneldus Collat. cum Hart. cap. 8. D. 3. improbat verò rationibus multis, quod & cęteri scriptores omnes: quorum argumenta si ponderentur, cui quęso probabile fiet narrationem Hieronymi de Marco Ecclesiam Alexandrinam fundante veram & genuinam esse? Nam ut illum Ecclesiæ Alexandrinæ antistitem non negem: fundamentum tamen Hieronymi, quod à Petro primum Romæ deductus fuerit, & post ab eodem ad plantandam Alexandriæ Ecclesiam missus verum esse non potest. At præter istam narrationem, fundamentum nullum habemus aliud, Marcum unquam Alexandriæ fuisse: vides igitur quam in dubio sit, quod dixit Hieronymus, Episcopos à Marco Alexandriæ fuisse: quem ipsum Marcum Alexandriæ fuisse omnino, adhuc non satis constet. Syriacam Testamenti versionem, ut probat ex Boderiano Feyldus, ab Assyrijs & Persis accepimus: illi vero eam sibi à Marco Evangelista traditam dicunt. Hoc si verum sit, Marcum in Syria, potius quàm in Ægypto vixisse probabile est. Vtcunque sit, de adventu Marci ad Alexandriam, hallucinatus Hieronymus est: quid ni igitur de Episcopis à Marco Alexandriæ florentibus hallucinari etiam potuit? Ita conficitur infirmum Downami argumentum esse ab unanimi consensu antiquorum in materia facti desumptum: quia ab autore uno, multæ historicæ narrationes falso fictæ, in hunc consensum abierunt.

De Eccles. l. 3. c. 8.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXVII.

Argumentum VI. ab incertudine historiæ ecclesiasticæ.

ARgumentum nostrum sextum, ab incertitudine historiæ ecclesiasticæ ducitur, etiam in eis materijs facti, in quibus antiquis adjumentis maximè abundabant. Quùm objecisset Refutator, Eusebium de Titi & Timothei Episcopatu testem parum idoneum esse, propterea quod annis 230. post Timotheum & Titum vixerit: regessit Downamus ita. *Odiosum & insulsum est, (ne quid gravius dicam) ut quisquam sentiat, voluisse Eusebium ex proprio cerebro hoc testificari, & non potius ex eorum relatione qui seculis superioribus vixerant, præsertim cum adjiciat ἱστορῦται in historijs proditum est.* Vrget hoc ipsũ Th. Bilsonus: *Timotheus* (ut ex historijs, narrat *Euseb. lib.* 3. *cap.* 4. ἱστορῦται) *primus fuit qui Ephesinæ Parœciæ, sicut & Titus Cretensium Ecclesiarum Episcopatum sortitus est.* Vrget deniq; hoc ipsum & Robertus Bellarminus. L. 3. c. 17. p. 126. c. 12. p. 280 Com 3. l. 1. c. 6.

Primo quid si per Historiã, intellexerit Eusebius, nihil aliud quam scriptũ Pauli in Epistolis ad Titum & Timotheum? tum aperte perperam Historiam sacrã intellexit. *Sed Historiam aliam intellexit Eusebius* (inquit Bilsonus) *Quemadmodum Sedulius in 1. Tim. 1. cuius ista verba sunt: Timotheus Episcopus fuit Ephesi ut in libro historiarum dicitur,* Fac ita esse: nihil tamen ex Eusebio solidi concludi potest, quum veteres citat, quia *Eusebius parum attentè veteres Historias legit*, inquit Iosephus Scaliger, quod à Ioh. Reynoldo nostro comprobatur. *Parum attentè* cum dicunt id etiam includunt, quod judicio careret, historias falsas a veris discernendi. Id in Episcopali Timothei & Titi majoritate Eusebio accidere potuisse quis diffitebitur, qui illius inscitiam animadvertit, in alijs monumentis falsis non discernendis? Exempli gratia. Abgari historia qui d ineptius, vel ipsius Gelasij testimonio, Dist. 15. c. 3. Hanc tamen in Edessæ archivis extitisse, ad suam usque ætatem affirmat. Lib. 3. cap. 20. Citatur Sozomenus in textu Eusebij qui annis 100. post Eusebium vixit. Vitiatur hic textus Eusebij inquis. Eô minus inquam necessario Historicis credendum, quò magis vitiari solent. Historiam illam quam de iuvene & Iohanne ibi narrat, ex Clemente Alexandrino citat, respondes. Eò rursus inquam minus Eusebio credendum: quod ex talibus historicis pendeat, qualis Clemens Alexandrin⁹ est, uti antea ex Cano constitit, qui Dist. 15. cap. 320. recitat quę opera Clementis Alexandrini improbantur. Lib. 4. cap. 36. Duos esse Iohannes Ephesinos probat, non solum ex historia sed ex duobus monumentis Ephesi, quorum utrumque Iohannis esse dicitur. Cens. præl. 22

Qui ex historia veteri duos Iohannes, Iohannem nempe Apostolum, & Iohannem Seniorem, quorum ille Epistolam Iohannis priorem, hic duas posteriores & Apocalypsim scripsit, falsò asseruit:

Digitized by Google

nonne etiam ex historia veteri asserere falsò potuit, Timotheum Ephesi, Titum Cretæ Episcopos fuisse. In materia facti quis ex eis qui Eusebium antecesserunt Irenæo potior? *Erravit ille tamen* inquit Eusebius: *quòd dixerat Papiam Apostolos vidisse*, cujus contrarium ex scripto isto Papiæ probat. In hoc scripto, inducit Papiam non tam attendentem Lectioni Scripturarum, quàm relationibus Seniorum qui cum Apostolis conversati sunt. Quid hic fit? multa fabulosa, inquit habet tanquam ex viva relatione ad se relata. Notetur igitur quam vim illa Downami habeant, Eusebius non ex suo cerebro dixit, Timotheum Ephesi episcopum fuisse, sed ex prędecessorum relatione.

Historia Petri Romæ crucifixi, quid incertius vel ipsius Math. Sutclivij judicio? Hanc tamen non solum ex scriptis Procli & Dionysij Corinthij, sed etiam ex Petri tumulo, qui usq; ad illius ætatem, ostendi Romæ solebat, probat Euebsius lib. 2. c. 25. Objicit hunc tumulum Bellarminus, & addit semper creditum fuisse, Petrum Romæ esse
De pont. l. 2. mortuum usq; ad Wiclephi tempora. Quid ad hoc Sutclivius? *Quasi*
c. 1. p. 150. *verò* inquit, *credula plebs non etiam nuper legendas de Georgio & Catherina & Tecla, & alijs suis commentitijs veras esse crediderunt*? Audis Sutclivium, historicos ab Eusebio citatos, imò & historiam Eusebij ipsam, hac quidem in re cum nuperis legendis commentitijs comparantem. Iacobum Apostolum à Christo Salvatore & Apostolis Hierosolymorum episcopum constitutum fuisse, quid vanius? Ita tamen Eusebius lib. 7. c. 18. *Sedem Iacobi Apostoli -- ad hoc usq; temporis servatam, fratres istic qui successione ordinaria subsecuti sunt, omnibus manifestè monstrant*. Miraculum Narcisci aquam in oleum vertentis, ad alendas lampidas in vigilia Paschatis, quam inepte fictum? Ita tamen Eusebius, lib. 6. c. 8. *Apud quamplurimos illic fratres tam prolixo tempore inde ad nos usque exiguum aliquod illius miraculi documentum asservari*
Lib. 3 p. 309 *ferunt*. Ad extremum notetur censura Ioh. Bridgesij episcopi Oxoniensis de Irenæo. *Irenæus* inquit *quanquam Apostolis propinquus* (certè Eusebio longe propinquior) *& ad Romam ex proposito peregrinatus fuerit, & ibi archiva scrutatus: in Petro tamen ab alijs decipi potuit, sicut in rebus alijs deceptus erat*. Ita nihil solidi ex historicis concluditur, ne quidem dum veteribus historijs & monumentis adjuvantur: quid ni igitur ad scripturas solas confugiamus, ad exemplar Guilielmi Barloi, qui cum antiquitate, patribus, concilijs urgeretur, ita ab his omnibus
Defens. Artic. relig. protest. p. 22. ad scripturas provocat. *Quod ad antiquitatem, eam judicem poscimus, sicut ea sit ad quam provocat Ignatius, τα αρχαῖα ἡμων ὁ Ἰησοῦς. Quod ad historias: nullæ illius potiores, quàm quæ illius digito scribuntur, qui antiquus dierum est. Quod ad patres: nemo illo prior, quem vocat Iustinus patrem patrum, is est sanctus Paulus. Quod ad Concilia, nulla credantur quàm Synodus Apostolorum.*

CAP.

CAP. XXVIII.

Argumentum VII. Ab historicorum in his rebus inscitia.

ARgumentum nostrum septimum, ab inscitia historicorum circa eas materias facti quæ ecclesiæ gubernationem quàm proximè attingunt. Quàm illud falsum Ambrosij, initio laicos indiscriminatim & prędicasse & baptizasse, donec functiones ecclesiasticæ in ordinem redigerentur? *Loquitur* (inquit) *Whitgiftus de eis qui vocationem nonnullam habuerant*: sed consulantur ipsa verba Ambrosij, *In Epist. c.4.* qui hunc morem cessasse dicit, quamprimùm homines vocari cęperant. Quàm frigida illa de Simeone fabula apud Eusebium? l.3.c.11. post Martyrium Iacobi, rumor est Apostolos & discipulos Domini qui tum in vita superstites erant, in unū undiq; cum cognatis Domini esse congregatos: & Simeonem Cleopæ filium, sede paræciæ Hierosolymitanæ dignum iudicasse? Tanquam rem certam narrat Eusebius ex Clem. Alexandrino, Iohannē Apostolum post reditum ab exilio, abijsse ad vicina gentium loca, ut partim constitueret Episcopos, *Lib.3.c.20.* partim totas ecclesias componeret, partim clerum eligeret ex his *Decret. p.2.* quos Spiritus sanctus indicasset. Credit hoc Bilsonus, & inde elicit, *c.26.q.2.* vocationem ministrorum per sortes, in Ecclesiæ primordijs in more fuisse: quo indicio, perspici licet ex iure Canonico, quod ex patribus multis probat, electionem ministrorum per sortes illicitam esse. Insto postremò in eis quæ ex Philone Iudæo produxit Eusebius *Scribit Philo* (inquit) *quo pacto præsideant inter eos ij quibus ecclesiastica commissa sunt ministeria, diaconatus etiam, & quæ supra cunctos eminent Episcopatus præsidentiæ.* *Lib.2.c.17.* Hæc & citat & approbat, imò & pro E- *L.3.p.295.* piscopo Hierarchico urget Io. Bridgesius. Quā fide? Consulatur etenim vel unus Ioh. Reynoldus noster, satis ille supraq; ostendit Philonem Iudæum non fuisse Christianum, eumq; de Christianis hæc minimè scripsisse, sed tantummodò de Essæis Iudaicis. Atque certè tam verum est Episcopos Hierarchicos ab initio fuisse, atque Apostolos convenisse ad Simeonem ordinandum in episcopum, & Iohannem clericos elexisse per sortes, & Philonem denique Iudæum de Episcopis Christianis Hierarchicis scripsisse. Verum nempè est, quod habet Whitakerus, quos Eusebius Episcopos vocat in Ecclesia *L. de Concil. q.13.c.2.* prima, non nisi singularum ecclesiarum pastores fuisse, & presbyteros fuisse ex more & consuetudine scripturarum Phil. 1. 1. Neque desunt hujus veritatis vestigia quædam in ipso Eusebio, nam cum non loquitur a se sed veteres citat, apparet primò presbyteros tantum fuisse in aliorum scriptis ab ipso citatis, qui in suis Episcopi nominantur.

2 Hoc ipsum Bellarminus ipse fatetur alibi: primos nempè Episcopos Romanos ex consuetudine illorum temporum fuisse presby-

teros appellatos. Citat verò Eusebium lib. 5. c. 23. *Vbi non ab Eusebio quidem ipso (expectandum etenim ab Episcopo qui annis 300. vixerat hoc non est) sed ab Irenæo apud Eusebium, antiqui Episcopi etiam Romani, semel, bis, iterum, presbyteri appellantur. Qui ante Soterem presbyteri Ecclesiæ præfuerunt, Anicetum dicimus & Pium, & Hyginum, & Telesephorum, & Xystum, &c. presbyteri illi qui te præcesserunt &c. Polycarpus Aniceto non suasit: qui sibi presbyterorum quibus successerat consuetudinem servandam esse dicebat.* Hæc Eusebius dum Irenæi verba refert: quæ ipse de Ecclesiæ præsidibus, id est, sermone suo, Episcopis interpretatur. Similis locus est lib. 3. c. 36. ubi Papiæ scripta recitat, Episcoporum mentio nulla, sed presbyterorum tantùm. *Quæ aliquando à presbyteris didici. Vbi quisquam venit qui presbyterorum verba exquirebat. Quid Aristion, & Presbyter Iohannes discipuli Domini dixerint, &c.* Hæc ita cum sint, non potest solidum pro Episcopis Hierarchicis, argumentum ab Eusebio sumi: ut qui Episcopos appellare soleat, qui in prima ecclesia presbyteri tantùm & fuerunt, & appellabantur.

CAP. XXIX.

Argumentum VIII. ab incerto medio historicorum ecclesiasticorum.

ARgumentum nostrum octavum, ab incerto medio sumitur, quo usi Historici Ecclesiastici sunt, in eis materijs facti recensendis, quæ ætatibus superioribus acciderunt, prædecessorum nempè suorum relatione. Credi vult Geo. Downamus ecclesiasticis historicis, quando testimonium ferunt de materijs facti in ætatibus superioribus: quoniam ex cerebro suo non finxerunt, sed relationes eorum qui præcesserunt secuti sint. Quam verò hoc postulatu iniquum sit, ostendit Tertullianus, *Natura famæ omnibus nota est. Vestrum est. Fama malum, quo non velocius ullum. An verò famæ credat nisi inconsideratus? Quis sapiens non credit incerto. Quòd ab uno aliquando principe exorta sit, necesse est exinde & in traduces linguarum & aurium serpat.* Dicitur de Christo Esa. 11. 3. non judicabit secundum auditum aurium suarum: quî fit igitur, ut ex historicis Ecclesiasticis, secundum auditum aurium suarum loquentibus & scribentibus, hanc controversiam de re Hierarchia iudicari postulat? Rectè ipse historicus Socrates. *Fabula inquit nunquam bis narratur quin duplo longior evadat.* Exemplo vel ipse sit. Quàm incredibile etenim quod narrat de miraculo Serapionis lib. 1. c. 8. Hoc tamen suis ipsis auribus se audivisse testatur, imò a Ruffino accepisse. Objicit Bellarminus eodem ferè modo quo Downamus, de rebus antiquis, errores non fingi quantum ad summam, quum celebres sunt, qualis traditio de Petri ad Romam adventu est. Respondet Franciscus Iunius id quod iam nos. *Quam multi præposterè dant operam, hâc memoriâ nostrâ ut res palam gestas obscu-*

Lib. 2. c. 7. p. 126.

Apolog. c. 17

L. 5. c. 6

Cont. 3. l. 2. c. 12.

rent

rent sepeliantq́; mendaciorum nube; Qui l sibi in republica historici partium singularum non arrogaverunt? Quid non arrogant ecclesiastici in religionis causâ? Nam etiam res una quæ palam geritur suo tempore & loco, eadē clam eos solet esse, qui tempore & loco sunt longinquiores: ut nihil de eis dicam qui animis absunt quàm longissimè. Hæc nostri adversus Papistas respondere coguntur: neque ut opinor cuiquam æquo displicent. Quòd si item narrationes eorum qui eodem seculo vivunt incertę sint: quantò magis historicorum Ecclesiasticorum quando de ætatibus antecedentibus testimonium ferunt?

2 Audiatur Daniel Chamierus: num ille alio argumento fabulam de certamine Petri cum Simone Mago explodit, quàm hoc nostro! testimonia scilicet Egesippi, Arnobij, Damasi, Cyrilli, Epiphanij, Theodoreti, Ambrosij, Hieronymi, Sulpitij, Gregorij, Turonensis, Eusebij, Marini, Augustini, quos Bellarminus colligit, insufficientia esse, quòd multis seculis post eam rem gestam vixerint. Vide quantam historicorum cohortem profligat iste telo nostro: quod si in illo reprehenderit nullus, nec adeo in nos exęstuet Bancroftus, quod in causa Hierarchiæ historicos repudiemus judices, quòd longè post primam Polyteiæ Ecclesiasticæ institutionem vixerint? Sed Hierarchici fortè nostri in hoc certamine potiores. Prodeat igitur in scenam Iohannes Bridgesius Episcopns Oxoniensis: qui nunc ex eo lapsum Irenæum in ætate Christi gravissimè dicit, propterea quòd relationes & traditiones antiquorum incautius veneratus esset? Prodeat deinde Mat. Sutclivius: qui de Petri ad Romam adventu agens, cum historicorum consensu confirmato, non dubitavit, hoc nostrum responsum tanquā murum æneum papistis objicere. Historicis nempe istis fidem adhibendam non esse, quia nihil nisi audita referant, ut qui seculis posterioribus longè floruerint. Hic crebro inculcat. *Audita & famâ recepta narrant, quæ nihil probant præter incertam famam. Irenæus de Petro tantum quæ famâ divulgata tradit. Eusebius nihil præter auditum loquitur. Arnobius non aliter narrat, quàm alij à quibus ea prius acceperat. Epiphanius traditionem veterum memoriæ prodit. Chrysostomus & Orosius audita tantum narrant. Antonius multas credit & narrat fabulas. Quid Damasius, Isidorus, & Audo de hac re scripserint, non multum refert: res enim vetustate obsoletas narrant. Omnes audita narrant nullus visa: quis autem credat testibus de auditu deponentibus? Egesippus & Chronici Eusebiani author, & Origenes apud Eusebium, & alij etiam patres communem famam sequuti sunt -- sed nos testimonia certa & indubitata flagitamus.* Iohannes Reynoldus è numero Hierarchicorum eximendus quidem est: non tamen illius judicium Hierarchicis contemnendum. Is autem id Eusebio accidere posse dicit, quod habet Thucidides lib. 3. *A manu in manū de eis* quę ante sua tempora gesta sunt famas sequuntur *ἀβασανίστως*: absque ulla examinatione, & probatione. Hunc cum audis, & Henrici etiam Paræi Episcopi Glocestrensis sententiam audis qui hanc Iohannis Reynoldi transtulit.

De œcumenic. lib. 3. p. 46.

c. 27. p. 342, 343.

Lib. 11. p. 898.

De pontif. lib. 2. c. 11.

p. 147.

p. 148.

p. 149.

p. 15[illegible]

Collat. c. 8. Divis. 3.

Digitized by Google

CAP XXX.

Argumentum nostrum nonum ab Historicorum more loquendi.

ARgumentum nostrum nonum & ultimum, ab historicorum more sumitur: nempe ut pro more sui temporis & loqui & sentire soleant: ad quam nostram responsionem mirum est, quantum Hierarchici excandescant. Bancroftus ita. *Aut Patres nobis illorum sensu exponendi sunt, sicut pater omnium expositionum ejusmodi, illud psalmi exposuit: Angelis tuis mandavi de te: aut dicent eos fuisse non nisi homines, quodq; locuti sunt prout ætas in qua vixerant requi-*
c.27.p.33. *rebat: quod falsè scripserint, & multa huiusmodi. Quasi non aliter sentiendum de eis esset, quam de hominibus scenæ temporique servientibus, de palponibus qui hominibus placere student, de seductoribus, de viris denique ambitiosis.* Rursus, *Sozomenus & Volusianus, inquit Cartwrightus, scripserint non juxta id quod res erat, sed juxta consuetudinem & morem ætatis suæ in*
p.337. *qua scripserunt, quasi dicerent mentiebantur.* Sequerentur ista si de industria contra scientiam atque conscientiam suam se seculo suo accomodassent: jam cum per errorem suæ ætatis torrente arrepti fuerint, non magis mentiri, aut tempori servire dicendi patres sunt, atque ipse Bancroftus, qui errore simili occæcatus, eam ecclesiæ regendæ formam sub Apostolis extitisse putat qui nunc in Anglia viget. Ita ratiocinatur Bellarminus. *Multis jam seculis soli Clerici primarij eligunt, quod tamen fieri non potuisset si jure divino omnes clerici electores fu-*
Bi. de cleric. *issent.* En ratiocinationem jam Hierarchicis familiarem: multis se-
cap.8. culis & jam hodie Hierarchia recepta est: ergo contraria disciplina de jure divino minimè est. *Luditur æquivocatione* inquit Iunius. *Nam aliud ex facto aliud ex jure possumus. Ex jure quidem divino fieri non potuit, sed ex facto potuit & revera factum est a Pontificijs, prout nullus ordo in rebus humanis institui potest, quin brevi adnascatur vitium* κατ' ἀκολουθίαν *improbitate hominum.* Atqui si vitiosum a more præsentis nostrique seculi argumentari: cur non & a more seculi etiam in quo patres & historici floruerunt: cùm tam illi erroribus suæ ætatibus noxij fuerint, quemadmodum qui hodie vivunt. Exempla nonnulla inspiciamus.

2 Disputat Sanctus Chrysostomus more prorsus Bellarmini apud Tho. Bilsonum hom. 14. in Act. 1. [Quamnam dignitatem & qualem χειροτονίαν hij acceperint necessarium est intelligere. Num Diacono-
De perpet. gubern. c.7.p. 107. rum? At hoc in Ecclesijs (nunc) non est: sed ad præsbyteros pertinet ista dispensatio (videlicet viduis curandis) destinata. Quare hoc nomen (aut munus quod acceperunt isti septem) neq; Diaconorum planè & manifeste, neque presbyterorum fuisse existimo.] Spondit Downamus, si locum vel unum ex scripturis aut patribus planum & manifestum pro disciplina reformata adducere possimus, se de tota causa

causa cessurum. Intelligit verò ita planum & manifestum, qui nulla sophistica eludi possit, qualem pro ipsa deitate Christi contra Arianos, patres, aut Evangelici jam hodie in gravissimis fidei controversijs adducere nunquam potuerunt. Alioquin loci æquis omnibus plani & manifesti, quamplurimi adduci possunt: sicuti pro Diaconis tantum eleemosynarijs, 6. cap. libri Actorum, locum planum & manifestum esse dicimus. Chrysostomo planus & manifestus minimè est. Quid ita? quia praxis ecclesiæ contraria est: ita enim ratiocinatur, *non ita nunc est in ecclesia: quare ego contrarium existime.* Nonne puduit Bilsonum sophisma hujusmodi approbare? aut si hujus puduisse non oportuit, nonne tamen pudere debuit, diffiteri patres, ex pede præsenti antiquitatem metiri solitos? Certè si Chrysostomus hic ex more sui seculi arguat, adversus apertam scripturæ lucem: cum ex more sui seculi sensisse & scripsisse contra scripturam consequetur. Sed non Chrysostomus tantum hoc morbo laboravit. Ambrosius etenim in Ephes. 4. ex more sui seculi & scripsit & sensit, quum per Apostolos intelligit Episcopos, per prophetas presbyteros, per Evangelistas Diaconos: nempè tales, quales suo tempore in Ecclesia extitisse viderat. An negari potest, ex more sui seculi hac interpretatione & sensisse & scripsisse Ambrosium? Certe non negat Iohannes Bridgesius cujus ista verba sunt. *Applicat* (inquit) *hæc omnia munera* (*nempè quæ Ephes. 4. reperiuntur*) *ad morem Ecclesiæ, quæ fuit post tempora Apostolorum.* Quinimo non negat Hadrianus Saravia, ingenuè etenim confitetur, *Ambrosius applicat illa omnia munera ad statum Ecclesiæ sui temporis: quam propriè non disputo.* L. 4. p. 374 Cont Bez. c. 23. p. 229

3 Disputat Whitgiftus nomen Archiepiscopi ante concilium Nicænum extitisse. Quid ita? quia Petrus Alexandrinus qui antè concilium Nicænum vixit, ab Epiphanio Archiepiscopus appellatur. Respõdemus, loqui Epiphanium pro more sui seculi: quia Archiepiscopatus sedes suo tempore Alexandriæ fuit; ideo putavit & veteres etiam ejusdem urbis Episcopos, similes Archiepiscopos fuisse. Num fallimur? Consule igitur Eusebium: apud quem hic ipse Petrus, non Archiepiscopus, sed tantum Episcopus appellatur. Simili errore Eusebius ipse tenebatur, episcopos suæ ætatis videns: veteres Pastores similes episcopos fuisse credidit, qui tamen tantummodo presbyteri erant, ut suprà ex parte demonstratum. Idem de cæteris sentiendum prorsus est: ut de quibus non absque causa Daniel Chamierus ita conqueratur. Solent plerumque vulgi consuetudines vitiosæ, etiam magnos interdum viros abripere, ut non contradicant, imò verò non aliter sentiant quàm plurimos vident credere. Instat in monachatu: de quo mirum apud priscos silentium: cum verò sub Constantini tempore vel paulo prius emergere cœpisset: tum subitò Apostolica traditio evasit, sub Apostolorum temporibus vel ipsius iudicio floruit: ab ipsis deniq; Apostolis descendit: ut verum sit in hujusmodi moribus, quod olim à Patercolo dictum. *Non ibi cosistunt exempla unde cœperunt* Tract 8. d. 26. Lib. 7. c. 30.

Digitized by Google

cæperunt: sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime evagandi sibi viam faciunt, & ubi semel à recto aberratum est in præceps pervenitur. Quæ nebula oculos Hierarchicos obsidet, ut in episcopis videre nequeant id fieri potuisse saltem, revera factum esse, quod vident in monachis & indignantur? Vtcunque sit, responsionem nostram, locutos nempè patres esse ex sui seculi more, moremque præsentem illis nebulam offudisse, ut episcopos perinde ac monachos ab Apostolis descendisse crederent, ridere Hierarchici nequeunt: nisi & præcipuos scriptores nostros ridere velint, qui eâdem responsione adversus Papistas crebrò uti adiguntur.

4 Obicit Bellarminus Chrysostomum & Oecumenium manus impositionem per presbyterium retulisse ad ordinationem episcoporum: id quod Downamus & reliqui Hierarchici jam hodie arguunt. Quid ad hæc Chamierus? Num responsionis nostræ puduit? *Hoc illi sine dubio dixerunt* (inquit) *ex præjudicio temporis sui, vel potius annuentes presbyteros tum temporis, quod deinceps esset mutatum.* Ad Epiphanium a Bellarmino similiter objectum, pro Episcopi maioritate eodem modo respondet. *Epiphanius sui temporis consuetudinem tuetur satis frigidè.* Similiter ad Hieronymum. *Superest Hieronymus, quem manifestum est de suo loqui tempore.* Ad patres a Bellarmino productos, qui dicunt Episcopos figuram gerere Apostolorum, presbyteros verò septuaginta discipulorum tantum ita respondet. *Etsi consideretur* p.183. *omnes antiquos in ea comparatione consentire, non esse tamen judicium juris divini sed præsentis consuetudinis.* Eandem responsionem in rebus alijs scriptores alij adhibere solent. Ecquam enim aliam responsionem habet Whitakerus ad Bernardum de primatu Papæ testantem, quam Cont. 4. q. 4 p. 425. hanc? *Vixit ætate admodum superstitiosa in qua Antichristus utrumque cornu erexerat: & fuit multis illius seculi erroribus infectus.* Sic ad patres à Cont. 4. q. 5. c. 2 p. 638. Bellarmino prolatos de Antichristo. *Dico hos patres communem opinionis errorem sequi.* Similiter respondet ad testimonium Prosperi, de Romanæ sedis prærogativa. *Prosper dixit Romam esse sedem Petri ex* Lib de concil p. 37. *communi opinione.* Quoties Matheus Sutclivius ipse Hierarchicus hac responsione usus, ad unanimem patrum consensum de adventu Petri ad urbem Romæ: nos supra ostendimus. Alibi ad Bernardum De pontif. Rom. lib. 4. c. 9 p. 372. respondens, & ipsis verbis nostris utitur. *Nec obstat quod Bernardus contra est. Ille enim loquitur secundum sui seculi mores, quando antiquata pristina disciplina esset.* Hæc qui perpendit, minimè in nobis reprehendet, quod in hisce scriptoribus non potest non admittere. Neque enim ratio ulla est, ut qui temporibus eis vixerunt, in quibus antiquata per Episcoporum majoritatem disciplina fuit, pro eâdem audiantur: quam ut audiantur pro papatu etiam, qui sub papatu vixerunt. Cont. Bez. c. 2. p. 104. Vel ipsius Hadriani Saraviæ est, *consuetudinem violentum tyrannum esse,* quid miri igitur, si eadem abrepti antiqui patres fuerint? Atque hæc de fundamento Hierarchicorum extraneo octavo: fide nempè & authoritate Historicorum.

CAP.

CAP. XXXI.

Argumentum Hierarchicorum nonum à jure canonico.

SEquitur nonum,supra quàm reliqua papisticum,jus scilicet canonicum: pro quo ita Bancrofto declamare placet. *Ingens latratus est adversus Ecclesiam Anglicanam,quod actu Parliamentario, quædam partes iuris Canonici retinendæ & ab Episcopis exercendæ sunt ad commodiorem Ecclesiæ gubernationem: ita ut vel ipsum nomen Iuris Canonici, odio omnium proximum sit, simplici factiosorum multitudine in eam opinionem inclinante,ipsum nomen legis talis, papisticum, illegitimum, & diabolicum esse, unde exclamare solet,crucifige, crucifige, tolle, nolumus eo regi, recipi nolumus.* Quod de actu Parliamentario dicit, de eo sic habendum 25. Henric.8.c.19. [statuitur,omnes Canones in vigore solito retinendos, qui legibus & statutis regni Anglicani non sunt contrarij, quique regali prerogativæ non prejudicant.] Hinc author Abstracti, ministros in Anglia non predicantes,pluralitatem beneficiorum,civilem iurisdictionem in Episcopis, & excommunicationem per Episcopum solum,cum nonnullis abusibus alijs jugulat: quia in jure Canonico sanctiones quædam reperiantur,adversus hæc purgaméta,quæ neque regni Anglicani statutis, neq; regiæ prerogativæ adversantur. Violant igitur & ipsi jus Canonicum, pro quo tantopere decertant: imò quod multò magis est,statutum regni,actumq; Parliamentarium violant,cui parere & obedire oportuit. Nos interim quid? Observamus nempè,quod jubet Apostolus. *Omnia probate, quod verum est tenete*: imò observamus, quod ex hoc precepto, in sancto Bernardo, Thomas Mortonus Hierarchicus ipse comprobat. [Nec dico prepositorum decreta à subditis dijudicanda esse, ubi nihil jubere deprehenduntur divinis contrarium institutis: sed necessariam esse dico prudentiam, qua advertatur, quid adversatur; & libertatem, qua ingenue contemnatur] Quid verò? Quædam illæ partes quas meminit Bancroftus,totum iuris Canonici corpus continent: excepta papali jurisdictione, & doctrinâ fidei, & idolatriâ Romanæ Ecclesiæ? Quid igitur,disciplina Ecclesiastica Anglicana tota Canonica est? Ita: & disciplina Canonica tota in regimine Anglicano exercetur,sic ut nihil intersit inter Episcopale consistorium Parisiense, & Anglicanum,quod ad canones,quod ad modum procedendi, quod ad instrumenta publica,quod ad officiarios,quod ad litigandi formulas, quod ad reliqua denique attinet,quæ in foro papali externo practicantur.

p.324.

Apol.pa.2. lib.5.c.18.

Digitized by Google

CAP. XXXII.

Probatur sex argumentis indignum esse Ecclesiam Christi lege Antichristi regi.

Qvàm autem indignum sit ut Ecclesia Christi, jure Antichristi, hunc in modum regatur, hæ sequentes rationes planè faciunt.

1 Primò, quod prædicitur de fumo ex Abysso surgente, post datas Papæ infernales claves; id à Thoma Brightmano, ad decretorum & decretalium spurcities extenditur in Ap. 9. 2. Nec immeritò; clavis etenim non tantum doctrinam sed & disciplinam etiam continet: quorum posterior nonne per decreta & decretalia in atram noctem convertitur? Certè scripturas in desuetudinem venisse, quin & antiquum etiam jus Canonicum, post hæc scripta à Gratiano, Philippus Mornæus testis est. *Per idem* inquit *tempus Gratianus decretalia consarcinat: non fælicius quàm Pandectas Iustinianus. Aventinus lib. 4. nobis author est, ante Gratianum ius canonicum longè diversum fuisse. Etenim inquit, uti est in nostris Bibliothecis sincerum, duas continet partes: Prima, acta sunt universorum conciliorum, quæ quidem recepta esse constat: Altera, Constitutiones & epistolas maximorū Pontificum complectitur, ut quæque gesta fuerunt. Quod utinam ab hoc labore abstinuisset: & hoc interim Eugenius approbat & in omnibus universitatibus legi iubet, haud dubium quia sub unius pontificium iugum universum ecclesiam redigebat.* Hic requiritur Petrus Damianus, *Evangelium clauditur, & per ora Ecclesiastici ordinis forensia iudicia duxerunt.* Huic malo ut medela procuretur, statutum à nostris in Anglia est ne quis juris canonici Doctor, in aliqua Academia crearetur. Quæ mens quæso hui⁹ statuti, nisi ut promotionis cuiusque spe præcisa, nullus in re tam vili, studia sua, bonasque horas collocaret. Videsis igitur quam bonam operam ecclesiæ nostræ locet Bancroftus reliquique Hierarchici, qui iure eo eam regi volunt, quod putei fumum longè lateque usque ab initio diffudit, quod in gratiam Antichristi consarcinatum erat, in ipsis medijs solis aerisque obnubilati tenebris: quod scripturas earumque studium sepelivit: à quo denique ingenuus quisque per ipsa regni nostri statuta, in suis studijs avocatur?

Historia papat. p. 308.

p. 243.

2 Secundo disputamus ab efficienti: quis etenim in regno Christi iuri Antichristi locus? Respondet Whitgiftus ita. *Quantum de iure Canonico adversatur scripturis, Antichristianum & diabolicum est: sed quidam in eodem Canones apprimè boni & utiles qui benè recipi possunt. Bonas leges mutuari licet à Turcis & Paganis idololatris: & cur non à papistis etiam? Antè dixi non ipsum rei adinventorem ponderandum esse: si bonum & legitimum sit, eo uti licet, quicunque adinventor fuerit.* Primò, falsum est, mutuari leges licere à papistis perinde ac à Turcis: domesticus etenim hostis & dissimulatus aperto nocentior: & conformitas cum papistis (utcunque reclamet Richardus Hookerus) scandalo infirmis

Tract. 8. c. 6. D. 12.

Lib. 4. s. 7.

Digitized by Google

infirmis plenior: & non adversus Turcam ac adversus papam, fertur Spiritus sanctus per Apocalypsim: sed in Bestiam magis quàm in Draconem invehitur. Secundo: non opus habet Ecclesia Dei ut vel à Turcis vel a papistis mutuetur leges: sufficit scriptura, sufficiunt regni nostri politica statuta: si non sufficiant, libertas penes Ecclesiam est, a sese leges condere: sic ut hæc circumcursatio in Ægyptum non video quomodo excusari possit: pręsertim cum indignissimum sit ut Christus opem Antichristi hostis sui imploraret: ac si absque istius sordidissimis inventis, suam ecclesiam gubernare nequeat. Tertiò, si lex regis os regis sit, loquitur in disciplina nostra, tamdiu papa; quamdiu illius iura legesque exercentur: sic ut non videam quomodo magis (rebus sic stantibus) Antichristo gratificari valeamus, quam illius ius Canonicum Christi Ecclesiæ imponendo. Respondet D. Cousinus, *ius Canonicum exequi nos non tanquam ius papæ, sed tanquam ius proprium nostrumque.* At inquam quo iure, ius illius ius nostrum sit: absque non dico necessitate, sed & utilitate ulla? *Respons. ad abstract.*

3 Tertio, disputamus a materia. Quantum in iure Canonico adversatur scripturis, Antichristianum & diabolicum est: quî fit igitur ut ius Canonicum practicetur, in multis rebus, quæ scripturæ cõtrariantur? Quęnã hæ sunt roges? quasi facilè enumerari nõ possint? Ipsa Canonica sive potius papalis Hierarchia, Canonici sive potius papales Ecclesiastici gradus, Canonica sive potius papalis Episcopi iurisdictio: procurationes papisticæ, dispensationes papisticæ, pluralitates papisticæ, nonresidentiæ papisticæ, ceremoniæ papisticæ, excommunicationes papisticæ, ordinationes papisticæ, absolutiones papisticæ, degradationes papisticæ, visitationes papisticæ, oblationes papisticæ, curiæ de facultatibus: sentinam reliquam exhauriat qui vult, me quidem & pudet & piget, hęc carcinomata contrectare. Rectè Budęus. *Ius canonicum iuri divino derogare non potest, iuxta Clemẽtinã. Lex superioris per inferiorẽ tolli nõ potest*: in his singulis autẽ, legẽ divinã superiorẽ tollit Anglia, ius Canonicũ practicãdo. *De iur. reg. p. 91.*

4 Quarto disputamus à forma: in hac etenim juris Canonici praxi mutavit Anglia formam regiminis Ecclesiastici Aristocraticam per presbyterium, in Hierarchicam per Episcopum: idque ut iuri Canonico locus sit. Ita etenim disputat Thomas Bilsonus: *excludendi à consistoriis seniores sunt, & à negotiorum Ecclesiasticorum tractatione penitus arcendi.* Quid ita? *Quia rudes in iure Canonico sunt, & antiquarum constitutionum prorsus ignari.* Primo si arcendi à negotiis publicis sunt, qui legum publicarum ignari, cur immiscent se Episcopi rebus civilibus? cũ iuris communis ignari sint: quod etiam difficilius cognitu est quam ius Canonicum? Secundo juris Canonici num Episcopi quęso ipsi tam gnari sunt? Si ita: pulchrè statuto Anglicano satisfecerunt, quod ut quosque abstraheret ab hujus Canonici juris studio, DOCTOREM creari juris Canonici pręcisè prohibuit. At officiales circa se Episcopi habent, respondet Bilsonus, qui & *De perpet. gubernat.*

juris Canonici periti sunt, & res Ecclesiæ Episcopi nomine administrant, At inquam hoc modo duplicatur peccatum: nam & nostri isti officiales sunt contra verbum Dei ab Antichristo introducti: & peccaret Episcopus si per alios in verbo Dei institutos, officium præstaret: nam officium nullum in verbo Dei demandatur, sine mandato illud ipsum per sese exequendi. Tertiò nihil refert si juris Canonici ignari seniores sint: sciunt Canonem illum quem quasi regulam sufficientem commendat Palus. Gal. 6.

5 Quinto disputamus à fine: nullam etenim ob causam aliam pro jure Canonico tanquam pro aris decertant Hierarchici: quàm ut majoritatem suam corroborent, propter quam, presbyter nullus apud nos admittetur, qui non juramento se obstrinxerit, ad Canonicam obedientiam Episcopo præstandam: & ad otium, luxum, avaritiamque suam explendam; ut qui rei teneantur Canonicarum fraudum illarum, quas ita ex Guililemo Budæo recenset Reynoldus. *Vbi boni æquique & benignitatis sinus solebat esse, ibi litium officina capturarumque improbarum. Inde illa formularum aucupia & rituum pontificiorum cautiones, ad circumscribendam familiam domini concinnatæ. Inde mulctarum compendia præsulibus enata, acceptorum paginas luculenter augentia. Inde itidem sacrilegæ nundinæ earum rerum quæ in commercio humano sine piaculo esse non possunt. Mitto nunc tesseras non modo venialos, sed etiam vænales impunitatem scelerum & solutionum sacrarum legum sordida benignitate largientes. Canones melioribus annis factos ut eis velut regulis vita Clericorum dirigeretur, & velut patrum præscriptis posteri formarentur, iam in amusses plumbeas evasisse quis non videt?——Canones pontificis ex usu Ecclesiæ, Antistitum flexibiles plumbei & cerei facti sunt: ut jamdiu instituta majora, & sanctiones pontificiæ non moribus regendis usui esse, sed argentariæ factitandæ authoritatem accommodare videantur.*

Collat. cum Hart. c. 7. D. 6.

Lib. de Ass.

Sextò disputamus ab effectis. Thomas Bilsonus ità. *Quæ leges Papæ superstitionem & tyrannidem alebant vel augebant, jampridem, gratia Deo sit, è medio sublatæ sunt. Alias verò, quæ veteris Ecclesiæ disciplinam sapere videntur, si quæritis dissolvere, optarem equidem ut novas antea ab omnibus examinandas proponere quam veteres configere velitis, ne populum perinde legibus solutum, ac presbyteros vestros faciatis. Facilius est everte re Ecclesiam aut Rempublicam, quam erigere: Destruere, quàm ædificare: nisi easdem leges rursus recipiatis, audacter dico, nepotes vestros, ad quartam usque progeniem, nec pacem nec ordinem in Ecclesiis vestris habituros.* Vt omittantur cętera, & ad sua loca differantur: satis audax quidem Bilsonus, sed cautus tamen: quintam progeniem meminit, ut haberet quod respondeat ad Ecclesias reformatas, quæ eum falsi ad hunc usque diem arguunt. At qui probabile fiat, eas pacem & ordinem, abrogato jure Canonico, non habituras, quoad progeniem quartam, quam ad hunc usq; diem habuerunt: nisi propter eorum, in exequenda quam acceperant (summo Dei benificio) discipiinâ, negligen-

De perpet. gubernat. c. 14. p. 539.

negligentiam, ejusdem commeritum exterminium patiantur? Cornelius Scultingius eadem cum Bilsono prorsus habet, quæ proponere visum, ut eò melius pateat, quò ista criminatio tendat. Citat ex Leone: *Universa pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua Canonibus intemerata reverentia servetur. Nihil tentandum in injuriam Canonum, sufficiant limites, quos sanctissimorum patrum decreta posuerunt.* Deinde ita subinfert: *Hæc testimonia solida confutant Calvinistas, qui ex solis scripturis disciplinam peti velint: non ex vetustis paternis constitutionibus.* Quid igitur est? Solius scripturæ authoritas quæ sola in disciplinæ essentialib⁹ regula est, hoc ariete impetitur: juris verò Canonici necessitas adversus eam ita asseritur, ac si ex eâ violatâ quam invexit Synodus, disciplinâ, incōmoda maiora & plura oriantur, quàm ex illâ, quam Deus ipse in verbo suo sanxerat. *Sed* (ut Bilsoni verbis utar) *Deo gratia sit, qui ad hunc usque diem luculentam experientiâ demonstravit, rem multò secus esse.* Quid ego de Germania dicerem? de Geneva? de Comitatu Palatinatus? Non etenim confusiò ea, ea rerum perturbatio, non rerum divinarum ignoratio ea, non ea rerum sacrarum profanatio: non in moribus turpitudo ea, ea in Canonibus corruptela, in his Ecclesijs, quæ in Anglia reperitur: ut discant mortales, quantò sit satius, verbo Dei, quàm jure Antichristri, Ecclesiam gubernari. Sed effectus regiminis nostri per jus Canonicum, separatim excutiantur. Lib. p. 21.

Primò, Canones illi fecerunt, qui disciplinam a Christo Iesu institutam exulare primò jusserant: & jus Canonicum hodie etiamnum eandem in exilio detinet. Primum ut probetur, non opus est abire longiùs: hac ipsa in pagina, in qua declamat pro jure Canonico Thomas Bilsonus, ita de prima presbyterorum exclusione sive oppressione habet. *In ea opinione estis ut universam Christi Ecclesiam ad opprimendos presbyteros, & mutandam Apostolicam regendæ Ecclesiæ formam conspirasse existimetis: cum revera conciliorum Canones & Christianorum principum constitutiones, moderando ac terminando eas omnes controversias quæ in presbyterijs anteà tractari solebant, effecerint, ut nec tanta eorum utilitas esset, nec tantus eis honos haberetur. Proinde soli Episcopo, nec conscijs, nec consultis presbyteris legum etiam executionem mandarunt, &c.* En hic Episcopatus Hierarchici incunabula, en diem natalem. Non ita regebatur Ecclesia Apostolorum temporibus, uti nunc regitur, vel ipso Bilsono confitente. Apostolorum temporibus presbyteria erant, & in presbyterijs regalia Ecclesiæ tractabantur: non tum solus Episcopus quicquam agebat, ut nunc agit omnia: major erat honos presbyterorū Apostolicis seculis: postquam Episcopatus Hierarchicus caput extulerat, longè minor. Nonne habemus confitentem rerū? Sed hanc mutationem regiminis utilitas extorsit. Imò vel teipso confitente, ambitio: hinc etenim factum fuisse ais, *quod Canonum executio soli Episcopo demandata sit, quòd majores Curiæ minorum decuriarum judicijs, decreta sua submittere nollent.* Mitto multas quæ hic latent ineptias,

tias, quæ suis locis tractabuntur: num Apostoli rogo ita superbi, ut decreta sua nollent nisi ab Episcopis administrari? Si decreta Apostolorum quæ sancita sunt, Episcopum quasi custodem solum non invexerint: cur posteriorum temporum Canones, presbyteros excluderent: quos Apostolicorum Canonum executionem parem omnes habuisse ex eo constat, quod Act. 15. non Episcopo alicui uni, sed Ecclesijs singulis Concilij Hierosolymitani Canones & custodiendi & exequendi traditi sunt. Atque consideretur contradictio. Rogo cur non in consistorijs presbyteriorum communi suffragio res jam quæq; decernenda, perinde ac in Synodo Hierosolymitana Actorum 15? Num Episcopi majores Apostolis? negotia illius Synodi permiserunt Apostoli liberis suffragijs presbyterorum: non ita jam Episcopi. Quis non manifestam spiritus discrepantiam videt? Hæc forma inquiunt mutata est postea. Non rogo quo iure, alius isti disquisitioni locus erit: tantum hoc tempore interrogo de tempore, quando hęc mutatio facta est? Respondet Cæsar Baronius, mutata est hæc forma ab ipsis Apostolis, quando dicebatur Episcopo Timotheo: *Ne citò manus impone. Noli recipere accusationem, &c.* sic ut sine causa conquerantur presbyteri de oppressione, quod non libertate jam gaudeant ea, sub Episcopis, qua in Synodo Hierosolymitana sub Apostolis potiebantur. Imò inquit Bilsonus res secus habet: antiqua presbyterorum quam olim habuerunt libertas, duravit usque ad multiplicatos Canones: tum primùm eorum honos diminuebatur, quia tum cępit eorum utilitas minor esse: sic ut nullam de oppressione conquerendi causam habeant. Nullam Bilsone, quando ea libertate spoliantur, quam ab Apostolis habuerunt acceptam? Sed causa erat jam utilitas eorum minor. At inquam hæc utilitas eorum minor facta est: imo ne absque superbia quidem intolerabili dici potest, Apostolis Episcopos pręferendos sic ut eorũ authoritas minorẽ invexerit necessitatẽ presbyterorũ: quã Apost. non invexit. Hoc vidit Baronius, sic ut nullo modo quęrelæ justæ presbyterorum de opressione, occurri posse statuatur: nisi hæc eorum libertas, adempta eis ab ipsis Apostolis statuatur.

Act. 15.

Tom. 2. in anno 58.

8 Secundò, jus Canonicum tyrannidem in Ecclesia fovet. Ita Hadrianus Saravia: *Minor injuria & tyrannis in consistorijs Episcoporum timenda est, quàm in Genevensi presbyterio: quia hæc magis libera est à legibus: Episcopi verò legibus (nempe juri Canonico) ita sunt astricti, ut nihil eorum arbitrio relictum sit.* Miraberis fortè Lector, tam futilia, ingenio tanto excidere potuisse: certè valde mirandum est, ingenium tantum non advertisse & legibus presbyterium Genevense subjectum esse, etsi juri illi Canonico subjectum non sit, sic ut eorum arbitrio nihil sit relictum: & nihil consistorium Episcopale prohiberi à tyrannide, quòd sit subjectum juri Canonico; sed ad tyrannidem jure isto armari potius. Idem & Thomas Bilsonus causatur; dum invehit in eos qui Episcopos vehementius insectantur, ac si tyrannidem in fratres

Cont. Bez. c. 25. p 316. 317.

c. 14 p 359

fratres sibi usurparent. *Plures leges* (preter jus Canonicum intelligit) *nobis habere non expedit, meliores vobis ferre non licet: qui ex presbyteriorum nutu & arbitrio pendere, quàm legum præscripto mallet vivere, nisi insanum opinor esse neminem. Abrogatis ijs quandocunque velitis, consistorijs vestris negotium facessite, & videte quantum intersit inter constantem Canonum æquitatem, & factiosam presbyterorum temeritatem.* Ecce *insanos* vocat Ecclesiarum reformatorum cives omnes, qui Presbyterijs se subjiciunt, juri Canonico non subjectis: & gubernationem in eisdem Ecclesis presbyterialem, factiosam temeritatem vocat, quia juri Canonico non subjiciuntur: eam denique laudem juri tribuit Canonico, ac si nulla constans æquitas reperiri possit, ubi illud abrogatur. Quid homini facias tam more Bacchidum insigniter debacchanti? Ad rem quod attinet, respondemus duo. Primò, presbyteria reformata nihil suo nutu & arbitrio agunt, neque à legibus libera sunt: regunt etenim ex verbo Dei, & ex Canonibus Ecclesiasticis, de quibus Cornelius Scultingius ita: *Disciplinæ Canones etiam in initio in suis Synodis volunt Calvinistæ prælegi, & proponi: in quo sunt simiæ Catholicorum.* L. 1. p. 27. Secundo, non sequitur tyrannidem nullam metuendam esse in consistorijs Episcoporum, quia juri Canonico subjiciuntur: sed conficitur prorsus contrarium. Cum enim jus Canonicum potestatem Episcopis tyrannicam planè tribuat, & Canones multis modis in ipsam plebem tyrannicos præscribat: quî fieri potest, quin promoveat, tantò abest ut impediat tyrannidem? Num tyrannus à tyrannide per legem tyrannicam cohiberi quæso potest? annon è contra lege tyrannica confirmatur tyrannus? Ego Episcopos Anglicanos tyrannos non dicerem: ut pro quibus intercedere Christum reor, *Ignosce mi pater, non norunt quid faciunt*: quod tamen est tyrannorum faciunt, quamdiu tyrannicam gubernationem (quæ in jure Canonico prostat) usque exercere volunt.

9 Tertiò, Canonum jurisque Canonici observatio Anglicana, libertatem Christianam ab Ecclesiis Christi adimit: in Canonibus Ecclesiasticis, tum rescindendis, tum condendis, prout utilitas Ecclesiarum postularit. Ita Hadrianus Saravia: *Quod nunquam in Apostolos, vix in Timotheum ipsiq; similes fidos Christi servos cadere potuit,* Cont. Bez. c. 24. p. 289 *ut sua abuterentur potestate, proclive fuit, & est alijs Episcopis, quos Deus non tanta munivit gratiâ. Idcirco prudenti consilio legibus adstricti fuere sequentium seculorum Episcopi: ne suâ potestate abuterentur. Quas leges ex conciliorum & patrum monumentis quivis petere possunt.* Hæc eo adferuntur, ut ordinatio per solum Episcopum inviolata semper permaneat, juxta antiquos Canones: quibus adstringi æquum omnes putat, etsi Timotheus hujusmodi Canonibus opus non habuit, ob insignem qua munitus erat gratiam. Revocandum hic in memoriam est, quod habet Lous. Disputat ille exactam regiminis Ecclesiastici formam pro nova Ecclesiâ in verbo præscriptam non esse, ut olim in veteri Synagoga: quia spiritu prudentiæ Deus novam Eccle- Quærimonia Eccles. p. 86.

siam

siam tam planè instruxit, ut tantam non requirat prescripti onum molem. Hec adfert ut probet, penes Ecclesiam spiritu prudentiæ instructam esse disciplinæ essentialia, prout res tulerit, immutare. Non abludit Remonstrator. pro mutabilitate etenim disciplinæ disputans ita habet. *Deus nobis usum Christianæ libertatis, & spiritus doni Ecclesiæ dedit: ut eisdem disciplinetur, quod ad eas materias, quæ in verbo non continentur.* Supponis autem formam regiminis Ecclesiastici in verbo minimè contineri Ob gratiarum defectum astringit Episcopos antiquis Canonibus Hadrianus Saravia: ob gratiarum abundantiam, ne verbo Dei quidem, astrictam esse Ecclesiam dicit Lous & Remonstrator, in disciplinæ forma. Nullam tu hic opinionum differentiam adnotas? Sic autem disputamus nos. Si verbo Dei in essentialibus disciplinæ non adstringamur: tum juri Canonico in circumstantialibus multò minus. Si dona spiritus habeat Ecclesia, ad novam formam disciplinæ condendam: tum Dona spiritus multò magis habet, ad novos Canones condendos de accidentalibus disciplinæ: quod si habeat, jus Canonicum abrogare Ecclesiæ licet. Ad Saraviam verò quod attinet, non ille quem tetigit gratiarum defectus Canonibus antiquis abrogandis obstabit: quum gratiam tantam, imò & majorem habeat præsens Ecclesia, quam antiqua habuit ad Canones, pro se regenda, de novo, condendos: sic ut illis jam veteribus eam adstringi non sit opus. Magis ergo opus habeat Ecclesia ut Canonibus pluribus adiuvetur quàm Timotheus: Dico Canones qui in scripturis habētur sufficere, ut presens ecclesia (rescissis antiquis, minus huic tempori accommodis) Canones de suo condat: iuxta illa ipsius Bilsoni. *In Synodis, timor domini & institutio Apostolorum ad omnia sufficit.* Non fert Bancroftus ista. Quum non absque violentiâ, hoc in nostra persona, sarcasmo sævit. *Si legi ulli Ecclesiasticæ obedientiam concedimus: illa sanciatur à nobismetipsis: apage omnes veteres & constitutiones antiquas?* At leges nos nullas condimus absque luce scripturæ præeunte, à nobismetipsis: & quæ in scripturis conduntur Canones, a nobismetipsis proficisci dici non possunt: Hanc verò regulam sequentes, nosmetipsos legem condere quis vetabit? Quid, rejectis veteribus constitutionibus? Quid & veteres constitutiones refigere apud Bancroftum, nefas? Sic quidem videtur: idque non solum hoc loco: sed & alibi: cap. etenim 2. p. 16. quasi indignum facinus objicit Genevæ, quod jus Canonicum abrogavit: Dixíne igitur in initio absque causa iuris Canonici observationem Anglicanam libertatem Ecclesijs Christi adimere?

[Margin: c.1.p.9. — Cant Apol. pag.184. — p.324.]

10 A Cornelio etenim Scultingio papistisq; reliquis, (quantum ego quidem consequor) Bancroftus nihil differt. *Fontes legum Ecclesiasticarum inveniuntur in scriptura: Deinde in canonibus Apostolorum & aliorum sequentium Conciliorum.* Rursus: *Nicæni patres mansuras in finem mundi leges Ecclesiasticorum Canonum condiderunt. Quare dicant & scribant Puritani non ex patribus sed solis scripturis hauriendam esse disciplinam.*

[Margin: Lib.5.p.13. — Lib.1.p.11.]

Digitized by Google

plinam. Hos porro deinceps confutat, argumento de immutabilitate antiquorum Canonum Bancroftiana, ex Leone epist. 53. *Nihil contra sacrorum Canonum constituta agendum.* Epist. 54. *Providendum ne paternarum regulæ sectionum violentur.* Epist. 62. *Tanta est apud me Nicænorum canonum reverentia, ut ea quæ sunt à sanctis patribus constituta non patiar nec permisserim aliqua novitate violari.* Rectè quidem his verbis postremis seipsum Leo interpretatur: non ob novitatis studiũ, refigenda antiqua statuta sunt: quæ tamen studio pietatis, vel causæ commodioris utilitatis refigenda esse, vel ipse confitetur alibi. *Sicut quædam sunt quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt quæ pro necessitate temporum, ac consideratione ætatum oporteant temperari.* Similiter Gregorius: *Regulæ patrum traditæ sunt, prout res postulare videbatur, temporis, loci, personarum, reiq́ ipsius habita ratione.* Hæc cum in ius Canonicum relata sint: ius Canonicum licitè abrogari posse, vel ex ipso iure Canonico patet. Stupenda igitur Scultingij vox, *Canones Nicænos ad finem seculi manere oportet*: Canones ipsi Apostolorum Act. 15. æterni non erant, sed pro circumstantiarum varietate mutabiles: imò causa cessante, cessare ipsi non solum potuerunt, sed ut habet Lyranus, debuerunt: & Canones tamen juris Canonici æterni & immutabiles?

Decreta p. 1. dist. 14. c. 2.

Dist. 29. c. 2.

11. Quartò, iure Canonico condemnati sancti martyres, Mariæ temporibus, in agro Ferrario, exusti rogis sacrificabantur: nonne igitur meretur ius ipsum Canonicum, eodem loco, eodemque modo ut sacrificaretur? At non nostro jure Canonico condemnati illi erant, sed papali. Quoad processum juridicum plane nostro: sed missum hoc fiat: nostro iam quot, & quanti, degradati, depositi, bonis omnibus exuti, miserijs & calamitatibus obruti, quibus mori fuisset satius? Appositum hîc Chrysostomi exemplum per Canonem quendam Arianorum, Constantinopoli exauthorati. Ita Socrates: *Cum diceret Iohannes hunc canonem non ad Ecclesiam illorum, sed ad Ecclesiam Arianorum pertinere (nam qui Antiochiæ ad fidem consubstantialis tollendam convenerant, præ odio versus Athanasium recepto, hunc canonem ediderant) reiecto illius responsio, contra eum sententiam pronunciarunt: illud neutiquam animis complexi, quòd qui hoc canone usi fuissent, etiam Athanasium abdicaverant.* Viva hîc imago processus juridici Episcopalis, adversus fideles verbi ministros abdicatos. Cur nobis a Canone Papistico provocare non licet, perinde ac Chrysostomo ab Ariano? Cur Canon Papisticus ad Ecclesiam nostram pertinet, magis quàm Arianus ad Ecclesiam etiam Orthodoxam? Indignum facinus moliti tum Episcopi sunt, quum propter violationem Canonis Ariani abdicarunt Chrisostomum: & indignum nihil ab Episcopis Anglicanis committitur, quum propter violationem Canonis Papistici, fideles præcones Evangelij tantos, tam multos, tam misere tractatos, ab Ecclesijs amovent?

12 Quinto, gravamina à iure Canonico in ipsum gregem quanta

redundant? In mentem veniat, quantos clamores excitare Hierarchici solent in Seniores: quia Ecclesiæ onerosi futuri essent, si admitterentur: obliti interim quantum onus per jus Canonicum invehatur, in alendo Episcopo pomposo domino, in alendis Canonicis, Cantatoribus, Officialibus, Notarijs, Advocatis, Apparitoribus, reliquaque cohorte, de quibus meritò illud ex poeta repetere possis. *Nos merces sumus & fruges consumere nati.* Mitto curiarum fraudulentas expilationes, quæ à totis provincijs exiguntur: vel hoc quàm onerosum, quod longo itinere ad ecclesiam suam Cathedralem, sæpe remotam per viginti aut triginta millia passuum, contentendum cuiquam sit qui litem habet adversùs suos, idque non sineingenti opum suarum iactura. Æquitatem verò Mosaicæ legis, qua in portis cuiusque civitatis, quæque lites iudicabantur, reformatæ Ecclesiæ imitantes, toto hoc onere suos levarunt, in quibus per presbyteria sua, lites quæque (ut vult Cyprianus) terminantur, ubi primo ortæ sunt. Quid quòd litium dilatio, ad civium incommodum, vel a mane usque ad vesperam Deo displiceat. Exod. 18? Iam verò inter legem civilem ab omnibus nationibus velut æquissimam in usu receptam, & ius Canonicum ab omnibus ecclesijs reformatis explosum hoc interest: quod non vltra annos tres ad ultimum in iure civili lis prorogetur, sed quibus expletis, cessat mox actio: jure verò Canonico terminus nullus, nullus finis litigandi est: ut taceam artes, quibus ad emungenda litigantium marsupia, protelationes, & dilationes hij Davi comminiscantur: sic ut non paucis acciderit, ut nè per totam quidem vitam, litis exitum videre possint. Atque hoc argumentum nostrum ab effectis quintum est.

13 Sexto & ultimo, disputamus a nostrorum testimonijs. Num jure Canonico regi ecclesiam Martinus Lutherus voluit qui & ius canonicum igni comburendum curavit in aperto foro Wittembургensi, & (quod in eo Cornelius Scultingius abhominatur) Decretalia excretalia appellare consuevit? Num jure Canonico regi ecclesiam voluit Calvinus qui Institut. lib. 4. c. 10. jus canonicum, evanidum vocat disciplinæ spectrum, quo nomine, apud eundem Scultingium vapulat? Num jure canonico regi ecclesiam vult Philippus Mornæus, qui hoc ipsum deplorat, quod unquam consarcinatum fuerit? Num jure denique canonico regi ecclesiam voluit Guilielmus Whitakerus; qui ita de eo loquitur. *Ius Canonicum Decretale & Pontificium, apud nos nullam vim habere debet, quia Antichristianum est, & ab omni pietate & religione omnino abhorret.* Porrò ut a nostris dissonant Hierarchici, ita argumentis Scultingianis atque Papisticis viam muniunt, ut colligere cuiquam promptum, ex verbis istis. *Gravissima, maximique momenti quæstio est, disciplinæ ex iure canonico: faciens contra Anonymū puritanum Rupellensem, qui scribens contra Calvino-Papistas, ius canonicum in disciplina penitus rejicit.* Atque hæc contra jus Canonicum argumenta nostra sunt: iam Hierarchici audiendi.

Lib. 3. p. 91.

Histor. papat. p.

Lib. de Concil. q. 2. in fin.

CAP.

CAP. XXXIII.

Argumenta Hierarchica pro iure Canonico refutantur.

PRimò objiciunt, nos juris canonici abrogationem postulando, nihil aliud quærere quam immunitatem,& a legibus plane omnibus solutionem : sic enim nos loquentes inducit R. Bancroftus. *Exclamant de iure canonico, crucifige,crucifige,tolle, illo regi nolumus, nolumus recipi. Quasi dicerent, exleges sumus, regulas & ordinationes detestamur,quod bonum videtur in oculis nostris id faciemus.* Primò,videat Bancroftus ne ad Pharaonem quam proximè accedat,populo Dei, id tum querenti quod iam nos, (ut excusso humano jugo, libere Deo secundum illius voluntatem in verbo suo patefactam serviamus) haud absimiliter (ut mihi quidem videtur) immunitatis desiderium objicienti. Exod.5.4. *Quare abstrahitis populum hunc ab operibus suis, abite ad onera vestra. & v. 8. desides sunt, idcirco clamant, abeamus, sacrificemus Deo nostro & v. 9. Aggravetur hæc servitus super homines istos, & operentur in ea, neque attendant verbis falsis.* Secundo , an exleges nos, qui verbo Dei & nos & Ecclesiam regi cupimus: annon Hierarchici exleges potius, qui perinde faciunt,quod ad regimen Ecclesiæ,quod illi exleges in Psalmo, 2. 5. *Disrumpamus lora istorum : & projiciamus à nobis densos funes istorum?* Tertio, legat quis Synodum Middelburgensem anno 1581. Dordracensem anno 1574. Generalem Synodum Belgij, Germaniæ, & Galliæ anno 1478. Concilia Ecclesiarum reformatarum Franciæ anno 1559. 61. 62. 63. Synodum Lugdunensem anno 1563. Synodum Palatinensem anno. Synodum Ecclesiarum Belgicarum, habitam Embdæ anno 1571. &c. num is reformatos pronunciabit exleges qui non solum leges sibi condunt,sed & leges eas, quæ summam severitatem spirant; tantum abest,ut immunitatem sibi querere videantur ? p.324.

2 Objiciunt secundo factiosum novitatis studium, & inde declarant,quanta incommoda sequantur, ex veterum legum mutatione: quibus cum alibi à me abundè responsum sit, non est quod hoc loco expectet multa lector. Salicá lege fune ad collum suspenso prodire debet qui legem novam suadet; & apud Æginetas ratum est, ut qui novæ legis condendæ occasionem dat, invisus omnibus & execrabilis maneret: Disputat Aristoteles mutare leges esse infirmas facere leges: politic. lib. 2. c. 8. Disputat Tholossanus lib. 10. c. 5. ex Cleonis sententia apud Thucydidem. *Melius agi cum civitatibus, quæ malis legibus constanter vtuntur, quàm qui pro bonis mutant: quia non tantum proderit qui corrigere perget, quantum nocebit assuefactio superioribus non parendi,* Disputat Bodinus denique de Repub. lib. 4. c. 3. & 4. [ipsam vetustatis speciem tam charam cuique esse, vt lex antiqua sine magistratibus facilè se tueri possit: legum verò novitas vix vlla premiorum spe, aut metu penarum, aut magistratuum officijs, consistere possit.] Alexand. ab Alex. lib. 6. cap. 14.

Digitized by Google

re possit.] Hæc quanquam meram spirent prudentiam carnalem, quæ spiritui inimica, est: reformationem tamen disciplinæ in Anglia, non levibus remoris, impediverunt. Primò autem, nullas leges Ecclesiastici condunt, sed Canones potius, ut erudite Duarenus adnotavit: qui pro varietate locorum, & temporum, variari debent: vt supra ex ipso iure Canonico demonstratum. Secundò, magna pars Hierarchicorum, Whitgiftus, Hookerus, Sutclivius, Bridgesius &c. formam ipsam regiminis Ecclesiastici, & in essentialibus mutabilem contendunt: jus tamen Canonicum id est papisticum apud nos mutare nefas? Tertiò, pręcipit Deus ut *statuta sua observentur, non patrum, quanquam antiquissima* Ezec. 20. 18, 30. & relata est in ipsum corpus iuris Canonici sententia ista Augustini & Cypriani: *Quælibet consuetudo quantumvis vetusta, quantumvis vulgata, veritati omninò est postponenda, & vsus qui veritati est contrarius, est abolendus.* Ita nuper Benignus Milletotus. *Imprudens imò temerarius conatus indicatur, mutare velle quod tam longo consensu omnium, constans & fixum habetur. Ac sanè non temerè faciendæ mutationes, ne legis authoritas vilescat, quæ tempore præsertim & longa consuetudine confirmatur. At cum euidens & certa vtilitas, imò necessitas animos excitat ad veritatem ex densissimis longi ac diuturni erroris tenebris eruendam: sanè sine metu, sine temporis aut diuturnæ consuetudinis respectu, tenemur eum apertè profiteri. Hoc exigit veritas cui nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non priuilegium nationum.*

De Benefic. in præfat.

Distinct. 8. c Si consuet. De casu privilegiato p. 3 & 4.

Tertul. de virg. veland.

p. 324. Dialog. 3. de alb. diabol.

3 Tertiò, obijcit Bancroftus ita. *Viretus videns quanquam serò, quanta incommoda disciplinæ nostræ accrescerent ex iuris Canonici abrogatione ita habet. Pulchram in ecclesia reformationem arbitrati sunt, omnes Canones & decreta abolere vnà cum statutis quæ antiqui patres & Doctores ordinarunt, ad rectam in Ecclesia disciplinam conservandam. Quod maximè Viretum urebat illud erat, quod hoc modo principes à iugo disciplinæ colla sua exemissent. Atque hoc est, quo puritani iam nostri ringuntur: quod in actu parliamentario providetur, ne quid juris Canonici valeret quod legibus hujus regni, aut regali prærogatiuæ contrarium sit. Non etenim cogitare possumus quin intima eorum corda Viretus denudarit.* Primò conqueri Viretus potuit de antiquorum canonum (quos ille putavit vtiles) abrogatione: vt interim jure Canonico ecclesiam regi nollet, vt noluisse certum est. Secundò intima cordis nostri denudare Viretus quomodo potuit: cum teipso dicente in tantum ab eo dissideamus, ut pro iure canonico retinendo contenderit ille, nos pro eodem abrogando laboremus. Tertiò, notum toti mundo est, juris Canonici abrogationem exposcere reformatos: primò quia regali prærogatiuæ Iesu Christi qui rex est regum, deinde verò quia regali prærogativæ terrenorum regum & principum contrarium est: sic vt istâ Bancrofti calumniâ nihil putidius, sicut nihil virulentius cogitari possit.

p. 328. 4 Quartò, obijcit Bancroftus. *Si quid in iure canonico occurrat quod ipsis*

ipsis usui esse possit: inde illud ferri contenti sunt, & sibi ipsis laudem adscribere eam, quæ veris authoribus debetur. Cartwrightus, ceteraque fraternitas, in essentiali disciplinæ delineatione sua, plusquam septem ex octo partes ex iure Canonico, antiquisque constitutionibus, delibarunt. Primò notetur hoc testimonium de disciplinæ reformatæ antiquitate. Delineationem essentialem disciplinæ, quam exaravit Thomas Cartwrightus non ille ex canonico iure hausit, sed ex solo Dei verbo: quôd autem plus quam septem illius ex octo partes in veteribus constitutionibus reperiatur: nec adeo episcopale regimen antiquum est, ut præ vobis fertis: nec disciplina reformata adeò nova, ut sæpè declamitare soletis. Secundò, *Gratianus* (inquit D. Mornæus) *decretum consarcinat ex Canonibus & decretis antiquis, quæ quidem ipsa pluribus locis ad temporis corruptelam accommodat: quanquam multa nobis vestigia relinquit, quorum ope, aliquam Ecclesiæ & doctrinam & praxim, investigare sedulò quærentibus datur.* Hæc vestigia in doctrina indagare nostri solent, eaque citare adversus pontificios, etsi doctrinam juris Canonici alioqui detestentur: quid ni igitur & reformatis liceat, ea in disciplina contra Hierarchicos allegare, etiamsi disciplinam alioqui canonicam nec immeritò condemnent. Consulatur vel vnus ille Hierarchicus Thomas Bilsonus: omnium corruptissimum in citandis patribus Gratianum afirmat: qui tamen Gratianum vrgere contra Rhemistas neutiquam cessat. Quàm verò frivolè hinc deducitur, iure Canonico regendam Ecclesiam concedere nos oportere, quòd quędam nonnunquam ex eodem allegare soleamus? Scultingianum hoc argumentum esto: id est, ineptum & puerile: sic etenim ille, eodem prorsus modo. *Optmè iudicat Bucerus ut & Zepperus suprà, conciliorum canones & quæ Gratianus congessit ex conciÿs varÿs & sanctorum patrum rescriptis a dist. 23. ad dist. 96. legenda esse de munere Episcopali. Rectè sentit Gratianum plurima dignissima lectu & in Ecclesiis restutum necessaria continere, quæ sancti patres ex ipso spiritus sancti canone, de sacris ministerÿs desumpta perquam commodè explicarunt, quæ adversantur Anonymo libro Rupellensi qui docuit in negotio disciplinæ solas scripturas consulendas, nec esse ullo modo ad ius canonicum recurrendum.* Quod ad Zepperum, in meo exemplari nihil aliud quàm quædam ex Gratiano citat: quod ad Bucerum, additamenta sunt cerebri Sultingiani, quæcunq; hinc legis, prę terquam ilia de lectione Gratiani à distinct, 23. ad 96. Distinctio verò 23. hunc in modum auspicatur. *Breviter quæ inter Ecclesiastica officia sit differentia monstravimus.* Quid igitur? legi non vult Gratianum Bucerus in eis canonibus, quia differentiam Episcopi superiorem continent: sed in eis tantum qui illius tanquam paterni pastoris conversationem depingunt, quales illi sunt qui à dist. 23. usque ad distinct. 96. decurrunt. Atque hæc de fundamento extraneo Hierarchicorum nono: Iuris nempè Canonici practicatione.

Hist. papat. 308.

Cont. Apol. p. 1. p. 66.

Lib. 3. p. 91

Digitized by Google

CAP. XXXIV.

Argumentum X. Hierarchicum, a Scholastica Theologia.

SEquitur decimum, maximè omnium Papisticum: Scholastica nempè Theologia, iuris Canonici germana soror, sicut à Lombardo, Gratiani ex pellice, germano fratre conscripta primò est. Hujus compilationem haud secus atque juris Canonici deplorat Mornæus: presertim cum scripturis reiectis, unus Gratianus consuli indè cęptus sit, uuus in scholis prælegi Lombardus: sic ut hæresis censeretur, Thelogiæ fontem, in sacris veteris atque novi testamenti scripturis penitius investigare. Hinc dixit Canus, hæresim Lutheri, Melancthonis, & Wiclephi, cæterorumque qui eos secuti sunt ex scolasticorum contemptu fluxisse: quod ut verum sit, nihil tamen hinc labis religioni nostræ accrescere defendit Reynoldus, quia a scriptutis & patrib[9] ad scholasticos descendere nihil aliud sit, quam si quis a rege & a concilio regis, ad servos ipsius viliores provocet. Quò maior Hierarchicorum culpa est, qui disciplinam in verbo descriptam deserentes, eam nobis obtrudunt, cuius fundamenta nulla alia sunt, quam quæ ex fætidis scholasticæ Theologiæ lacunis hauriri possunt, imò & solent etiam. Quod etenim Reynoldus adversus Hartum, id iam nobis adversus Hierarchicos dicere fas est. *Scripturæ dicis causa prætenduntur: Canonistæ revera & scholastici, duæ illæ columnæ sunt, quibus papismus* (& ipsa papistica Hierarchia Anglicana) *ut olim Dagonis domus sustentatur.* Cernere hoc in Georgio Downamo est: qui nonne & statum quæstionis terminis scholasticis explicat, & Hierarchiæ fundamentam in trita vulgataque scholasticorum distinctione collocat? Sic enim habet. *Clavis est duplex: ordinis, & Iurisdictionis. Iurisdictionis est duplex, In foro interno, & in foro externo. Clavis ordinis communis est & par in omnibus, clavis iurisdictionis in foro interno, presbyteris competit: iurisdidictio verò in foro externo Episcopis solis propria est.* Hæc medulla est mysterij Hierarchici, hoc fundamentum Episcopalis majoritatis, hoc robur denique eorum omnium, quæ in disputationibus Hierarchicorum proferri solent, ad regimen suum Ecclesiasticum statuminandum. Quàm verò indignum sit, tueri Evangelicos ejusmodi regimen, cuius fontes a scholasticis hnnc in modum repetuntur; ostendunt ista quæ sequuntur argumenta.

Hist. papat. 308.

Loc. Theolog. lib. 8. ca. 10.

Collat. cum Hart. c. 2. Divis. 3.

Primò, consideretur circumstantia temporis, quando hæc distinctio Hierarchica; & circumstantia personarum, à quibus excogitata est. Nonne enata est in medijs papatus tenebris? nonne genita a locustis? Certè, Theologiam scholasticam, partem illam fumi Apocalyptici statuit Brightmannus, quo sol & aer obnubilatur: idque fortè non immerito. Accede etenim ad lucem scripturæ, eâ claves ex æquo tribuuntur omnibus, uti à nostris contra papistas abundè probatum

Digitized by Google

batum est. Quæ igitur Theologia eas diuidit in claves ordinis pares, & claves jurisdictionis impares: nonne fumum affundit clarissimæ scripturarum luci, & claves cœlestes, in abyssi claves vertit? Quod vero harum clavum fabri & fabricatores, Scholasticos intelligo, locustæ Apocalypticæ fuerint: ex constanti ætatum subsequentium omnium, & testimonio & calculo constat. Accusat etenim eos tanquam curiosos Iohannes Gerson, Bonaventuram verò laudat, quòd scholas ab ista curiositate, ad solas scripturas revocare annisus sit. Nicolaus Beroaldus Doctor Sorbonicus de scholasticis conqueritur ita. *Sophisticis nugis arcanæ cælestesque literæ jamdiu nimium depravatæ sunt & obruptæ. Non enim studiosorum ingenia exacuunt captiunculæ istæ, & tricæ spinosæ, ut plerisq; persuasum est, sed mentis succum omnem exhauriunt, adeoq; à studio pietatis abduxere nonnullos recentiores, ut plerisque ex eis qui vulgò Theologi vocantur, ne Evangelium quidem totum adhuc Pauliq; epistolas, Christiani scilicet dogmatis, Orthodoxæque fidei fundamenta, legere ediscereque vacaverit.* Robertus Gallus ita, qui floruit anno 1290. *Fui videns in spiritu, & ecce vir circumibat, panem delicatum portans in humeris cum vino optimo, dependebantque panis & vinum per latera ejus, ipse verò tenebat manibus lapidem oblongum durissimum, dentibus rodens illum, ut famescens circa panem agere solet, nihil autē agebat; & ex lapide egrediebantur duo capita serpentina, & instruebat me spiritus domini dicens. Lapis hic quæstiones inutiles & curiosæ sint, in quibus famescentes laborant animarum substantialia relinquentes. Et dixi quid ergo capita illo dicuntur? & dixit. Nomen uni vana gloria: alteri, dissipatio religionis.* Catal. Test. Lib. 16 p. 1518. Lib. 17. p. 1663.

3 Nicolaus Clemangis, ad scholasticam Theologiam accommodat illud Pauli; *Languent circa quæstiones & pugnas, &c.* Et comparat eam fructibus lacus Asphaltitis, qui foris speciem pulchram habent, sed intus fumum & cinerem. Adjicit Iohannes Iuellus ex Erasmo contra Scholasticos, eos adeo scripturæ ignaros fuisse, naturali verò scientia tumidos, ut portenta genuerint impudentia, & adeo insulsa, ut videantur suibus ea scripsisse, non hominibus. Thomas Morus Scholasticos deridendos proposuit, nec immerito inquit Thomas Mortonus Hierarchicus. Approbata ista de scholasticis vox fuit. *Quam miserabile est de istis sophistis fundamenta religionis repetere?* de quo index expurgatorius, *Deleatur.* Calvinus Scholasticos Sophistas vocavit, qui suas norunt fraudes detegere: propter quod, Calvinum magnum nebulonem Salmeron Iesuita appellat: defendit vero Calvinum Mortonus & insuper addit de suo. *Probabo scholam vestram iamdiu emporium quoddam sophismatum, & strophoarum ineptissimarum extitisse.* Videre hinc licet, quanto potiori jure disciplina reformata sit, quæ cum Bonaventura, & Gersone, & Beroaldo ex sola scriptura fundamenta sua repetit: quàm Hirerarchica, quæ ex curiositate Scholæ juxta Gersonem, & sophisticis scholarum nugis, juxta Beroaldum, serpentino capite, & lapide durissimoscholasticarum juxta Gallum, Epist. de stud. Theol. Defens. Apol. p. 5. c. 12. d. 2. Apol. p. 2. l. c. 22.

ex

ex emporio denique sophismatum juxta Mortonum, hausta & delibata est. Argumenta nostra fructibus Sodomæ comparat Bancroftus, sed si Nicolaus Clemangis verus, domum redeat oporteat calumnia hæc, unde primò progressa est. Quàm miserabile est inquit Ramus ab ipsis sophistis fundamentum religionis repetere: miserabilis ergo Georg. Downami causa est, cujus hinc fundamenta petuntur. Qui suibus, Erasmi judicio, scripserunt, in causa disciplinæ, nonne cum suibus ipsis ad haram amandandi sunt?

4 Sicut suspecta disciplina Hierarchica esse debet, quòd illius fundamenta ex scolasticis repetuntur: ita quòd illius firmamenta etiam scholastica sunt. Ita Aventinus de Lombardo, & scholasticis, apud Dominum Mornęum. *Lombardus sacrosanctæ philosophiæ veritatem, fontemque purissimum, sicut plus millies à Iacobo Fabro & Iodoco Clitoveo præceptoribus meis accepi atque audivi, cæno quæstionum, & rivulis opinionum conturbavit, id quod & usus rerum, nisi cæci sumus, satis superque docet.* Ita Iohannes Reynoldus: *Illotis pedibus sanctuarium Domini ingressi sunt, unde philosophiâ Theologiam polluerunt, naturali rationis lumini plus nimium addicti.* Post, sophisticam & dialecticam eis objicit, quo nomine eos cavere jubemur, 1. Tim. 6. 20. *Nam oppositionem illam scientiæ*, quæ est à Paulo condemnata, in scholasticis exuberare dicit. Perspici hinc licet, quid de oppositione Hierarchica sentiendum: sanctam etenim disciplinam cœno scholastico infecerunt, qui haud minus in causa disciplinæ, quam in causa doctrinæ illotis pedibus sanctuarium Domini ingressi sunt. Quod igitur de Nerone primo persecutore Christianorum: id nos de scholasticis distinctionis Hierarchicæ Downamianæ inventorib⁹ primis dicere possumus. [Tali dedicatore damnationis nostræ gloriamur.] Porro tela Hierarchica omnia, ex horum ipsorum armamentario depromuntur: ex lumine scilicet naturali, ex philosophicis ratiocinijs, imò sophisticis argumentationibus: ut dijudicare cuivis facile, qui eorum scripta legit, altercationes pręsertim logicales illas, quæ apud Downamum, atque Remonstratorem scatent. Non placet hæc subtilitas Iohanni Iuello, qui hos patres producit, *Verba philosophorum excludit simplex veritas piscatorum.* Ambros. de Incarnat. cap. 9. *Non in dialectica complacuit Deo salvum facere populum suum. Regnum Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.* Ambros. de fid. lib. 1. cap. 3. *Sapientes huius seculi* (vivida Hierarchici scriptoris descriptio) *videntes absque Grammatica & peritia philosophica consurgere muros Evangelij, velut cum irrisione quadam dicunt: perfacile hoc posse destrui calliditate sermonum, per astutas fallacias, & argumenta dialectica.* Origen. in Cantic. Homil. 4. Citatur in hanc rem à Gratiano Hieronymus. *Vino inebriantur qui sacras scripturas malè intelligunt atque pervertunt: sicera, qui aluntur seculari sapientia & dialecticorum tendiculis.* Recognoscant istinc insignia sua Hierarchici?

Annal. l. 8.

Collat. cum Harto. c. 2. D. 3.

Apolog. c. 5.

Def. Apol pa. 6. c. 3. D. 3.

Distinct. 37. Ca. Vino.

5 Tertiò, quæ Paulus *de litigio verborum vitando monuit*, 1. Tim. 6. 4.

ea in

Digitized by Google

ea in scholasticis exuberare, non absq; causa docet Reynoldus: quos Hierarchici imitari non erubescunt. Num voces istæ ordinum & Iurisdictionis in sacris literis occurrunt uspiam? aut etiam in scriptis patrum, aut in probato scriptore ullo ante tempora scholasticorum, de quibus tamen à scholasticis mutuatis tanta jam litigia excitant? Rectè Thomas Bilsonus: *Scitis eos omnia confundere posse verborum æquivocationibus, si ludere & nugari libeat: sed omnibus Doctoribus litigium verborum interdixit Paulus.* Contr. Apol. p. 237.

6. Quartò, in discipulis scholasticorum reprehendit Reynoldus, *quod argumentis veris constricti, excogitata distinctione aliqua evadere soleant: quod vilis & degeneris ingenij, Ludovici vivis judicio, indicium est, quum qui sunt ingenui, potius respiciant quam id sit verum quod defendant: quàm quo modo possit defendi, veritatem quam victoriam pluris æstimantes.* Collat. cum Hart. cap. 1. D. 2. De cons. corrupt. art. l. 1. Iam verò quis non videt, ad eludendam argumentorum nostrorum vim; hanc distinctionem, seu ut verius dicam, divulsionem Iurisdictionis, & Ordinis, scholasticorum, ab Hierarchicis usurpatam? De cujus falsitate nihil ego jam dicam: alius erit ea de re dicendi locus: de vindicanda solius scripturæ authoritate jam laboro: sic ut huic loco satius sit, si ostendero hanc distinctionem esse explodendam quod in scripturis non reperiatur: quòd si etenim legitima responsio hæc nostra non sit; malè Pontificijs scriptores nostri responderunt, qui hoc argumento eorum frivolas distinctiones passim profligare solent. Ad distinctionem de dominio Papæ in principes, directè & indirectè, quid respondet Bilsonus? *Nihil hoc aliud est, quam pauperculum subterfugium, à vobis excogitatum, ut Dei mandatum prævaricemini.* Cont. Apol. p. 157. Ad eandem distinctionem ita Saravia: *Apage distinctionem sophisticam ad eludendam vim argumenti inventam.* Cont. Gretz. Cùm dixisset Hardingus, datam quidem fuisse Math. 16. extraordinariam potestatem omnibus, ordinariam verò uni tantum: hoc Iuello respondendum videbatur. *Non refert quid dicit, præsertim cùm absque ulla ratione aut authoritate præterquam sua loquatur. Quis ex antiquis Doctoribus & patribus hanc distinctionem vidit?* Defens. Apol. p. 2. c. 3. D. 4. p. 2. c. 2. D. 1. Rursus distinguenti Hardingo, Christum Ecclesiæ quoad internum influxum, Papam quoad externum regimen caput esse, respondet, *Ex teipso solummodo loqueris, aliam authoritatem aut scripturarũ aut doctorum nullam affers?* Succeditur Petro inquit Bellarm. quia erat ordinarius pastor, non cęteris quia erant legati: Quid ad hæc Math. Sutclivius. Hoc nempe inquit sufficere putat. 159. *Hæc distinctio merum est somnium, absque scriptura, absque ullo antiquitatis testimonio, nemo in commentarijs, &c.* Ad distinctionem papisticam, Papam ut Papam errare non posse, ut privatam personam posse, respondet Whitakerus. Cont. 4. 9. pag. 734. Facilè possunt Adversarij per hanc rimulam ineptæ distinctionis evadere: ideo hoc subterfugium excogitarunt. q. 1. p. 68. Distinguenti Bellarmino inter caput Ecclesiæ principale & ministeriale, respondet: *Nullo hæc distinctio scripturæ nititur fundamento, ideoque merito explodenda est ex scholis Theologicis.* Stapletono

distinguenti inter fundamentum ἁπλῶς & πῇ respondet: *Si semel ea lex & consuetudo obtinuerit in theologia, ut liberum sit cuivis distinctiones comminisci; nihil in omni religione fixum, certumque permanebit. Quis enim non eo modo quidvis labefactare poterit? Explorandæ igitur distinctiones diligentius & dijudicandæ sunt: eaque magni æstimanda Regula est, nullas in Theologia probandas distinctiones esse, nisi quæ apertis scripturarum locis nituntur. Nam ut in philosophia distinctiones absurdæ repudiantur quas ratio refellit: sic putare oportet nullam theologicam distinctionem, nisi quam vere nativam, atque ex ipsis scripturis desumptam esse constiterit.*

q.2.p.246.

7 Bellarmino distinguenti inter Petrum ut Apostolum, & Petrum ut ordinarium pastorem respondet. *Quis insomniorum & distinctionum modus? Non quidvis fingere licet. Distinctionis ludibrium istud est.* Rursus: *Cum claves Math.* 18. *promittantur omnibus, quid Iesuita nunc sibi reservavit quo se in posterum tueatur? distinctionem, quæ ut cætera deficiant nunquam deerit. Quis enim causam perderet, quam distinctione tam parabili possit defendere?* Alibi. *Quid ergo statuit de jurisdictione Episcoporum? Estnè divini an humani juris. Hic nunc iterum distinctionem adhibet: sed malè pereant distinctiones sophisticæ, quæ falsitatis & hæresis tuendæ causâ excogitantur.* Ita Hadrianus Saravia ipse. *Inanis & sophistica est omnis distinctio & fallaciæ plena, quam quis scriptis sive sacris sive prophanis inducit, non ab illis desumit. Regula iuris est, non esse distinguendum ubi lex non distinguit.* Ad eundem sensum Tho. Mortonus Hierarchicus: *In uno genere artificij sophistici, videlicet distinguendi nimia subtilitate insistam: quo dum scholastici discipulos suos, ex errorum latebris explicare videri volunt, multo magis eos intricarunt. Cum tamen hæc immota lex distinguendi esse debeat.* NON EST DISTINGVENDVM VBI LEX NON DISTINGVIT. Hæc ita cum sint, non est quòd Hierarchiam nostram magis quàm papalem quis admiretur: cum eodem, inter ordinem communem, & jurisdictionem quibusdam reservatam distinctionis fundamento nititur: adversus quam si nihil aliud adferre possemus, sufficeret tamen, quod à scholasticis locustis inventa sit, quòd non antè Ægyptiacas papatus tenebras prodierat: quòd sophisticen sapiat, quod novitatem, litigiumq; verborum inferat: quod deniq; in lege, in scriptura, ejusdemq; apertis locis nullis reperiatur. Atque hæc de fundamento extraneo Hierarchicorum decimo: Scholasticæ nempè Theologiæ imitatione.

p.179.

Apol.p.2.
lib.2. p. 22.

CAP. XXXV.

Argumentum XI. Hierarchicum à multitudine.

SEquitur undecimum, à papistis etiam mutuatum, nempè a *Multitudine*: quam pluribus modis urgere Hierarchici solent. Primò, æquum esse nuper censuerunt, ut pauciores reformati cum essent (sub ipsius Iacobi Regis auspicijs) pluribus cederent, præsertim cum

Digitized by Google

cum ex ipsis plurimi authoritate pollerent, vel in Ecclesia, vel in republica Anglicana. At coincidit hæc objectio cum papistica illa, quacum luctatur Iohannes Whitus Hierarchicus, qui pro nobis respondet ita. *Non est absurdum neque impossibile, hominem privatum & in optima quaque Ecclesia errorem dispicere: qua causa ecclesiam judicare potest, & præferendum illius judicium est, ut quidem papistæ ipsi minimè negant.* Eos verò recenset alibi. Citat Panormitanum de Elect. Extravagat. cap. signif. *In rebus fidem concernentibus, judicium unius privati hominis præferendum est Papæ & toti concilio, si ille moveatur melioribus rationibus, & authoritatibus novi & veteris testamenti.* Citat Iohannem Gersonem de Exa. doct. p. 1. considerat 5. *Examen doctrinarum de fide non solum ad Papam, & concilium pertinet: sed ad quemcunque etiam in sacra scriptura sufficienter expertum: quia idoneus judex quisque est in eo quod novit.* Rursus: *Quidam Laicus in scripturis adeo excellenter doctus esse potest, ut illius assertio magis credenda sit, quam definitiva sententia Papæ: nam Evangelium magis credendum est, quam Papa. Igitur si talis Laicus, quanquam privatus, veritatem docet, quæ in Evangelio continetur, & Papa illud nescit, vel scire non vult: evidens est, quod illius iudicium sit præferendum.* Citat deniq; Tractat. Interdict. Theolog. venet. prop. 23. *Non salvat Christianum quod Pontifex dicit præceptum suum esse iustum, sed oportet illud examinare, atque se iuxta regulam superius datam dirigere.* Rursus. [Quia Iesuita adeo pro sua multitudine contendit, consideret quod scriptura iubeat, ut omnes examinent ea quæ docentur, 1. Thess. 5. 21. 1. Ioh. 4. 1. eos etiam laudans qui ipsam doctrinam Apostolorum examinarent, Act. 17. 11. mandansque à falsis prophetis cavere, Math. 7. 15. & 24. 4. Esa. 8. 20. Ierem. 23. 16. Rom. 16. 17. & scrutari scripturas. Ios. 18, Ioh. 5. 39. & sensus exercitatos habere, bona a malo discernendo, Hebr. 5. 14. quæ omnia frustra essent, si per lectionem ad certitudinem aliquam pervenire nequiremus, vel eam assecuti tenere adversus multitudinem: sed semper obligaremur rem ad eos referre, qui suspecti sunt, quorumque iudicium illud est, quod examinari debet. Rursus: [Vnus Michaias veritatem defendebat contra 400. Prophetas, 1. Reg. 22. Vnus Paphnutius totum concilium Nicænum direxit. Nicephor. lib. 8. c. 19. Christus & Apostoli toti Synagogæ Iudæorum restiterunt, & Elihu juvenis unus seniores 3. increpavit, Iob. 32. 6.] Citat Chrisostomus Homil. 3. in Act. & Hieronymum in Noah. c. 2. quòd Laicus temerè Doctoribus Ecclesiæ credere non debeat, sed eorum doctrinas examinare: præsertim cum populi aures sacerdotum cordibus sæpe sanctiores sint, ut habet Hieronymus epist. ad Pammach. adversus errores Ioh. Hierosolym. Annon ex his abunde constat, non obligari Reformatos, ut multitudinem sequantur Hierarchicorum quanquam doctores in Ecclesia sint, & ad gubernacula sedeant?

De Eccles. S. 30. p. 127.

Digest. 15. nu.

2 Secunda objectio multitudinis ita ab Hadriano Saravia ponitur, *Mos totius orbis & omnium temporum Ecclesiarum potior esse debet eo,*

De Tripl. Episc. in prolog. *qui est exigui populi & parvi temporis.* Rursus: *Si consensus in aliqua re Doctorum pondus habet, longe gravius illud esse debet quod omnium Ecclesiarum omnium locorum & temporum secum consensum adfert: quàm hujus nostri postremi seculi paucorum.* Atqui consensum superiorum temporum firmum in Theologia argumentum non esse, nos suprà demonstravimus: in præsentiarum satis erit Hadriano Saraviæ Hierarchico, Matthæi Sutclivij Hierarchici responsum opponere. *Consensus cum Ecclesijs antiquis, est nota (Ecclesiæ, ac proinde veritatis,) obscurissima: nam patres sibi invicem in multis adversantur, & hæretici consensum patrum sæpenumero allegarunt, Ariani Originem, Eutychiani Cyrillum, Cyprianum, & alios patres. Deinde à scripturis ipsis sæpe dissentiunt patres: & quod de Arianis dicit Socrates, lib. 1. cap. 6. hoc nonnulli fecere patres: Explicandis scripturis sæpè everterunt. At inquit Bellarminus, Theodosius patrum qui ante sua scripserunt tempora prolatis sententijs hæreticos compescuit. Esto. Nam & nos secundum scripturas plurimum patribus tribuimus: in consensu verò cum patribus tanto minus est præsidij quàm in consensu cum scripturis, quantò his illi minores sunt. Non tamen quæcunque scripserunt patres, ea vel Theodosius probavit, vel nos probanda censemus. Nec tantum sibi deferri postulant patres: pro quo citat Ambrosium. Nolo nobis credatur, scriptura recitetur.* Et ad Gratianum: *Facessat nostri sententia, Paulum interrogemus. Origenes sensibus & enarrationibus suis, sine scripturis testibus nullam postulat adhiberi fidem: solisq; Canonicis scripturis deberi sine ulla recusatione consensum* dicit Augustinus: & ad Hieronymum *libertatem probandi vel improbandi, si quid à patribus rectè aut secus dicatur, relinqui debere putat. Non Thomas quidem Aquinas necessario credendum censet patribus in materia fidei.*

[Margin: De Eccl. lib. 1. cap. 6. p. 105. — De Incarnat. c. 3. l. 1. c. 7 — De natur. & grat. c. 61. Epist. 19.]

[Margin: In quodlibet 9. art. 11. — Defens. lib 4 c. 7. p. 148. 149. — Cont. 2. q. 5 c. 5.] Objectio multitudinis tertia ita ponitur à Georgio Downamo. *Res evidens est multò maiorem partem Ecclesiarum Europearum, per Episcopos gubernatam esse:* Probat ex inductione multarum Ecclesiarum, quarum plurimæ Lutheranæ sunt, quarum longum catologum conficit: atque hos Episcopos habere dicit quia superintendentes habent. Cum argumento multitudinis solo, nobis hoc tempore negotium est, quod ab Ecclesijs Lutherauis præcipuè ductum minime valere, docet illa responsio Whitakeri, adversus papistas multitudinem objicientes disputantis. Citat primò Augustinum. *Si justus es noli numerare sed appende: stateram affer æquam non dolosam. Noli mirari turbas hominum incedentes vias latas. Multi sunt, & quis numerat? pauci autem per viam angustam incedunt. Profer inquam stateram, appende. Vide contra pauca grana, quantam paleam leves.*

[Margin: In Psal. 39.]

[Margin: Ad Pop. Antioch. Homil. 40. — Serm. de seipso cont. Arian.] Sequitur Chrysostomus: *Quænam precor utilitas est multum esse fænum potius, quam paucos lapides preciosos? Non in numeri multitudine, sed in virtutis probitate multitudo consistit. Elias unus erat, sed totus mundus non erat dignus qui rependeretur ipsi.* Sequitur Gregorius Nazianzenus: *Vbinam illi sunt qui multitudine Ecclesiam definiant & gregem exiguum aspernantur?*

8. Objectio

8. Objectio quarta similiter Downami est, qui plures protestantes doctos, & Ecclesias reformatas, Episcoporum regimen approbare quàm impugnare dicit. Quod usq; adeo amplificat alibi, ut dicat, plures Ecclesias ab uno Episcopo in Anglia regi, regimine Hierarchico quam quæ sunt in toto Christiano orbe disciplinam reformatam profitentes, De Gallia iactat, in ea eruditissimos ad recipiendum Hierarchicum regimen paratos esse, cujus verisimilitudinem confirmat exemplo Scotiæ, ubi licet disciplina Genevensis longo tempore invaleret: cum tamen res ad suffragia relata esset, non ultra quinque inventi sunt, qui pro disciplina reformata starent. Quod si hæc omnia ita essent, respondere tamen cum Iuello non erubescimus. *Veritas neque à multis neque à paucis pendet. Liberius quondam Constantio imperatori objicienti, Hoc orbis terrarum comprobavit, quanta tu es pars orbis terrarum qui pacem orbis dissolvis? respondit, Non, si ego solus sim, idcirco minor est ratio fidei.* Thomas Mortonus Hierarchicus approbat illud Cani quod habet Loc. Theolog. lib. 5. c. 5. *Nos numero sententiam non metimur.* Thomas Billsonus ipse ita: *Veritas numero non æstimatur, vel unus qui veritatem habet, sufficienter munitur adversus totum mundum.* Citat in hanc sententiam Panormitanum alibi: quem etiam ad eandem sententiam confirmandam, Matthæus ipse Scutclivius & citat & approbat. Citat etiam Chrysostomum, qui queritur omnia esse confusa, quòd velut in theatris multitudo quærebatur non probata multitudo. Ad popul. Antioch. Homil. 26 deinde concludit. *Multitudo nota Ecclesiæ (ac proinde veritatis) non est: quia Ecclesia sæpe in paucis consistit, deinde quia multitudo malorum & impiorum major est: Postremò falsa religio majora occupavit spatia quàm vera.* Atque hæc de fundamento extraneo Hierarchicorum undecimo: nempè multitudine.

Lib. 1. c. 1. p. 4.

Lib. 4 c. 7.

Defens. Apol. p. 3. c. 1 D. 1.

Apol p. 1. l. 1. c. 15.

Cont. Apol. p. 2. p. 270. p. 3. p. 536.

De Eccles. l. 1. c. 6. p. 95

CAP. XXXVI.

Argumentum Hierarchicum XII. ab unitate.

SEquitur duodecimum, papisticum item, nempè Vnitas: hinc etenim disciplinam reformatam, fictitium humani cerebri inventum esse concludit Bancroftus: quòd nos disciplinarij inter nos invicem non concordemus. Idem reliqui acclamant, D. Consinus præsertim, qui frivolas quasdam contradictionum species, ex nostratium scriptis colligit, quibus se totam disciplinæ causam satis superq; jugulasse putat. Multùm etiam in hoc labore desudat Bancroftus à capite Surveghij sui nono usque ad vigesimum: sed quorsum? Contra etenim Hadrianus Saravia: *Diversitas de re quapiam, sive de eadem controversia, rei veritatem non tollit.* Et Thomas Mortonus Hierarchicus: *Si cōsensum in qualibet doctrina velis, veteris Christianismi patrocinium perdis.* Sed ut procedatur ordine: Primò, nihil aliud hoc argumento objiciunt nobis Hierarchici, quàm quod Pagani Christianis, Athei

Serm. ad Cruc. paulin. anno 1588. p. 103. 104.

Respons. ad Abist.

Cont. Bez. Epist. ad Lector.

Apol. p. 1. l. 2. c. 7.

Dei servis, papistæ protestantibus in universum objiciunt. Objiciebant etenim Christianis Pagani olim: religionem Christianam veram non esse, quòd Christiani circa nonnulla illius capita discordarent: quam objectionem frivolam esse ostendit Clemens Alexandrinus Stromat. lib. Origines contra Celsum lib. 3. Lactantius lib. 4. cap. ult. Augustinus de Civitat. Dei lib. 16. c. 2. de temp. serm. 98. Et Isiodorus Pelusiota epist. 90. Ego ex Origine tantum pro præsenti nonnulla delibabo. Objicit Celsus, ut modo Bancroftus: *Scinduntur Christiani, singulis suas factiones sibi parentibus, & ut in multitudine dissonâ, alijs alios redarguentibus: nec jam quicquàm præter nomen est commune superest, si tamen hoc præ pudore commune relinquitur, reliqua verò aliorum alii instituta sunt.* Respondet Origines: *Neminem sapientiam, aut medicinam, aut philosophiam, nedum fidem Christianam repudiaturum, quod medici & philosophi, inter se dissentiant.* Quid ni addam ego, & disciplinam reformatam etiam, si modo scriptores disciplinarij in nonnullis à sese discreparent? Objectioni Atheorum respondet Chrysostomus. *Gentilis dicit, vellem fieri Christianus, sed nescio cui adhæream: multæ sunt inter vos pugnæ, nescio quod dogma eligam. Singuli dicunt, & verum dico: cui accedam, nescio, cum utriq; scripturas prætexant. Respondeo illi, hoc multum pro nobis. Nam si diceremus nos rationibus credere, meritò turbareris, sed cum scripturas accipimus, ac illæ sunt simplices, & veræ, facile tibi fuerit indagare.* Annon idem fundamentum disciplinæ, scriptura scilicet, à reformatis recipitur? fundamentum hoc cum apud omnes unanimiter recipiatur, dissensiones reliquæ, infirmitatis quidem humanæ, non causæ tamen falsæ indicia sunt. Postremò objectio hæc de dissentionibus communis papistis: probare etenim nituntur illi religionem protestantium veram esse non posse, quod tantæ inter protestantes pugnæ & rixæ, imò & sectæ reperiantur. Respondet huic objectioni, & eam frivolam esse ostendunt, Iohannes Iuellus defens. Apol. p. 3. c. 3. D. 1. Guilielm. Whitakerus cont. 2. q. 5. c. 8. Mattheus Sutclivius de eccles. lib. 1. p. 109. Thomas Mortonus Apol. fol. 1. lib. 2. a capite primo ad caput decimum sextum. Richardus Feyldus de Eccles. lib. 13. cap. 42. & Iohannes Whitus Hierarchicus de Eccles. sect. 33. 34. 35. & Digress. 21.

pag. 802.

Tom 3 in Act. homil. 33.

2 Secundò, frivolum est ab Vnitate Hierarchicorum argumentum: nisi pro vero supponatur, veritatem semper penes se habere eos, qui inter se unitatem colunt. Hoc autem apertè falsum esse ostendunt scriptores nostri supra nominati, instantijs multis, inter quos Guilielmus Whitakerus Thomam Aquinatem approbat, qui in Ephes. 4. lect. 1. unitatem duplicem esse ait, unam bonam, aliam malam: & bonam in textu describi ab Apostolo quando ait. *Soliciti estote servare unitatem Spiritus.* Hinc illa Thomæ Mortoni thesis. *Veritas unionis censenda non est, ubi non obtinet unio veritatis.* Non igitur vera est unitas illa quam iactant Hierarchici Anglicani: sed illi papisticæ similis potius quam describit Flaccius Illyricus, in libro de dissidijs papistarum: quem

cap. 10.

Digitized by Google

quem ego non citassem, nisi prius a Guilielmo Whitakero, & Iohanne Whito Hierarchico productum vidissem. *Prima vnitas falsa, Satanica est*, inquiunt isti, *quæ ad commodum proprium, nempe ne regnum ejus destruatur, concordiam inter suos alit.* De qua in proverbio dicitur. *Vnus corvus alteri oculum non effodit.* Hujus nulla suspitio in reformatos cadit, qui pro disciplina humili, & minimè sibi fructuosa contendunt: cadit verò quam magna in Hierarchicos: quia verisimile non est, quin conjunctis viribus certare velint, ne regnum illud, quod sunt assecuti Ecclesiasticum in honoribus, divitijs, otio, luxu, & externâ pompâ positum, destruatur. *Secunda falsa vnitas* (inquiunt) *est Ethnica, quando homines etsi contrarium videant, quiescunt tamen quia offendere nolint, aut sese aliqua contentione (quæ molestiam gignere solet) implicare.* Quam vero vereor, ne in Anglia non pauci, moderatorum hominnm nomen affectantes, hoc modo quiescant, ut qui Comitij Calderini sententiam sectentur, qui amicis ad Missam cum trahentibus, respondit olim. *Eamus sanè ad communes errores, quandoquidem ita vultis. Tertia falsa vnitas* (inquiunt) *est belluina, quando homines nihil intelligunt, sed opinionem communem sequuntur, vt se à veritatis indagandæ officio laboreque, prorsus liberent & expediant.* Hanc unitatem Hierarchicam in Anglia reperiri quisquis nescit, ipsam Angliam nescit, ipsaque adeo Episcoporum in Anglia artes, qui modis omnibus quibus datur, cognitionem disciplinæ populo præripiunt, ut a se solis (quod nunc faciunt) ut plurimum pendeant. *Quarta falsa vnitas* (inquiunt) *est Iscariotica, quando homines honoribus & præmijs corrupti idem sentiunt*: quam apud Hierarchicorum nullos vigere qui putat, parum ille reputat secum, quam multi ignorantiam in causa disciplinaria affectant, sic ut ne librum quidem de disciplina scriptum inspicere velint: quamque non pauci extant, qui temporis voci velificantur, ne promotiones quas affectant Ecclesiasticas manibus sibi extorqueri patiantur. *Quarta falsa unitas* (inquiunt) *est tyrannica, quando terroribus prohibentur homines aliter sentire*: cuius suspitio in Hierarchicis, inde ingens est, quod carceribus, mulctis, depauperationibus, alijsque molestijs infinitis satagant Episcopi, effectum dare, ne quis contra eorum regimen mussitet, aut pro disciplina reformata, vocem paulò liberiorem emittat. *Sexta falsa vnitas Herodiana est* (inquiunt) *quando homines alioqui inter sese dissentientes, adversus tamen hostem communem conspirant.* Hujus unitatis suspicionem redolet in Anglia illud, quod feruntur qui alienas opiniones in rebus alijs disseminant, modo regimen Episcopale agnoscant: quum gratiam nullam nanscisci possint, in alijs omnibus doctrinæ capitibus consentientes, qui hoc impugnant. *Septima & ultima falsa vnitas est* (inquiunt) *Vulpium Sampsonis: quando homines in cauda concordant, id est, in summa erroris sui, licet in eiusdem propugnatione, alij alio respiciant, faciesq; adversas gerant.* Certè in summa Episcopalis regiminis mirè conspirant Hierarchici in Anglia omnes: qui tamen ejusdem defensione merè variant,

ut demonstrabitur paulò post.

3 Tertiò, argumentum ab Vnitate Hierarchicum nihil valet, nisi pro certo ſupponatur, veritatem penes eos eſſe non poſſe, qui in omnibus non conſentiunt, ſed de nonnullis controverſantur. Atqui hoc inſtantijs plurimis, ab unoquoque ſeculo ductis Iohannes Whitus Hierarchicus refellit, cujus hæc theſis generalis eſt. *Eccleſiam Dei, per omnes ætates contentionibus turbatam fuiſſe. Diſſentiebat inter ſe, Paulus & Barnabas* inquit *Act.* 15.39. addo ego & in re diſciplinaria diſſenſiſſe etiam : quid igitur, diſciplina ab ejuſdem exercitata, repudianda quæſo eſt? Pergit enumerare contentiones inter homines alioquin piiſſimos, & veritatis amantiſſimos : nempè *inter Polycratem & Victorem Cyprianum & Cornelium, Cyrillum & Theodoretum, Chryſoſtomum & Epiphanium, Nazianzenum & patres Conſtantinopolitanos, Hieronymum & Ruffinum, Paulinum & Miletium, Leonem & Concilium Chalcedonenſe.* Illam quam adfert Sozomeni vocem prætererire non poſſum. *Contentionem nempè doctorum, id ſcandali generaſſe, ut plurimi a Christiana fide amplectendi averterentur.* Quid igitur? Etſi diſſenſio in aliquib⁹, religionis falſitatē minimè probat, ſcandali tamen fæcunda : præſertim *cum* (ut habet Whitakerus) *probabile ſit veritatē eos deſeruiſſe qui deſeruerunt vnitatem.* Atque ſanè ſcandali crimine reformatorum diſſentionem ego liberare nequeo: dico tamen ſcandalum tale datum non eſſe quale accipiunt Hierarchici : quia tanta eorum diſſenſio non eſt, quantam illi videri eam volunt, nempè ut vel probabilitatem quidem inferat, diſciplinam reformatam humani cerebri figmentum eſſe.

4 Quartò igitur, quęnam illa quæſo diſcordia noſtra eſt? Primò inſtant Hierarchici, in diſſenſione, circa diſciplinæ reformatæ funbamenta. Æquiparat etenim Richardus Bancroftus diſciplinarios ipſis papiſtis, qui ab initio primatum papæ aſſerebant tantum humano jure, immo fictitio quodam Nicæno Canone, in concilio Africano: poſt verò ſcripturas excogitarunt, & ad ſuum ſenſum pertraxerunt. *Similiter ipſe Calvinus* inquit: *agens etenim cum Tigurinis ille anno* 1553. *ſcripturam nullam pro diſciplina Genevenſi citavit: poſt vero quam multi ſcripturarum loci ad eam probandam detorti ſunt, & etiamnum hodiè detorquentur?* Quam putida calumnia hæc? Annon tutè confiteris, Calvinum in commentarijs ſuis locos eos ſcripturæ citaſſe qui nunc citantur, qui antè annum 1553 conſcripti ſunt, priuſquam cum Tigurinis egiſſet? Annon quo incepit Calvinus ad reformandam diſciplinam manum admovere, fuit 1537? à quo nominari tempus nullum poteſt quando jure humano ac non divino ad inſtar papiſtarum, diſciplinam reformatam Calvinus aſſeruerit. Revera Hierarchia ipſa, huius fraudis papiſticæ affinis eſt, cuius immeritò diſciplinam reformatam Bancroftus inſimulat.

5 De primatu papæ Romani ita D. Mornæus. *Gelaſius veliſicationem ſibi mutandam ratus*, primatui deinceps tuando, non Nicænum Syuodum ut Leo, non antiquam conſuetudinem ut cæteri, ſed vel illud

Direct. 21. *p.*140.*&c.*

*Surv.c.*31. *p.*357. *&* 398.

*Hiſtor. Papat. p.*77.

Ind, *Tu es Petrus* amplectitur. *Non hoc* inquit *Synodicis constitutionibus sed voce Evangelij &c.* Carolus Sapiens author fuit Alano Chartirio vt scriberet libellum, cui titulus, Somnium Viridarij ante 100 annos Lutetiæ excusum. In eo scribitur. *A Constantino, primo Christiano imperatore, Ecclesiam & Episcopum Romanum, ex consuetudine prioritatem obtinuisse: quam interim postea ex lege divina sibi deberi, falso persuaderi voluerint.* Docet hoc posterius testimonium papatum iure humano erectum primò, ius sibi divinum tandem usurpasse; anterius verò ipsam occasionem huiuscè vsurpationis indicat, conflictum nempè Romanæ Ecclesiæ cum Constantinopolitana. Nam cum statutis Synodicis æqualitatem Constantinopolitana obtinuisset, non satis firmum præsidium iam erat, pro tutando Romano primatu per Synodos: ideo jus divinum urgendum sibi censuerant Romani Pontifices, aut de primatu cadendum. Et nonne quæso similis progressus Hierarchiæ Anglicanæ idque ob causam similem? Episcopi etenim sub Henrico octavo, & Edwardo sexto, exta omnem aliam contradictionis positi, episcopatum iure humano asserebant tantummodo, vt suo loco demonstrabitur. Quando verò sub Elizabetha, Episcopatus in quæstionem vocatus esset: iam ex Apostolica constitutione vindicabatur: quia ius humanum infirmius esse videbatur. Ne principem tamen prorsus alienarent, ex Apostolica institutione Episcopum asserebant quidem, vt nec temerè mutandus persuaderetur: sed tamen ex institutione Apostolica mutabili si ita magistratui commodum videretur. Quanquam non tam altos radices dogma egisse videtur, ex oratione Francisci Knolli in parliamento, qui Episcopos fundamentum suum de jure humano, tum deseruisse & dereliquisse affirmabat. Surrexerunt postea, Thomas Bilsonus, Richardus Bancroftus, Hadrianus Saravia & alij, qui cum periculum animadvertissent, quod hoc de mutabilitate Episcopatus dogma parere posset: non arbitrio principum suspendendum, sed jure divino immutabili communiendum existimarunt. Vehementissimus in hac persuasione altius infigendâ erat Richardus Bancroftus Archiepiscopus Cantuariensis, coram quo, in ipsius palatio Lambethiano, cum Georgius Downamus pro Episcopali majoritate concionaretur, & iuris divini meminit; & distinctionem inter ius divinum quod immutabile, & jus Apostolicum quod mutabile, non sub sua sed sub aliorum persona proposuit. Quid vero fit? Regia maiestas (cui Deus benedicat) sententiam suam in contrarium divulgat: reliquisse nempè eum libertatem principibus, disciplinam Ecclesiæ, ad formam reipublicæ (prout ipsis visum fuerit) immutare. Iam Downamus in defensione concionis suæ Lambethianæ; non sub aliorum persona ut antè, sed in persona sua, pro disciplinæ mutabilitate, omnibus remotis ambagibus pugnat. Hic verus progressus Hierarchiæ Anglicanæ est: ex quo iudicare cuivis facilè, quinam suum fundamentum, ad exemplar papistarum immutarunt, Hierarchici vel reformati. Certè ego cum p.480.

hanc historiam perlustro, non possum non de praxi dogmatis illius Nicolai Cusani cogitare, cum scripturas interpretandas esse dixit, juxta currentem praxim Ecclesiæ.

6 Objiciunt secundo Hierarchici, vestigia priorum, reformatos posteriores deseruisse. *Nulli vel mediocriter eruditi tanta acerbitate & ferocia* (inquit Bilsonus) *vnquam exarserunt, quam hodie apud nos reformatores isti (vt se perhibent) ad vnum omnes inflammati sunt.* Qui hæc legit suspicari fortè poterit modum excessisse reformatos Anglicanos: sed sese explicantē Bilsonū audiat. *Qui Calvino successerunt, non in eadem moderatione successerunt* (intelligit Bezam) *alioquin primæ purissimæque Ecclesiæ nunquam hanc labem aspergerent, ac si humanum Episcopum, hoc est, non à Deo institutum, sed ab hominibus excogitatum invexisset: cum Calvinus veterem Episcoporum œconomiam divinam esse fateatur, & sacro Canoni consentaneam.* Itane verò? veterem Episcopum divinum censuit Calvinus, quem Beza humanum putat? Gravius hoc, quam Sutclivius. *Puritani ideo in Politeia Ecclesiæ errarunt, quod nimis Calvino adhæserint, quæque ille dubitans dixit, ea nulla dubitatione nec examinatione impudenter affirmaverunt: puritani errarunt* (inquit Bilsonus) *quòd Calvini vestigia deseruerint:* immò inde *errarunt* (inquit Sutclivius) *quòd Calvino nimis adhæserint.* Quid igitur? eadem tutatus Calvinus est quæ nos? Eadem inquit, sed dubitanter. Dubitanter verò, qui tam constanter, tot tantaque pro disciplina reformanda Genevæ passus est? Hæc Bancroftus commemorat, qui tantum abest ut dubitationem Calvino affigeret, ut è contra inflexibilem potius contumaciam, cum subdola vafritie conjunctam eidem impingeret. Nec tamen destituitur colore quodam vel ipse Bancroftus. Quisnam ille quæso inquis? Hic nempè, *Calvinus primò tantum contendebat disciplinam suam fuisse legitimam, neque alias Ecclesias ad eandem obligabat.* Ita jam habemus omnia, quæ de Calvino objici solent: videamus dehinc probationes. Primò concessiones illius quasdam introducunt. Anno 1437. *Ad Cardinalem Sadoletum scribens* (inquit Bancroftus) *paratum se ostendit Episcopali Hierarchiæ obtemperare, si modo veritatem Episcopi amplecti vellent. In colloquio Wormatiensi & Ratisbonensi, Episcopalem functionem stare posse putavit, si ad Evangelium amplexandum Episcopi reduci possint. In Epistola ad Regem Poloniæ Archiepiscopatum appellavit honorem moderatum.* Addit Saravia (quod & reliqui) *quum ad veterem amicum factum Episcopum scriberet: non eum exhortasse ut Episcopatum deponeret, sed tantum instruxisse, quomodo sese in eodem gereret.* Vtinam epistolarum quas citant numerum adjecissent: editionem secundam epistolarum Calvini verti, nullam epistolam ad Sadoletum reperi vel ad amicum factum Episcopum. In verbis quæ à Bancrofto citantur ad Sadoletum, Hierarchiam interpretatur regimen sacerdotale, in quo fraternam societatem servari vult: quæ Episcopatui Hierarchico Anglicano parum conveniunt. In verbis Saraviæ, quæ citat ex epistola ad veterem amicum factum Episcopum: notet hæc lector.

c.13. p. 32.
De Eccles. lib.2.p. 220
p.398.
p.112.
p.113.& 114.
p.125.

Equidem

Equidem si me interroges quo te loco & ordine habeam: quidvis potius esse te quàm Episcopum respondebo, in quo, ne obscurissimam quidem lineam extare conspicor, quæ Episcopum, aliquâ saltem ex parte, figuret. De Triplic. epist. p. 53. Hæccine quæso illius Episcopatum approbantis sunt: annon penitus damnantis potius? In epistola ad Regem Poloniæ, verbis proximè præcedentibus ostendit, quo sensu veteris Archiepiscopi honorem moderatum vocat: quæ ista sunt. *Vetus Ecclesia Patriarchas instituit, & Episcopos Provinciales. Quemadmodum si hodie illustrissimo Poloniæ regno unus præesset Archiepiscopus, non qui dominaretur in reliquos vel jus ab illis ereptum sibi arrogaret, sed qui ordinis causa in Synodis primum teneret locum, & sanctam inter collegas suos & fratres unitatem faceret.* Quid hæc ad Episcocum Anglicanum? imò hæc Episcopum Anglicanum prorsus jugulant, tanquam honorem immoderatum sibi arrogantem: quando hac præsidentiâ, in ordinis conservandi gratiam, non contentus est, quem Calvinus solum moderatum existimat.

7 Secundò, confessiones quasdam ex Calvino introducunt Hierarchici, de veteribus Episcopis, quibus Episcopatum Hierarchicum Anglicanum, eum approbasse dicunt. Vrget illa Bilsonus de Concilio Nicæno Institut. lib. 4. c. 4. *Si rem intueamur, inveniemus veteres Episcopos, non aliam regendæ Ecclesiæ formam voluisse fingere ab ea quam Deus verbo suo præscripsit.* c. 13. p. 326. Hinc concludit, agnovisse Calvinum Episcopi superioritatem (de qua eum locutum probat ex sect. 2.) verbo divino consentaneam esse. Sed de eo quod sibi in animo veteres patres proposuerunt loquitur Calvinus, ut hæc verba demonstrant, *voluisse fingere*: id quod explicat his verbis. *Si quæ imperfectio in eorum constitutionibus reperiatur: conati tamen sunt studio syncero, institutionem divinam, à qua non multum aberrarunt.* Paulò antè. *Ea ratione usi sunt, ut facile videas nihil ferè hac parte habuisse à verbo Dei alienum.* Citantur ista à Bancrofro, sed quorsum? *Non multum aberrarunt*, aberrarunt igitur nonnihil. *nihil ferè à verbo Dei alienum*: ergo aliquid à verbo Dei alienum habuerant. Sed quid hæc ad Episcopum Anglicanum? Audiatur Whitakerus, illius etenim verba mallem quàm mea. Objicit Bellarminus ipsis Hierarchichorum nostrorum verbis. [In singulis Ecclesijs Episcopi singuli constituebantur, id Calvinus concedit. Rursus in provincijs singuli Metropolitani; & hoc Calvinus fatetur. Item in majoribus urbibus Primates seu Patriarchæ: & hoc Calvinus fatetur.] Respondet Whitakerus [Primo dat quidem Calvinus fuisse in singulis Ecclesijs Episcopos singulos, in provincijs Archiepiscopos & Patriarchos, sed nullum his Calvinus aut Episcopis aut Archiepiscopis principatum vel dominatum in fratres reliquos tribuit. Secundo Calvinus nostrique omnes, hanc Metropolitanorum & primatuum Hierarchiam, non à Christo vel Apostolis institutam, sed Ecclesiæ authoritate introductam esse scribunt. Si volunt ex Calvino aut nostrorum scriptis papatum (*ego Episcopatum*) astruere: dent primò non divino, sed humano jure niti, aut nihil agunt. Tertiò alios fuisse Episcopos Cont. 4. q. 1. p. 41.

 copos

copos in Concilio presbyterorum respondet Calvinus, quales in Senatu Consules erant. Cætum enim convocabant, de negotijs conferebant, sententias rogabant, monebant, hortabantur, consulebant, actionem regebant, jus sibi nullum in fratres arrogabant, non cogebant privatâ authoritate alios cedere, nihil denique agebant nisi communi Consilio. Hinc ergo concludere, esse aliquem, qui non modo gradu, existimatione, & dignitate, sed authoritate etiam & potestate reliquis superior sit, qui eos cogat, & in illos iurisdictionem exerceat, à ratione omninò alienum est. At Bellarminus (*Hierarchici*
De cleric. l. 1 c. 14. *etiam*) Episcopos esse inter presbyteros vult, non quasi Consules in Senatu, sed quasi Reges & Principes in cætu Consiliariorum. Ita cum tam multa sint dissimilia, nullum hoc est ex Calvino argumentum. Hæc ille, quæ ego exscribenda duxi quia multum interest, quo brachio telum quodq; vibratur. Subscribit vero Bilsonus ipse: postquam etenim sibi ista objecisset ex Calvino: Calvinum apertè hac
c. 13. p. 327. parte deserit, & eum sibi contrarium esse confitetur: dicit enim se *illius judicio non accedere, &c.*

8 Quin ipse Downamus, hac ex parte Calvinum nominatim re-
L. 1. p. 1. c. 9 liquosque à se differre fatetur, vt qui Decanum non Episcopum his
Lib. 2. c. 7. dictis descripserit. Alibi postquam loca Calvini superius citata proposuisset p. 142. ita habet p. 145. *Calvinus in eo à nobis dissentit, quòd Episcopum velit esse præsidentem tantummodo in cætu presbyterorum, sicut Romæ Consul in Senatu erat.* Cum igitur in essentia ipsa authoritatis Episcopalis ab Hierarchicis Calvinus dissentiat: si quis pudor superfit, nullum dehinc pro Episcopatu Anglicano ex Calvino argumentum depromtum audiemus. Obstruitur etiam os Richardo Bancrofto, virulenter Cartwrightum exagitanti, quod dixerat, Calvinum horrescere voluisse ad nomen Archiepiscopi, & tremere ad officium
c. 8. p. 115. Episcopi Anglicani: cum nihil habeat quo hanc calumniam statuminaret, quàm hæc loca ex Calvino, quæ allata sunt: quæ Archiepiscopum Episcopumque Anglicanum jugulare vidimus, si addantur (quæ ille subdolè prætermisit) hæc quæ sequuntur, de consulari tantum-
c. 8. p. 125. modò Episcopi veteris presidentia. Vbi igitur amplificationes illæ? *Si cum hisce nostris Calvinum compares, eum Episcoporum præcipuum patronum fautoremque putares.* [Rursus, hinc perspici potest quanta inter Calvinum, & nostrum Spiritum differentia est: quantumque in-
p. 127. tersit inter illorum intemperiem & hujus modestiam, illorum superbiam, hujus humilitatem, illorum temeritatem, ignorantiam & vertiginem, illius sobrietatem, eruditionem & judicium. Sed dici fortè potest, vtcunque se Calvinus in hac causa gesserit; alterius tamen Beza sententiæ est. Revera est: sed ad maiorem suam indies infamiam.] Ita Georgius Downamus, *Beza à Calvini moderatione defi-*
Lib. 3. c. 1. p. 22. *cit, modaratior tamen erga Episcopos nostros Beza, quàm hij nostri disciplinarij plerumque esse solent.* Quàm vellent mundo persuaderi Calvinum esse suum? quam libenter si non suum, sui tamen similiorem, quàm

Digitized by Google

quàm aut Beza aut Cartwrightus est? et quoniam Bezæ existimatio magna est: quàm vellent eum propius ad se accedere, quàm reformatos Anglicanos: quos ob omnibus relictos vellent. Sed ex superioribus liquet, idem sensisse Calvinum quod Beza, nosque nihil contra Episcopos in medium afferre, quod ab vtrisque non dictum sit priùs.

9 Tertiò obijciunt Hierarchici, quòd quædā adjecerimus, nonnulla etiam correxerimus, imô, contraria invexerimus eis quæ primò cōsulta erant. Exempli gratia, ita Bancroftus de reformatis Anglicanis. Anno 1574. *Admonitio Parliamento exhibita est, quasi perfectam disciplinæ ideam continens. Duobus annis post, auxivit in ea quædam Cartwrightus, præsertim in eo, quod populo plusquam oportuit videtur tributum. Anno 1584. nova disciplinæ descriptio prodijt ipso Parliamenti tempore. Hæc autem ipsa descriptio à Traversio correcta & alterata rursus est: & altera Parliamento anno 1585. in lucem edita. Post, hæc ipsa Correctio anno 1589. in cœtu Coventriensi examinata fuit: semper enim aliquid desiderabatur, aut hoc aut illud semper displicebat.* Neque in materia solum progressus nostros exagitant: sed & in vehementia zeli etiam, unde Thomas Bilsonus: *Nulli unquam tantâ acerbitate & ferocia exarserunt, quanta hodie apud nostri inflammati sunt.* At inquam in ipso Evangelio confirmando similes progressus observari possunt: quos tantum abest quòd condemnet spiritus sanctus in Thyatira Ecclesiæ primò reformatæ typo, ut vehementer etiam collaudet Apoc. 2.19. *Vltima tua maiora sunt primis.* Cartwrightus vehementior Beza, Beza Calvino: fac ita esse, annon inter tres Angelos quorum ministerio Evangelium restitutum est, alter altero vehementior Apoc. 14. sic ut Lutherus, Wiclephe, atque Husso posterior, tanquam vehementissimus omniū introducatur? Quòd vero ad progressus in cognitione attinet, ferre non potest in Cartwrighto Bancroftus, ut pij sub Edwardo sexto id non viderint, quod videmus jam nos: *quasi illi in crepusculo vixerint, nos in luce meridiana.* Quid igitur? Profectum omnem tollit? Sic quidem videtur: contra quod Saravia. *Primi Ecclesiarum reformatores non potuerunt videre omnia.* Contrà etiam Iuellus, qui pro luce ex tenebris papisticis paulatim emergente, citat Ambrosium. *Constat diluvium eodem numero quo cumulatum est, esse diminutum.* De Noa & Arca c. 17. contra Io. Reynoldus. *Cæcus ille in Evangelio à Christo sanatus (Mar. 8.22.) vidit primum homines, sed instar arborum ambulantes: id ipsum nuper prospicit Deus in reddenda luce animarum, ex tenebris papisticis Lutherus principio ad sacramenta conversus videbat non esse septē, putabat tamen plura esse quàm duo: post in Catechismo majori, re diligentius expensa, duo tantum statuit. In negotio Cœnæ, primo videbatur illi, licet panis inesset, tamen corpus domini unà etiā per consubstantiationē adesse, sed paulo ante mortem agens cum Philippo Melancthone, fatebatur in negotio cœnæ nimium esse actum.* Hinc opposite pro nostrorum hominum vel additionibus vel alterationibus vel alterationibus Ri. Feyldus

C. 4. p. 65. & 66.

c. 23. p. 326

c. 28. p. 327

Cont Bez. in epist.

Defens. Apol. p. 5 c. 15. D. 5

Cens. Apocryph. prælect. 4.

De Eccles. lib. 3. c. 43

dus Hierarchus. Quòd Lutherus gradatim progressus est,& in scriptis posterioribus quædam rejecerit, quæ prius probarat,non adeo mirum videri debet, quàm adversarij videri volunt.. Augustinus scripsit librum retractationum,& prævisionem fidei quam primo in prædestinatione statuisset,post improbavit : unde illius adversarij, quasi non patribus solum, sed & sibi ipsi etiam eum contrarium accusabant. Ambrosius de seipso profitetur,quod multa docuisset, quæ secunda recognitione opus habebant. Quantumlibet quisque profecerit inquit,nemo est,qui non habeat opus doceri quamdiu vivit. Thomas Aquinas, corrigit & alternat multa in Summa sua, quæ antè scripserat.] Nullum igitur hoc Bancrofti argumentum est adversus reformatos,quòd quædam addiderint in disciplina, quædam etiam correxerint & alterarint.

De offic. lib. 2. cap. 1.

10. Quartò,objicit Ri.Bancroftus,dubitasse Reformatos Anglicanos de quibusdam, etiam longe postquam petitiones suas pro invehenda disciplina Parliamento exhibuissent. *Venio nunc ad miraculum quod pollicitus vobis sum : sic enim de eo sentio. Cartwrightus & alij nuper ejus in carcere socij,in Chamera Stellata,juramento pressi, confessi sunt, quædam esse in forma disciplinæ suæ,de quibus adhuc resolvi non possunt. Eadem vero hæc esse collegit,quæ in chartula quadam in Musæo Guilielmi Feyldi deprehensa est. An Doctor necessarius sit, in unaquaq; Ecclesiæ, an viduæ necessariò habendæ? an suspensio necessariò exercenda? an seniores debeant esse perpetui? an majori parti suffragiorum semper standum sit? an patrini necessarij?* At quodnam inquam in his miraculum? Miraculum potius viros tam benè de Ecclesia meritos, carceribus inclusos, in camera stellata judicatos, adeò duriter denique tractatos, ut non chartulas quidem in musæis tutas à lictorum unguibus servare potuerint. *At nonne horrendum,*inquit,*Parliamento & totius regni statui hos temerarios adeò abuti? Quo casu hoc regnum fuisset si tam temerarij in concedendo Parliamentarij fuissent, atque illi in petendo fuerant?* Quo casu? Augæi quasi stabulum quoddam innumerorum abusuum expurgassent : & pristinam Ecclesiæ primæ faciem (quod ad disciplinæ essentialia) ad singularem Iesu Christi gloriam,ineffabile piorum gaudium, commodum denique totius regni, revexissent. Hæc enim indubitata, sine his dubitatis consistere possunt : sic ut nihil Bancrofto iniquius sit; qui nihil de disciplina postulandum censet, quamdiu de omnibus circumstantialibus minime liquet. Ita Clemens Alexandrinus : *Si appositus est fructus verus & maturus, & alius verò quàm proximè similis, non propter similitudinem abstinendum est ab utroq; : & quomodo si una est via regia, & aliæ multæ ex quibus quædam etiam ferunt in præcipitium,non dubitabit quispiam in viam ingredi ob dissensionem sed quæret regiam : ita non est propter dissensiones à veritate discedendum, sed diligentius & exactius inquirendum.* Hæc Thomas Mortonus & citans & approbans, R. Bancrofto validissimè contradicit : *Non est à maturis fructibus propter immaturas abstinendum* : ast Bancroftus à rectis

cap. 4. p. 68. 69.

Stromat. l. 7

Apol. p. 1. l. 2. c. 10.

&

& maturis disciplinę partibus essentialibus abstinendum putat:quamdiu quædam circumstantiales nondum maturâ deliberatione adhuc satis concoctæ. Non deterreri debemus, quo minus in viam ingrediamur, etsi de viâ regiâ & rectâ controvertatur, sed potius ad rectam diligentius inquirendam propter dissensiones excitari: parùm apud se Bancroftus consideravit quòd Paulus in partem contrariam jubet. Phil.3.15.16. *Quotquot adulti simus hoc sentiamus: quod si quid aliter sentitis hoc quoq; Deus reteget vobis: attamen in eo ad quod pervenimus eadem incedamus regula,& itidem simus affecti.*

11. Quintò, *duo disciplinariorum genera adnoto* (inquit Downamus) *qui nobis in hac controversia opponuntur. Vnum est secta quædam nova,non ita perinde inter nos exorta, qui nuper inventam parochialem disciplinam inbibere student,quæ propius ad Brownistarum, quàm ullius benè ordinatæ Ecclesiæ praxin accedunt. Aterum genus, gravium & Doctorum Theologorum est,quales Calvinus & Beza fuerunt, qui pro ea tantum disciplina stant quæ Genevæ exercetur.* Hæc discordia quæ putatur,à Mat. Sutclivio,enucleatius ponitur ita: *Genevenses vnum tantum consistorium in 17. Parochijs habent: juxta quam consuetudinem Danæus, uno tantum presbyterio contentus est,in quaque civitate una: Thomas Cartwrightus verò ejusdemque sectatores tenent: quòd presbyterium collocari debeat,in singulis parœcijs.* Exaggeratur verò à R. Bancrofto ita: *In Scotia tota tantum 52. presbyteria sunt in præcipuis civitatibus constituta: quarum vnaquæque 24. parochias sub se continet, quæ nullo suo presbyterio reguntur. In inferiori Germania,quæque parœciæ sua presbyteria habent,sed absque potestate in rebus grandioribus, puta in excommunicatione,quæ nulli particulari Ecclesiæ concessa est sine consilio & assensu generalis consistorij in magna urbe,& in Pagis & oppidulis,Colloquij sive classis. Genevæ quatuor aut quinque parœciæ sunt,& in territorio circiter 20. quæ uno tantum presbyterio reguntur,quod in urbe est.* Scitum illud Sophoclis,qui interrogatus ab amico,cur fœminarum personasquasi semper bonas repræsentare solitus esset,cum Euripides eas tanquam semper malas reprȩsentavit, respondit: quia ego fœminas repræsento quales esse debent, Euripides,qualesesse solent. Quibusdam mutatis dici quid simile potest, de diversitate ista,quæ inter veteres disciplinarios, atque noves (ut loquitur Downamus) reperitur. Illi siquidem presbyteria sua formant,ut commodè formari solent & possunt: hij ut prȩcisè formari debent, juxta formam illam quæ in verbo patefacta est. Atque sane ea perfecta idea est, ut singulæ Ecclesiæ sua singula presbyteria habeant, atque ad hanc ut quam proximè accedatur,omni conatu enitendum est: sic ut perfectiores Ecclesiæ eæ esse debeant quȩ huic centro propiores,imperfectiores verò quæ ab eodē remotius distant. Atqui gradus perfectionis & imperfectionis diversitatem quidem inferunt: contrarietatem non item: quum neque Scotia neque Geneva, neque inferior Germania unquam docuerit, non deberi in singulis Ecclesijs singula presbyteria constitui (ut docent Hierarchici) ut-

Lib.1.c.2. p.47:

Tractat.de discip.c. 1. p.8.

cumque

cumque rebus suis sic stantibus & poscentibus, eam prævisam rationem forte sequi nequeant.

Secundò, dico singulas Ecclesias & Genevæ, & in Germania inferiori, singula sua presbyreria habere. At absque potestate omni in rebus grandioribus ut in excommunicatione. Falsum. Nulla una Ecclesia alterâ superior est, sed omnes pares sunt: sic ut Diocesana, de qua tantopere barriunt, superioritas, merum somnium sit. Consistorium grande in urbe, colloquium & classis ruri, Synodus generalis locum tenent: in qua omnes Ecclesiæ par jus habent; non enim aut consistoria aut classes istæ ex alienis constant, sed ex singularum Ecclesiarum membris, quæ ex æquo ad ea mituntur, & ex quibus ea ex æquo constant. Quemadmodum igitur inter Hierarchicos, cum Episcopi in Synodum conveniunt, & generali consensu statuta decernunt, quæ omnes obligant, pares tamen remanent: ita fit inter reformatos: minimè paritatem Ecclesiarum diminuit, quòd communi consilio & voluntaria combinatione id fiat, ut consensus in excommunicatione consistorij & classis requiratur. Potestas excommunicationis Eclesiæ nulli adimitur, in ea decernitur per presbyterium, & in eadem cum consensu totius gregis exercetur. Quid hic simile regimini Anglicano? Verum si ad amussim ista exactè omnia non respondeant, respondeo cum Sarauia: *Ego tantus non sum, ut cujusquam Ecclesiæ defensionem in me susciperem.*

CAP. XXXVII.

Obiectiones Hierarchicorum retorquentur.

QVam frivolæ sint de contradictionibus nostris objectiones Hierarchicæ videmus: jam retorquenda criminatio est quæ in Hierarchicis tam vera & justa, quam falsa in nobis injustaq; reperitur. Extat historia apud Socratem hujusmodi. *Quum Valens contra Orthodoxos in dies singulos graviora supplicia excogitaret, Themistius, oratione coram eo habita, ita eum mitigare conatus est. Admonebat verò ne quæ ipsum caperet admiratio, de Christianorum dissensione: eam enim perexiguã esse, si cum multitudine & turba opinionum quæ sunt apud gentiles philosophos comparetur. Deniq; velle Deum tam diversa & dispari ratione suam gloriam illustrare, quo singuli ejus maiestatem propterea magis revereantur, quòd non sit cuiquam in promptu accuratè cognoscere.* His verbis inquit Socrates, imperator cœpit mitius agere. Accomoda verò ad propositum nostrum hæc: si quæ etenim leviusculæ in reformatis diversitates occurrunt, humanam potius infirmitatem, quàm causæ improbitatem demonstrant. Deo ita disponente, ut notum faceret, disciplinam suam rem abstrusiorem esse, quàm ut à quoquam accuratè intelligi queat. Dissensiones verò Hierarchicæ ut numero plures, ita & specie ejusmodi sunt, ut causæ ipsius improbitatem, non tantum probabiliter suadeant, sed & certò etiam demonstrent. Quasdam contradictiones

Lib.4.c.27

Vt in Valent'e durior sit audi & mitesce.

Digitized by Google

tradictiones esse quæ hoc efficiunt, concedit Fyldus, qui etiam eas in duo genera dispertitur: [Primum, quando ipsa fundamenta incerta sunt: secundum, quando ipsę assertiones ex incertis fundamentis ductę in sese contradictionem implicant. *De primo sic habet.* Divisiones quę in Catholica Ecclesia oriuntur, a malitia Satanę proficiscuntur, & in doctrina ipsa fundamentum non habent, Si probare vult Bellarminus, doctrinam nostram à se divisionem gignere: demonstrare debet, illius fundamenta & principia incerta esse, & ejusmodi, ut errorem, contrarietatem, & judicij incertitudinem pariant, quod neque facit nec facere potest: nam fundamentum totius doctrinę nostrę verbum Dei est. *De secundo ita disserit:* Sed dicit Bellarminus, de not. Eccles. lib. 4. cap. 10. ipsum Lutherum testari (lib. de vit. monastici) contrarietatem & contradictionem notam esse falsitatis: quum ipsius scripta igitur posteriora primis contraria sint, tota ipsius doctrina vel ipsius judicio falsa est. Sciant qui hęc adversus Lutherum disputant, non sentire Lutherum, quòd tota cujuspiam doctrina falsa probatur ex eo quòd quædam retractat & corrigit: sed quod assertiones inde appareant falsæ, quod contradictionem implicent, & fundentur super dubias, incertas, & perplexas disputationes, & sic se mutuò perimunt, ex quo genere omnes pręcipuę partes Romanæ doctrinę sunt.] De eccles. li. 3. ca. 42.

2 Ita Matheus Sutclivius. *Præcipua diciplinæ reformatæ fundamenta aut firmamenta adeò inter se invicem contraria sunt, vt tanquàm Caducæi fratres ex serpentinis dentibus sati se mutuò destruant. Omnes eorum contrarietates persequi, longum tractatum postularet, vndè hæc conclusio sequitur: quòd veritas cum vna sit, hæc eorum disciplina ex tam contrarijs partibus, consarcinata, veritatem sapere nequeat.* Licetnè nobis eodem modo argumentari? Disciplina Hierarchica super incertos sensus hominum fundatur, disciplina reformata super Dei verbum solum: illaque in firmamentis assertiones gignit, quæ mutuò se perimunt, hæc non item: sequitur igitur disciplinam Hierarchicam falsam esse, reformatam verò veram, Hoc quàm verè asseratur, videndum primò, quàm inter sese digladientur Hierarchici, dum statuere nituntur fundamentũ in genere disciplinæ Hierarchicæ suæ. Scripturam solã disciplinæ fundamẽtũ esse cõcordamus nos, Hierarchici discordant: *nulla etenim certa disciplina, aut absoluta disciplinæ forma in verbo præscribitur* inquit Lous: contrà nobiscũ stat Saravia. *Certa forma disciplinæ est, quã homines mutare nõ possunt.* De verbi isti⁹ ex solo verbo interpretatione concordamus nos, discordant Hierarchici: vide de triplic. 73. *Vsus Ecclesiæ quod ad disciplinã scripturæ interpres est:* Downam. contra. *Scripturã ex scriptura interpretari solenne nobis & vsitatũ semper fuit.* Patres fidẽ non facere concordamus nos: discordant Hierarchici. Contra reformatos in disciplina credendos patres dicunt, quos non esse credendos contra papistas strenuè cõtendunt: de iure divino in quo libet officio Ecclesiastico cõcordam⁹ nos, discordãt Hierarchi-

Tractat. de discip c. 1. p. 6. & 7.

Querimon. Eccles. p. 67. 68. In præf.

Hierarchici: iure etenim divino disciplinam Hierarchicam tuentur alij, alij iure humano tantum, inter quos Iuellus ita. *Vt Episcopus in* Defens. Apol. p.2.p. 122. *Episcopum authoritatem habeat, neque à Paulo, neque à Petro, neque ab vllo divini verbi jure est, sed tantummodo ex antiqua consuetudine.* De jure divino & Apostolico concordamus nos, discordant Hierarchici. Downamus Episcopi authoritatem non iure divino, sed Apostolicò tuetur: Barlous & reliqui, & αποστολικη κτισει, & πνευματικη θεσει, quam *trium personarum decretum* appellant. De disciplinæ immutabilitate super verbum fundatæ concordamus nos, discordant Hierarchici. Downamus & alij Episcopalem majoritatem mutabilem contendunt, alij tuentur immutabilem, sic ut Bilsonus libri sui hunc titulum fecerit, *De perpetua Ecclesiæ gubernatione.* Quod si igitur Fyldus verus, doctrinam nostram contradictionem nullam gignere, quòd super verbum fundatam esse statuamus: papisticam gignere, quia non super verbum solum, sed incerta hominum judicia: quod si verus etiam Matheus Sutclivius, veram illam disciplinam non esse, cujus fundamenta incerta & contraria: tum vera rectè disciplina reformata, Hierarchica verò falsa est.

3 Sequitur contradictio Hierarchica in fundamentis speciali1ibus; intelligo loca scripturæ illa ex quibus fundamenta petuntur, quæ appellare Sutclivius videtur firmamenta. Primum, Thomas Bilsonus precipuum Hierarchiæ fundamentum in Timothei Episcopatu ponit, quem quasi perpetuum mandari vult, 1. Tim. 6.14. subjungens, quod si hic locus deficiat, jure humano, non divino Episcopatus tenendus sit. Atqui fundamentum istud funditus subvertitur à Georgio Downamo, qui contendit hunc locum, non de officio Timothei id est Episcopatu intelligendum, sed tantum de sola authoritate Timothei; quod idem est ac si dixisset, scriptam hanc epistolam Timotheo esse, non qua erat Episcopus, sed qua erat gubernator in genere, authoritate Ecclesiastica preditus.

4 Secundò, cum Georgius Downamus, pro Episcopali majoritate Lambethi concionaturus esset, in consecratione Bathoniensis, & Wellensis Episcopi, quem queso textum elegit? Illum nempe de Angelo septem Ecclesiarum Apocalyptico, quem propriè Episcopum esse vult, qualis jam noster Anglicanus. At non est omnino, pro nihilo, quod nuper Bilsonus dixit: nam si jure tantum humano tenendus Episcopatus sit, si non illo ad Timotheum loco confirmetur: sequitur profectò nec hoc ex hoc textu de Angelo Asiano, neque ex alio sacræ scripturę loco ullo, jus illius divinum comprobari posse. Sed pręstat audire Ha. Saraviam ita disputantem. *Ignoscat mihi lector si* De triplic. Episcopat. p. 57. *rursus hic septem Ecclesiarum Asiæ Episcopos citavero: illæ Ecclesiæ habuerunt presbyteria sua, in quibus perpetuò septem illi Angeli præfuerunt: in quibus non tantum ordine fuisse primos, sed gradu & authoritate, repræhensiones & obiurgationes Dominicæ luce clarius demonstrant.* Faciũt hæc pro Downamo inquies. Imò non faciunt: audi etenim quomodo hunc

hunc gradum & authoritatem in sequentibus explicat. In hoc cœtu inquit Beza, fuit ordine primus, non potestate superior. *Dominus Beza in presbyterorum cœtu, admittit ordine primum, non potestate. Veretur enim ne veritati aut æquitati rerum, quæ communibus suffragijs decidendæ sunt, authoritas primi præiudicium adferat. Sed metus ille vanus est, quum in omni conventu, ubi suffragijs res est finienda, cessat ubiq; præsidis potestas, quæcunq; aliàs illa sit. Episcopis & Archiepiscopis in Synodis & capitulis quibus præsident, acturis de re in arbitrio posita conventus, eorum potestas silet, suffragijs res terminatur. Consulis fuit apud Romanos non parvum imperium: tamen in senatu consulebat, non imperabat. Age: hic noster præses nullius potestatis in illo cœtu presbyterorum, quomodo sine potestate aliqua præcipua præter eam quæ est ordinis, moderator esse potest actionum quæ illic tractabuntur? --- Ignoscat ingenij mei imbecillitati Dominus Beza si moderatorem & præsidem alicuius cœtus intelligere nequeam, etiam ubi pluralitas suffragiorum, non præsidis valeret authoritas, sine exorta quadam supra cæteros authoritate.* Quid igitur est? Non ordinis tantum prioritatem, sed authoritatem etiam in cœtu presbyterorum Angelo Asiano tribuit Saravia, sed quam? Num Anglicanam, quæ authoritas regis est in cœtu consiliariorum? nihil minùs, sed consulis tantum in Senatu, quę consulat non imperet, actiones dirigat, non à se concludat: quę suffragia numeret non tantum ponderet. Respondit nuper Clemens octavus Cardinali Peronio, *se suffragia Cardinalium in re Veneta sibi consulentium ponderaturum non numeraturum*: eandem potestatem arrogant sibi in presbyteros Episcopi Anglicani. Quid ita? Quia exortem illis authoritatem tribuit Hieronymus. Puerile. *Exortem etenim Hieronymi authoritatem habet Episcopus* inquit Saravia, *quando authoritatem habet moderandi cœtum, qui communibus suffragijs rem quampiam terminant.* Ita Downamo contradicit Saravia, ejus judicio textus Downami nihil fecit prò Episcopo Anglicano. Attribuit Saravia Angelo Asiano extra cœtum, potestatem in presbyteros quandam. At dum potestatem in ipso cœtu Downamianam impugnat, nonne in pręcipuo Episcopalis majoritatis Anglicę capite illi contradicit? Et quam tu ex illis verbis Angeli Asiani extrà cœtum authoritatem elicere poteris, quàm redarguendi? quę Anglicani Episcopi numnam authoritatem omnem comprehendit?

5. Accedamus ad fundamentum Hierarchię speciale tertium. Guilielmus Barlous Episcopus Roffensis electus a regia majestate erat, ut coram accersitis a Scotia ministris (inter quos pręsens Andreas Melvinus erat) concionaretur, ad eos, ut Hierarchiam Anglicanam amplecterentur, convertendos. In hâc corona, propter regiam nobiliumq; pręsentiam, Doctorum confluentiam, negotij magnitudinem, omnium deniq; cujusq; generis expectationem celeberrima, quem ille ad episcopatum Hierarchicum comprobandum, textum alium elegit, quàm *Act. 20. 28? Posuit vos Episcopos.* At haccine manu jugulatos senserunt sese ministri Scoticani? Consulatur vel unus G. Dowuamus:

qui hos Episcopos hoc in loco commemoratos minimè Hierarchicos, sed tantum presbyteros, juxta nominis communitatem tum usitatam fuisse profitetur. Ita in hoc tertio fundamento contradictio reperitur, qua se mutuò perimunt Hierarchici. Nam ut Barloi sententiam perimit Downamus dum illius Episcopos in presbyteros mutat: ita & Downami sententiam perimit Barlous: dum illius Angelum Ephesinum presbyterio illo spoliat, *Act.* 20.28. ex cujus subjectione Episcopatum Hierarchicum Ephesi, potissimum comprobavit.

6. Inter fundamenta, seu firmamenta fundamentalia, recensendæ illæ Hierarchicorum responsiones sunt, quas fundamentis nostris opponere solent: in quibus ingens contradictio reperitur. Primò, contra unius Episcopi regimen citare solemus ex Math. 28.17. *Dic Ecclesiæ*: Ecclesia etenim plures designat non unum. Respondet Bilsonus, non de tribunali Ecclesiastico, sed de civili tantummodò (ut Erastus) hæc verba interpretanda esse, cui accedit Ri. Fyldus. At contra insurgit Hierarchicorum totus cœtus reliquus, qui de consistorio Ecclesiastico Christum hîc verba facere dicunt. Ita Lancelotus Andreas Episcopus Cicestrensis: *De exteriori foro Mat.* 18. *agitur: exterioris fori iurisdictio illo non alio loco fundata est.* Audis? Nihili ergo fundamentum Bilsoni in 1.Tim.1.4. Nihili fundamentum Downami ex Angelo Apocalyptico; Nihil deniq; fundamentum Barloi, ex Episcopis Ephesinis. Dixerat Bilsonus, *in Episcopatu Timothei fundari Episcopalem iurisdictionem & non alibi*: ergo jurisdictionem in foro exteriori lege divinâ Episcopus unus nullam habet: *nam jurisdictio fori exterioris* inquit Andreas *in nullo alio scripturæ loco fundatur quam* Math. 18. Atque certe res magni momenti est, quod alios Hierarchicos omnes dissipat qui fundamentum jurisdictionis Ecclesiasticæ in aliis scripturæ locis quærunt: majoris tamen quòd hoc in loco, in quo vnico jurisdictio Ecclesiastica in foro exteriori fundatur, non uni alicui, sed toti Ecclesiæ datam dicit. *Non uni* inquit *hic datur ne Petro quidem, quia unus quilibet peccare potest, & qui peccat quanquam Petrus quanquam in Ecclesia præses; iudicio Ecclesiæ subiectus est. Datur* inquit *Ecclesiæ potestas* hanc iurisdictionē usurpandi, non uni quanquā ut Petrus præstantissimo, nec si usurparet, ratihabitio promissa, quia dicitur ut pluribus, quoscunq; ligaveritis, non tanquam uni, quoscunq; ligaveris. Videsnè quam fortiter muri Ierichuntici Episcopales ab imo funditus diruuntur?

Tortura tortio pag. 41.

6. Secundo citamus pro paritate Ecclesiarum Math. 16.19. Vbi promittuntur claves (atque ita jurisdictio in foro exteriori) vni Petro, personam cuiuscunque singularis non vnius tantum chathedralis Ecclesiæ, tum gerenti: ut illius vnitas & in omnibus Ecclesiis æqualitas designetur. Respondet Bancroftus, *vnus Episcopus repræsentare totam Ecclesiam potest, atque ita claves exercere vnus: perinde ac Petrus quum unus tantum esset, nomine Ecclesiæ, hic clavium promissionem recepit.* Sophisma egregium. Nam cum Episcopus vnus iurisdictionem

exercet,

exercet, vnus homo eam exercet; exercet etiam Episcopus iurisdictionem quandam singularem suam: atqui inquit Lancelotus Episcopus Cicestrensis, neque Petrus hic clavium promissionem recipit ut vnus homo, nec potestatem aliquam suam hic recipit, sed alienam. Verba sunt ista. *Tibi, est ibi quidem singulari numero positum: sed etsi numerus est singularis, singularis ibi tamen persona Petri non est. Petro ibi promissæ claves, non tamen ut Petro huic homini, quin Petro personam Ecclesiæ gerenti: quando authoritatem Ecclesiæ recipit hic Petrus, non suam.* pag. 42.

7 Tertio, contra Episcopi in suos fratres authoritatem, citamus Mat. 20, 21. *Reges gentium dominantur in eos, vos autem non sic.* Respondet Whitgiftus, non legitimam potestatem hic ministris interdici sed tantum tyrannicam. Atqui huic glossemati reclamat ipse Hierarchicus Matheus Sutclivius: qui adversus papæ potestatem disputans, non tantum tyrannicam potestatem ministris hic interdictam esse dicit, sed & regiam etiam & legitimam: *nam regalis potestas* inquit *inter gentes, cuius specialem mentionem hic Christus facit, legitima potestas erat.*

8 Quarto, citamus contra unius episcopi regimen 1. Cor. 5, 4. ubi non ab uno episcopo, sed a pluribus, non in cathedrali Ecclesia aliqua longè remota, sed in præsentia & cum consensu ipsius ecclesiæ in qua delinquitur excommunicandus incestuosus legitur. Respondet Bilsonus, nullum consensum Corinthiacæ ecclesiæ hic interfuisse: sed illi tantum relictum fuisse, ut mandatum Apostoli exequerentur, qui ipse solus & absens excommunicauit, sicut nunc in Anglia episcopus. *Nam Apostolum hoc tempore episcopalem authoritatem in suis manibus retenuisse certum est,* inquit. Atqui hoc adeo absonum absurdumque Hadriano Saraviæ videtur, ut in contrariam partem peccet: statum nempe huius ecclesiæ Corinthiacæ fuisse hoc tempore Democraticum, adeoque multitudinem totam hic excommunicasse priusquam Pastor aliquis fuisset constitutus. Lancelotus verò Andreas Episcopus Cicestrensis, pastorem Corinthi fuisse constitutum credit, & normam ecclesiæ stabilitam: qui tamen *non ab uno Apostolo nedum episcopo, sed ab ipsa ecclesia excomunicatum incestum dicit.* Probat ille non uni alicui puta Petro clavium potestatem mat: 16, 19, promissam fuisse a praxi ecclesiæ Corinthiacæ, sub his verbis. *Quæro iam de praxi censuræ huius. Reperio 1. Cor: 5. Iubet ibi deduci in praxin, potentiam hanc Apostolus, in nomine Christi cum spiritu suo. Forte autem minus ibi cautè locutus: illum credo dicere debuit, vel in nomine vel cum spiritu Petri saltem. Neutrum verò Paulus ibi dicit: qui congregatis illic potestatem censuræ denunciandæ facit.*

De perpet. Guber. c. 8. p. 148, 149.

Cont Bez. c. 5. p. 84. 85. 90.

Tortur. torti. 42.

6 Citamus postremò contra unius Episcopi regimen 1. Timo. 4. 14. ubi non per unum sed per manus presbyterij Timotheus ordinatus dicitur. Respondet Bilson⁹ & Downam⁹. *Si non per presbyterium, officium presbyteratus intelligatur, in quod Tymotheus ordinatus est, presbyterium tamen ministrorum hic intelligi (juxta patres) non Seniorum,* qui

qui in verbo non laborant. Fac ita esse: evertitur hic tamen dogma Hierarchicum, *ordinationem esse solius episcopi: & ita episcopi ut eidem presbyteri minimè sese immiscere debeant*. Quid enim? Hoc presbyterium nonne constabit ex presbyteris? episcopi etenim nulli fuerunt cum Tymotheus ordinabatur: ipse etenim *Tymotheus atque Titus primi ab Apostolis delegati episcopi fuerunt*, uti disertè affirmat Bilsonus, & quantum ego asse qui possum Hierarchici reliqui omnes. Atqui 2. Tym: 1,6. ordinatum Tymotheum dicit Paulus manibus suis. Quasi qui suas dicit, reliquorum excluderet? subordinata non pugnant: imposuit manus Paulus ut præses, reliqui ut præsbyterij partes. Quid quod Downamus Tymothei ordinationem istam per manus Pauli
Lib. 4. p. 95 96. separet ab illa priori per manus presbyterij? nam tum presbyterum, hic verò ordinatione nova episcopum creatum putat. Et quando rogo Evangelista creabatur? Evangelistæ respondet Saravia, usitato more, non ordinabantur omninò, sed immediatè ipsis Apostolis adiungebantur. At ut hoc pro præsenti commissum fiat, cum Evangelista Tymotheus fuerit, libenter a Downamo scirem, quorsum ordinatione nova in episcopum sanctus Tymotheus ordinaretur? *Vt potestatem* inquit *acciperet imponendi manus quam Evangelistæ non habuerunt ut in*
pag. 8. *Philippo cernere est Act*. 8. 12. At *superior gradus includit omnes inferiores* inquit Saravia, *non contra*, sic ut qui Evangelista sit, is episcopi authoritatem ut haberet necesse est. Hac ratione eo res redit ut fatendum sit, Tymotheum cum ordinabatur neque in presbyterum neque in episcopum, sed tantum in Evangelistam ordinatum fuisse: quia Evangelista superior gradus cum sit, & presbyteri & episcopi authoritatem secum apportavit: sic ut nullo usui inserviat ordinatio Tymothei, sive in presbyterum sive in episcopum.

10. Atque ita in fundamentis, sive suis statuendis, siue nostris convellendis, Hierarchicorum quàm repugnatissimæ contradictiones reperiuntur: reliquum erat ut de eorum contradictionibus, aliquid diceretur, quæ in eorum assertionibus reperiuntur, quas super sua fundamenta extruere, & ædificare solent. Sed ingenuè fateor cum ad hoc opus me accingerem, lassitudinem me invasisse. Videbam has contradictiones innumeras esse, videbam commodius eas suis proprijs in locis tractari posse, & hinc mihi lectoriq; parcendum putavi, hâc sanctâ præsertim sponsione interpositâ, me totâ causâ casurum, ni assertiones Hierarchichas, ipsam Hierarchiæ essentiam intimam concernentes, super incertas & contrarias disputationes fundatas esse
De eccles. lib. 5. c. 42. comprobavero: *Facile esset ostendere* inquit Feyldus *omnem doctrinam Papisticam, incertitudinum & contradictionum massam esse, quod indicio est aberrare eos qui eam profitentur, adeo ut nec viam rectam, imò ne semetipsos quidem invenire poterint*. Si doctrina Papistica omnis hujusmodi sit, tum & doctrina Hierarchica etiam, nam Papistica tota ea est & Papisticis fundamentis super ædificata. Quidni igitur eam cerebri humani figmentum esse vel ex hisce suis contradictionibus concludam

Digitized by Google

dam Tertullianum secuturus? *Nihil interest illis licet diversa tractantibus, dum ad unius veritatis expugnationem conspirent. Mentior, si non à regulis suis etiam varient, inter se, dum unusquisq; proinde suo arbitrio modulatur quæ accepit, quemadmodum de suo arbitrio ea composuit ille qui tradidit. Agnoscit naturam suam & originis suæ morem profectus rei.* Atque hæc de fundamento extraneo Hierarchicorum duodecimo nempè Vnitate. De præscrip. ca. 41, 42.

CAP. XXXVIII.

Argumentum Hierarchicum XIII. ab externa prosperitate.

DEcimum tertium & ultimum sequitur, nempè externa prosperitas: quam cum pro Ecclesiæ ac proinde veritatis nota objiceret Bellarminus, responsum ei abunde est, à Guil. Whitakero cont. 2. q. 5. cap. 16. Mat. Sutclivio, de eccles. lib. 1. cap. 6. pag. 115. Tho. Mortono Apologet. Cathol. p. 1. lib. 2. cap. 35. 36. 37. Andrea Willeto deniq; Synops. cont. 2. quæst. 4. Tuentur verò hij omnes (id quod ipsi etiam Anglo Rhemenses confitentur) *hominum aut nationum prosperos successus nullum signum aut testimonium esse verioris aut purioris religionis.* Quo major Hierarchicorum culpa: de quibus verè Brightmannus. *Ni videantur quid turpiter veritati præferre, præsentem suam fælicitatem æditis libris & pro concionibus inflatius prædicant, ut videre licet ex multorum scriptis quæ præteritis his annis prodierunt.* Atque certè verè admiranda gentis Anglicanæ his temporibus superioribus, ab Evangelio restituto prosperitas, quam non immerito reponit adversus Bellarmiuum, Hierarchicus Mortonus noster. *In uno Angliæ regno inquit tanquam in amplissimo theatro, ipsa fælicitas temporalis omnis virtutis suæ insignia exhibuit & quodammodo ostentavit.* De magna verò Elizabetha (cujus memoria in benedictione est) citat ex Osorio Præfat. ante lib. de Re. & ex Biraro lib. Hist. Genes. 23. illius prudentia & virtute, regnum Angliæ majori fælicitate administratum quam ullum aliud, vel retroactis seculis, vel patrum, nostravè memoria. At quod ille certè Bellarmino reponit, eorum infælicitatem objicienti qui à papismo emersi sunt: id malè nobis obganniunt, qui cum Claudio Espencæo apud Willetum existimamus scripturam prædicere magnam fore ipsius Antichristi fœlicatem sic ut regimen, Anglicanum Antichristianum esse queat, quantumvis ingenti prosperitate perfruatur. Secundò, prosperitatem regni nostri soli divinæ benignitati, nulli nostræ dignitati tribuendam dico: addo etiam & patientiæ ut in τυπῳ ecclesiæ nostræ Laodicea videre est. Quid enim? Cum sese Amen in hanc Ecclesiam & principium creaturæ Dei sese exhibuisse dicit, Apoc. 3. 14. nonne ejusdem fælicitatem, suæ ipsius & veritati & potentiæ eique soli vendicat? Nec immeritò. Quid enim præter solam potentiam suam, in nostra ecclesia verè Laodicæna, movere In Mat. 5. In Apolog. pag. 109.

extant vel prȩter solam scripturam saltem ad controversiam disciplinariam terminandam, importunè sanè ne dicam improbè, nobis obtrudenda putant,

CAP. XXXIX

De falsorum principiorum fundamento Hierarchicorum, formam disciplinæ in verbo non contineri: ac primo de eorum vitijs in statu quæstionis explicando, quatuor diremtionibus sc. excessibus calumnijs & contradictionibus.

DE falsis principijs Hierarchicis diximus: jam ad falsorum principiorum fundamentum falsissimum deveniendum. Ne etenim absque colore, scriptuam solam in negotijs disciplinæ consulendam negare videantur: affirmant constanter certam disciplinæ formam in eis minimè contineri. Ita Iohannes Whitgiftus. [forma disciplinæ non nominatim aut particulatim in scriptura expressa est. *Rursus*. Nullum genus regiminis in verbo expressum est aut inde necessariò concludi potest. *Rursus*. Nullum vnum certum aut perfectum genus regiminis in scripturis Ecclesiæ Dei aut præscribitur aut mandatur. *Postremò*. Nullum certum genus regiminis quasi perpetunm præscriptum est. *Ita Cousinus Whitgifti Cancellarius*. Omnes Ecclesiæ eodem modo disciplinatæ non sunt: neque necesse est ut sint: quandoquidem probari non potest, quod aliqua certa & exacta particularis forma discipliuæ à verbo Dei nobis commendata sit. *Ita Lous*. Nulla certa disciplina in verbo prȩscripta est. Non certa disciplina, sed certæ regulæ tanquam cynosura, habentur in scripturis: principia tantum communia disciplinæ in scripturis reperiuntur: non aliqua absoluta forma. *Ita Richardus Hookerus*. Negamus necessarium esse vt una aliqua completa forma politeias Ecclesiasticæ in scripturis habeatur: sed generalia axiomata tantum quibus variæ regiminnm formȩ consonare possunt. *Ita Iohannes Bridgesius*. Deus non expressit ecclesiasticam gubernationem, aut ita saltem expressit vt ad eandem nos obligarit.] Ne tædio sim omitto cæteros: prȩsertim cum ex istis liqueat, quænam Hierarchicorum sententia sit: scripturam nempè solam, disciplinæ fundamentum esse non posse: cum de forma regiminis Ecclesiastici nihil statuerit, sed eam reliquerit Magistratus arbitrio, & Ecclesiæ cuiusque seculi discretioni. Hoc delirium priusquam refutatum eo, operæpretium erit adnotare, quænam eorum peccata sint, in ipso statu quȩstionis constituendo.

pag. 3. *pag. 77.* *p. 81, 82, 83, 84.* *pag. 658.* *Respons. ad Abstract. pag. 58.* *Querimon. eccles. p. 64.* *pag. 65, 66, 67.* *p. 68.* *De leg. polit. eccles. l. 3. s. 2* *De gubernat. eccles. p. 167*

2 Primò igitur ut sententia hȩc consistat, inciditur in plures planè Cyclopicas diremptiones, quarum ingenuū scriptorem puderet. Qualis etenim hæc quæso dolus est? *Doctrinam meam contra papistas per solas scripturas tueri possum: disciplinam verò contra puritanos non item. Quid agam? Scripturæ nempè sufficientiam contra papistas defendam*

Diremtiones 4.

Digitized by Google

in causa doctrinæ: sed ne prævaleat puritanus, in disciplina ejus sufficientiam pernegabo. Atqui simplicior & honestior multò vel ipse papista Cornelius Scultingius: qui contra Traversium disciplinam in verbo contineri negat, *quia doctrina in verbo non continetur: nam hæ* inquit *gemellæ sorores sunt*. Vident igitur papistæ, disciplinam pariter atque doctrinam, aut in verbo contineri aut non contineri: ut doctrina in verbo magis contineatur, quam disciplina; quis unquam ante dixit? Tertullianus fortè, respondebis, cujus ista verba sunt. *Lege fidei manente, cætera jam disciplinæ & conversationis admittunt novitatem correctionis.* Citantur ista à Iohanne Whitgifto, ut probetur, doctrinam quidem in verbo perfectè contineri: formam verò disciplinæ Ecclesiasticæ non item: sed perperam. Loquitur etenim Tertullianus de conversatione privatâ, non de publica disciplina Ecclesiastica. Quid si de ista loqueretur? Nonne pudet Montanistam revocare? Scripsit hæc etenim Tertullianus, postquam dogmate Montani imbutus per adventum paracleti, perfectiorem morum normam, quam quæ in scripturis prodita est patefactam esse censuisset. Atque hæc Hierarchicorum astuta diremptio prima est, inter doctrinam & disciplinam, ac si illa perfectè haberetur in verbo, ista non item.

Anacrisi. Hierarch. li. 2. 2. p. 36.

De virg. veland. c. 1.

3 Sequitur secunda. Numnam doctrina quæso sola perfectè in verbo continetur? Quid igitur de moribus statuendum? certe perfectam morum normam in verbo contineri existimavit Augustinus: dixit enim, *In scripturis haberi quicquid vel ad fidem vel ad bonos mores pertinet.* Quid ad hæc Hierarchici? *Verum est* inquit Remonstrator *in directione particulari cujusque ecclesiæ membri, non autem in directione generali totius ecclesiæ in politeia sua.* Bene est: concidit iam distinctio, & diremptio illa prima, qua dicebatur *doctrinam tantum fidei* (ut loquitur Hookerus) *perfectè in verbo contineri*: jam etenim fateri cogitur Remonstrator *& morum etiam normam perfectam exactè in sacris reperiri.* Nihil tamen hinc vos lucramini dicis: nam etsi ethicam perfectè scripturis contineri concedit, ad vitam privatam dirigendam: diffitetur tamen politicam aliquam morum disciplinam in eadem tradi, ad totam Ecclesiam informandam. Diffitetur sanè, sed insanuit: minoris namque momenti ethica est, quam politeia ecclesiastica, periculosius in ista quam in illa peccatur: & opus ecclesia tota habet ut in ista dirigatur, perinde ac in illa quisque privatus: sic ut si illam perfectè descripserit in verbo Christus, & hanc descripsit etiam. Atque hæc astuta Hierarchicorum diremptio secunda est, inter ethicam morum atq; politicam directionem.

cap. 1. p. 1.

Lib. 3. s. 3.

4 Sequitur tertia. Numnam moralis disciplina ethica in verbo tantum reperitur, ut de politeia ecclesiasticâ nihil interim statuatur? quid igitur dicendum de pastoribus, de verbi prædicatione, & de sacramentorum administratione? Respondet Mat. Sutclivius ita. *Diximus quantum Christus instituit ut observetur, qualia hæc sunt, ut sint pastores qui doceant, & ut quoddam regimen sit, & hujusmodi disciplina similis*

Digitized by Google

milis diligenter observari debet. Ita Io. Whitgiftus. *Quod ad materiam disciplinæ, verbum nempè & Sacramenta, præscribuntur in scripturis, & immutabilia sunt : quod ad formam autem regiminis attinet, ea nec præscripta in verbo est, nec immutabilis.* Postremò ita D. Cousinns. *Quod ad essentiales partes externæ politeiæ & gubernationis ecclesiæ quæ consistit in veræ verbi Dei prædicatione, & debita sacramentorum administratione, & in virtute promovenda & impietate extirpanda, & ecclesia in pace & ordine conservanda, nulla inter nos opinionum differentia est.* Bene est : concidit jam diremptio superior secunda: non ethica tantum pro moribus disciplina in verbo traditur : sed & aliqua etiam politica Ecclesiastica, ut hi disertè confitentur. Nihil tamen hinc vos lucramini dicis : cum etsi confitentur politicam ecclesiæ docentem perfectè in verbo tradi : politicam tamen regentem, de qua tota quæstio est reperiri in sacris diffitentur. Diffitentur sanè sed delirant. Nam cum politeia Ecclesiastica docendo regat, & regendo doceat : quinam hæc diremptio consistere potest, ut quatenus docet habeatur in verbo, quâ autem regit non habeatur? *Deinde essentialia ejusdem sunt inquit Cousinus, virtutis promotio, vitiorum extirpatio, pacis ecclesiæ conservatio* Atqui inquam hi regiminis Ecclesiastici fructus sunt : & finem in verbo haberi qui dicit, & formam etiam, in eodem haberi ut confiteatur necesse est, unâ cum omnibus medijs, quibus ad finem attingi solet. Quod dicit Sutclivius, *haberi in verbo ut sit regimen, quale autem hoc regimen sit non haberi, aut quales personæ quibus administratur* : idem est ac si diceret : authoritatem esse apud regem Angliæ constituere ut regnum regatur : non autem ordinare aut regiminis formam, aut officiarios, per quos hoc regimen exerceretur. Atque hæc diremptio Hierarchicorum tertia est : ac si disciplina regens perinde ac docens in verbo Dei non reperiatur.

Tractat. de disciplin. c. 1.

Respons. ab-str.. ct p. 172

5 Sequitur quarta. Numnam de regimine ecclesiastico omnino nihil habetur in verbo? Quid igitur de Episcopis fiet? *Immò* inquit Richardus Hookerus, *quanquam necesse non est ut scriptura ex propositio unam aliquam particularem formam ecclesiasticæ politeias præscriberet: tamen quod ad modum gubernandi in genere, præcepta quæ scriptura tradit pauca non sunt, & exempla sunt plurima quæ imitanda omnibus ecclesiæ gubernatoribus, etiam in particularibus proponit : imò quæ principalis momenti sunt in ipsa particulari politeias ecclesiasticæ formæ (quanquam non ea quam illi imaginantur, sed quam nos contra eos defendimus) in his ipsis scripturis continentur.* Bene est, per gradus tandem quanquam inviti ad nostras partes pertrahuntur. Satis cum pudore (dicit Remonstrator) adiguntur tandem confiteri Puritani, omnia politeias Ecclesiasticæ in verbo Dei non contineri. Immò nihil nos adacti diximus: omnia verò id est *particulares omnes circumstantias individuales* (de quibus tu loqueris) in verbo Dei expressas esse non diximus unquam. Vester hic pudor est. Satis enim cum pudore confiteri compellimini, modum gubernationis ecclesiasticæ, quod ad genus, in scripturis reperiri, imò

Lib. 3 §. 4.

cap. 2.

Digitized by Google

imò & particularem politeias formam in eisdem tradi, quinimò in hac particulari forma quę principalia sunt in verbo haberi: quo quisquam nostrum plus unquam desideravit? Atque hæ extortæ confessiones Hierarchicorum sunt, in ipso statu questionis explicando. Primò, doctrina tantum habetur in verbo, non disciplina, tum disciplina ethica, sed non Ecclesiastica, tum ecclesiastica docens sed non regens, postremò regens quoad ea, quæ principalis momenti sunt, quod idem planè est quod nos ipsi dicimus.

6 Secundo notentur excessus in quos rapti Hierarchici sunt: dum hanc sententiam absurdissimam suam nitantur stabilire. Gabriel Powellus in ipso limine, hoc tanquam præcipuam erroris puritanici causam ponit, *quod Christum putent fuisse legislatorem.* Hic citat Canonem Concilij Tridentini illum, quo anathema eis denunciatur qui Christum legislatorem negant; quo odium opinioni nostræ conflaret, quam cum papistis adversus Evangelicos affirmat conspirare. Puduit hujus excessus Collinsium Cantabridgiensem quendam, qui in sua concione ad crucem Paulinam, Powellum excusare conatur, ac si id tantum voluisset, Christum non fuisse legislatorem tantummodò. Sed negat Powellus verbis apertis Christum fuisse legislatorem omnino, in quo delirio solus non est. Ira enim Mat. Sutclivius. *Vt Christus sit externus legislator, durum sonat in Christianorum auribus.* Alibi post, *Vt politeiæ suæ existimationem concilient, sobrie & graviter disputare solent, Christum Iesum quod ad externam politeiam Ecclesiæ legislatorem esse, & quòd in externis rebus Ecclesiasticis, nullis alijs legibus gubernari nos oportet quam quas ille tulit, quæ res, ut ante dixi, mira.* In libro vero de presbyterio, per totum undecimum caput contendit, Christum & Mosem, Evangelium & legem ita opponi, ut Christus minime legislator sit, sicut Moyses, Evangelium fidem tantum requirat, leges autem ptoponat nullas, sicut lex proponere solet. De externa autem politeia Ecclesiæ apertissimus est in hæc verba. *Ego* inquit *nulla ratione Christum Deum & hominem quoad externam ecclesiæ politeiam, legislatorem certe posse dici demonstrabo.* En quo Hierarchicos hoc dogma transversos rapuit? Potius etenim Christus legislator negandus est, quàm ut de ecclesiastica politeia leges ullas sanxisse confitendum. Sed ô miseros. Ipse etenim Powellus postquam Christum legislatorem negasset; leges tamen plurimas de Adiaphoris ab ipso Christo sancitas recenset: & Mat. Sutclivius eo ipso in capite in quo Christum in externis legislatorem pernegavit, ita disciplinam suam definit. *Dicimus disciplinam ecclesiasticam esse in hac quæstione, externum ordinem, partim in verbo, partim verò à Christiano magistratu & præcipuis Ecclesiæ ministris (si desit magistratus) juxta verbi regulas præscriptum.* Hæc ille. qui nuper dixerat Christum nullo modo legislatorem fuisse, in externa præsertim politeia Ecclesię, jam partim saltē legislatorē, esse vult: quidni ad plenū etiam, sicut non partim rex est, partim non, sed absolutissimæ perfectissimæq; potestatis. Atque hæc absurda illa

Lib de adiaphor. c. 1.

Tractat. de discip. c. 1. pag 5.

p. c. 12. p. 152.

p. 65.

Digitized by Google

illa sunt: in quæ incidunt Hierarchici, dum hanc suam sententiam morosius tuentur: politeiam nempe ecclesiasticam in verbo Dei non contineri.

7 Tertium eorum vitium in statu quęstionis explicando, eorum calumnias continet, quibus hunc ipsum statum à nobis positum, aut subdolè invertunt aut malitiosè exagitant. Statum quęstionis ex Lamberto Danęo repetere libet. *Distinguendũ est* inquit *de disciplinæ partibus: quædam esse in ea essentialia omnino, quædam accidentalia. Essentialia sunt omnia quæ de electione & munere personarum ecclesiasticarum hic traduntur. Accidentalia sunt quæ ad particularem earum rerum modum seruandum, formamque aliquam constituendam & cuiusque populi commoditatis rationem habendam pertinent, veluti quoties episcopo sit in hebdomade concionandum, quibus diebus, qua hora, quo loco, & cætera, quæ sunt huiusmodi.* Rursus. *In disciplina ecclesiastica distinguamus ea que sunt fundamentalia ab accessorijs & levioribus. Fundamentalia sunt hæc ut legitimæ vocationes personarum retineantur, veluti pastores, presbyteri, Diaconi, & vt ij legitime electi suo munere fungantur, vel deponantur & removeantur. Accessoria dico quæ ut hæc fiant & observentur in ecclesia quoque, pro tempore, personis, & locis statui possunt. Accessoria incolumi manente disciplina in ecclesia variari possunt: maneat autem semper disciplinæ fundamentum & pars præcipua.* Hunc statum quęstionis dilucidè satis & perspicuè positum, dolosè primum invertunt isti. Richardus siquidem Hookerus, & remonstrator, & alij, dum disciplinam in verbo non contineri probant, eò sermonem deflectunt, quòd ceremoniæ ecclesiæ, ut loquitur Hookerus, & circumstantiæ individuales ut loquitur Remonstrator, in verbo expresso non habeantur. Ita larvas sibi fingunt quibuscum luctentur: & fucum lectori faciunt, ac si accidentalia & accessoria in verbo expresso haberi putemus, quod nemini nostrum in mentem unquam venit.

In 1. Tim. 3 v. 15 p. 169

In 1. Tim. 5 13. p. 289.

8 Secundò, Mat. Sutclivius distinctionem nostram agnoscit inter substantialia & circumstantialia, sed in ea id vitio dat quod non planum faciamus quid per substantiam quid per circumstantiam intelligimus, sed sub generali nube verborum subterfugium quærimus. Sed hoc ipsius vitium est; dicit disciplinam partim tantum descriptam in verbo, partim non, quid autem illud sit quod describitur, quid, quod non describitur omnino non narrat: sicut & Richar. Hookerus præcipua disciplinæ in verbo contineri affirmat, quæ autem hæc præcipua sint, non dicit. At perspicue a nobis sæpe traditum quid per substantialia disciplinæ intelligimus: insto tantum in confessione Gallica, quæ ita scrupulo huic medetur. *Credimus veram ecclesiam gubernari debere ea politeia sive disciplina quam Dominus noster Iesus Christus sancivit, ita videlicet ut in ea sint Pastores, Presbyteri, & Diaconi, &c.*

Tractat. de disciplin c. 1.

Ar. 92.

2 Tertio, male nos substantiam aut essentiam in externis somniare dicit Sutclivius. Præsertim cum Turriano objecit Sadeel, quod substantiam & essentialem formam, in externa forma ecclesiæ inesse voluerit.

Tract. t. de disciplin. c. 14. p. 152.

luerit. non indicat locum: & mihi jam Sadeelem versare non vacat: hoc satis est, quod hoc ipso in loco, accidentium quandam essentiam esse vel ipsemet fateatur. Quid? annon de disciplinæ substantialibus & essentialibus & Whitgiftus & Cousinus multa habent? Had. Saravia ita. *Qamvis ecclesiastica gubernatio recepto evangelio, nonnibil* (quantum per verbum Dei licet) *ad reipublicæ statum inflectenda sit: cavendum tamen est, ne ipsius tollatur substantia.* Similiter Geor. Downamus, se episcoporum vocationem, tantum *quod substantiam*, defensurum, suo ipso defensionis suæ initio profitetur. Atque hoc vitium Hierarchicorum in statu quæstionis tertium est.

De Trlpic. Episcop. in prolog.

9 Quartum eorum contradictiones immanes continet. Stant etenim ex parte una, Whitgiftus, Sutclivius, Hookerus: Stant ex adversa, Bilsonus, Bancroftus, Saravia: quorum illi priores disciplinam in verbo non contineri, immutabiliter saltem: hij verò & in verbo contineri & perpetuum tanquam immutabilem mandari asseverant. Hadrianũ tantũ Saraviã citabo, qui cum Beza objecisset, *disciplinæ leges haud minus ac doctrinæ in scriptura haberi, quas figere aut refigere non liceat*, respondit. *In quos hæc dicit Dominus Beza? ignosce mihi, quod antea dixi hic repeto, ipsum & hic σκιαμαχεῖν.* Concedit igitur, ut doctrinam ita & disciplinam perfectè verbo contineri. Atque hæc de statu quæstionis satis. Dimicandnm jam adversus priorem Hierarchicorum gregem est, & disciplinam perfectè in verbo Dei contineri comprobandum.

CAP. XL.

Contrarium nostrum fundamentum, certam scilicet disciplinæ formam in verbo præscribi undecem argumentis probatur.

ARgumentum nostrum primum à sacrarum scripturarũ apertis testimonijs sumitur, 1. Cor. 4. 17. *Misi vobis Timotheum qui vobis in memoriam revocabit quæ sunt viæ meæ in Christo sicut ubiq; in omnibus ecclesijs doceo*: Vias nominat, non viam: ac proinde disciplinam comprehendit quæ perinde ac doctrina, in omnibus ecclesijs uniformiter ab ipso Christo sancita est: quum & ea ipsa, via in Christo appelletur. 1. Tim. 3. 15. *Hæc tibi scribo ut noris quomodo tibi versandum sit in domo Dei.* Definitio hæc politeiæ est, ut sit ordo, quo quisq; dirigitur, quomodo illi in domo Dei versandum sit; hæc scripta in hac epistola dicitur: certa igitur disciplinæ forma in hac Epistola reperitur, quam mutare nefas. Id liquet apertè ex locis huius epistolæ alijs 1. Tim. 5. 21. *Obtestor in conspectu Dei Domini nostri Iesu Christi & electorum Angelorum ut hæc serves absque eo ut unum alteri præferas.* De judicijs ecclesiasticis antè egerat & de ordinationibus: certa igitur forma regiminis præscripta in verbo est, quæ absque peccato violari nequit. 1. Tim. 6. 13. 14. *Contestor te coram Deo qui vivificat omnia & Iesu Christo qui testatam fecit coram Pontio Pilato præclaram illam confessionem,*

fessionem; ut serves hoc mandatum incontaminatus & irreprehensus usque ad illustrem illum adventum Domini nostri Iesu Christi. Mandata reddit Beza numero plurali, quàm benè aut secus, penes unumquemq; judicium esto: frivola certè Richardi Hookeri tergiversatio est, qui τὴν ἐντολὴν non τὰς ἐντολὰς nominari dicit, ut non omnia mandata hic intelligantur sed præcipuum mandatum illud de quo verbis similibus Timotheum aamonet, 2. Tim. 4. 1. *Obtestor te coram Deo & Domino Iesu Christo, qui iudicaturus est vivos & mortuos in illustri illo suo adventu & regno suo. Prædica sermonem, &c.* At in contestatione simili priori 1. Tim. 5. 21. mandata nominavit numero plurali; & mandatum hoc in loco, quanquam numeri singularis sit, totam tamen eam officij rationem continet, quæ de politeia hâc in Epistola, prescripta est, sicut Lous ipse admonet: nam epilogus hoc Epiphenema est, quo epistola tota rata habetur, & quasi sigillo Apostolico confirmatur, & divina authoritate communitur usque quò Dominus Christus ad judicandum venerit: pueriliter igitur confugit Hookerus ad epistolam secundam, ut hanc ratificationem epistolæ primæ ad mandatum tantummodò de verbo prædicando restringat: quam omnia mandata de politeia comprehendere, Bilsonus, Saravia, Downamus, & reliqui quod sciam Hierarchici omnes confitentur. Imò hunc locum imprimis urgent pro divino Episcopi Hierarchici jure: quoniam hanc epistolam Timotheo ut Episcopo scriptam fuisse opinantur. Diluetur hec offucia loco suo: interim observetur hec inter Hookerum & reliquos gregales suos contradictio: utpote præ qua levis sit, aut potius nulla, quam nobis objicit, de viduarum necessitate. *Mandatum inquit de viduis 1. Tim. 5. 9. vos ipsi abrogatis: non igitur vel ex vestro judicio, ad perpetuitatem mandatorum omnium hæc Pauli contestatio extendenda est.* Respondeo, qui mandatum de viduis fundamentale putant, ij viduas semper retinendas censent: qui viduas abrogari posse putant, ij viduas non fundamentales, sed accessorias muneri diaconatus censent, ut in Daneo videre est. Quid igitur? Nulli dubitant quin hec Pauli contestatio ad omnia politeias mandata se porrigat quæ quidem fundamentalia sunt: scrupulus qui heret hic tantum est: an mandatum de viduis fundamentale necne sit, vel accessorium.

Lib. 3. §. 11. p. 161.

2. Argumentum nostrum secundum à scripturæ perfectione ducitur, de qua ita Ireneus: *Hæretici cum ex scripturis arguuntur, in accusationem convertuntur ipsarum scripturarum, quasi non possit inveniri in his veritas ab his qui nesciunt traditionem.* Hoc cum papiste facerent, scripturas imperfectas asserentes egregie eorum perfectio & ad omnia sufficiencia, à Iuello, Whitakero, Lubberto, Reynoldo, Bilsono, Sutclivio, Mortono, alijsque defensa atque propugnata est. At nihil ad Politeiam Ecclesie (inquis) quecunq; ab his allata sunt, sed ad fidei doctrinam tantum. Imo rationes eorum generales sunt, & mores includunt, non duntaxat fidem: citant omnes 2. Tim. 3. 16. ubi vir Dei, id est rector & gubernator Ecclesie, in omnibus per scripturas perfectus redditur,

Lib. 3. c. 2.

redditur. Revocetur in memoriam vox illa Richardi Hookeri: *Verbum Dei respectu finis ad quem à Deo ordinatur, perfectum, exactum, & absolutum est*: perfectam igitur exactam absolutamq; quoad fundamentalia Politeias formam continet: nam omne quòd ordinetur ad hunc inter cęteros finem ut Politeiam describat, non est à quoquam dubitatum. Confiteris etenim ipse pręcipua Politeias in verbo contineri, quid ni ergo & substantia Politeias tota? Quod si nihil de Politeia tetigisset verbum, aliquid esset: jam vero cum de Politeia agere instituit, aut totam illius substantiam continet aut imperfecta est. *Disciplina partim* inquit Sutclivius *in verbo Dei descripta est, partim Ecclesiæ arbitrio relicta.* Quid sibi hoc partim vult? nonne apponitur pleno? nonne plane papisticum est? nonne scripturam imperfectionis arguit pro more papistarum? Non igitur adversus papistas solum, sed etiam adversus Hierarchicos, hę patrum voces militant; quas à Tho. Bilsono, Ioh. Reynoldo, alijsq; nostris productas habemus. Ita Irenęus; *Scripturæ perfectæ sunt quippè à verbo Dei & spiritu eius dictatæ.* Ita Tertullianus; *Adoro plenitudinem scripturæ.* Ita Athanasius: *Sufficiant per se divinitus inspiratæ literæ ad veritatis indicationem.* Ita Cyrillus: *Omne verbum quod ad Deum pertinet in duobus testamentis inquiri & determinari potest.* Ita Vincentius Lyrinensis: *Canon scripturæ perfectus est & sufficiens, imò plusquam sufficiens ad omnia.* Citat Optatum Io. Reynoldus, qui verbũ Dei testamento comparat; apud quem videre est quantę sit blasphemiæ testamentum Dei, cuiuscunque imperfectionis arguere. Ita conficitur, cùm scriptura perfecta sit in omnibus de quibus agit, & cum de Politeia tractet: eam, aut certam disciplinę formam pręscripsisse, aut imperfectionis meritò arguendam esse.

Lib. 3. §. 8. p. 144.

Cõt. Apol. p. 2. p. 266 & p. 4. pag. 581

Lib. 2. c. 47.

Lib. de Cam

L. cõt. Gent.

In Leu l. 5.

Advers. profan. tract. novit.

Collat. cum Hart. p. 397 398.

3. Argumentum nostrum tertium ab imperfectione sumitur fundamentorum aliorum omnium quando à verbo Dei discesseris. Nullum certum fundamentum Polieteia Ecclesiastica quæso habebit? Quod si vero aliquod habeat, verbum ut habeat necesse est. Richardus Hookerus ita: *Possibile non est ut aliqua Politeia Ecclesiastica bona sit, nisi Deus ejusdem author sit. Æmuli sint necesse est, quæ Dei non sunt*, habet Tertullianus. Quid igitur? nobiscum coalescit Hookerus? Minime verò. Politeiam siquidem Ecclesiasticam sicut & civilem à Deo ita esse vult, quâ lumen rationis à Deo est: de quo ita Ciceronem loquentem inducit. *Ille* (Deus) *hujus legis inventor, disceptator, lator est.* Atqui inquam Politeia Ecclesiastica inter res supernaturales est, uti ante demonstravimus, quando eam regnum Iesu Christi esse, comprobavimus, quod est cæleste, & spirituale, & minime de hoc mundo. In rebus autem supernaturalibus, sapientia humana locum non habet Col. 2. 23. sed ipsa Politeia Ecclesiastica, inter reliquos Ecclesiæ cultus, mare purum esse debet absque omni mixtura humanæ adinventionis Ap. 4. 6. Ita Thomas Aquinas: *Theologia non supponit sua principia ab aliqua sapientia humana, sed tantum à sapientia*

Lib. 3. §. 2.

De habit. mulier.

Digitized by Google

pientia divina, à qua sicut summa sapientia omnis nostra cognitio ordinari debet. Hujus scientiæ cognitio non est per naturalem rationem sed per revelationem *& ideo de aliis judicat omnibus.* Quorsum igitur tractatus ille Hookeri longus, de rationis commendatione, ad Politeiam Ecclesiasticam dirigendam? Imò quorsum illa commendatio conciliorum & Canonum etiam, quos ex Iure Canonico cap. Violatores 25 q. 1. ex instinctu spiritus sancti conditos fuisse asseverat? Instinctus siquidem spiritus Sancti absque verbo somniandus nullus est, uti anè demonstratum: neque concilia, aut scripta patrum ita scientiâ verbi Dei, aut spiritus gratia munita sunt, quin labi, & errare possint, perinde ac concilium illud, cui David ipse præfuit 1. Chron. 13.9,10. cum 15.13. Sic fundamentum certum absque verbo pro Politeia Ecclesiastica nullum est: quod unicum certum principium esse, in rebus singulis supernaturalibus, & ipsi quoque sancti patres constituerunt. Rejicit siquidem testimonia & Optati & Ambrosij Augustinus: atque postmodum de verbo subinfert: *Ipse dominus Iesus discipulos testimonijs legum & prophetarum confirmandos esse iudicavit. Hæc sunt causæ nostræ documenta, hæc fundamenta.* Ambrosius in hunc modum: *Ad illum doctorem propheta contendit, qui solus est magister verus. Quomodo enim potest homo quasi verum docere quod nesciat, cum ipse sit mendax.* Ita sequitur, aut certam disciplinæ formam in verbo reperiri, aut Ecclesiam defici ab illo certo fundamento, quo in rebus reliquis supernaturalibus singulis adiuvatur.

Secunda secundæ q.1. art.7.

Lib.3.§.10.

Cont. Petil. c.18.

Serm.8.

4. Argumentum nostrum quartum, à differentia sumitur quæ est inter Politeiam civilem & Ecclesiasticam: quæ objectioni cuidam respondere potest, quæ adversus superiora ab Hierarchicis adfertur. Respondebunt etenim fortè fundamentum certum in verbo Politeiam Ecclesiasticam habere, quo ad generalia, perinde ac Politeiâ civilis: etiamsi speciatim & nominatim nulla aliqua certa illis illius forma constituatur. Hoc si sit verum, nulla erit differentia inter Politeiam civilem & Ecclesiasticam quæ jam permagna est. Nam distinguntur res Iehovæ à negotijs regis 2. Cronic. 19. 11. & Iohan. 18. regnum Christi distinguit à regnis mundi, ut hæc mundana, illud cœleste & spirituale statuatur. Hinc arguo dupliciter. Primò, in omni re supernaturali, illius substantia speciatim in verbo revelatur, circumstantiæ verò inviduales tantummodo per generalia principia diriguntur: ergò cum in hoc differat Ecclesiastica Politeia à civili, quòd hæc res naturalis sit, illa spiritualis & cœlestis: quoad substantiam ut in verbo revelentur necesse est. Secundò, quemadmodum in Politeia civili, supremus magistratus ejus certam formam constituit, qua de causa negotium regis dicitur in Chron.19. 11. ita in Ecclesiastica, Christus certam illius formam sanxit, quia ejusdem ille rex supremus est, Ioh. 8.36. Hinc certum ad hoc usque diem axioma invaluit, discrimen hoc esse inter civilem & Ecclesiasticam Politeiam: quòd hæc una & certa sit utpote in verbo definita: illa vero hominum

minum arbitrio varia & diversa. Ita Hadrianus Saravia: *Nulli genti Deus unquam ullam certam ac perpetuam imperij formam dedit quam pro* De divers. *ratione loci ac temporum mutari non liceat; Sed hujus regiminis de quo* minist. gen. *disserimus diversa est ratio: quoniam cum proximè à Deo est profecta, eam* ad prefat. *pro arbitrio suo homines mutare non possunt.* Sed quid ego urgeo Saravi- Lector. am? contra Matthæus ipse Sutclivius, quamquam huius veritatis impugnator acerrimus: quum tamen adversus papistas disputat, ad eam ipsam confugere compellitur. Fundamentum Bellarmini pro papatu & gubernatione monarchica hoc est, quod monarchia opti- De pontif. mum reipublicæ regimen sit, & eadem sit reipublicæ & Ecclesiæ Rom. lib. 1. gubernandæ ratio. Adversus hoc fundamentum Bellarmini contra- cap. 1. rium ille extruit: *diversam nempe esse reipublicæ & Ecclesiæ administrandæ rationem & formam.* Rationes multas adfert, quarum ego duas tantum recensebo. Prima, quia Ecclesia corpus mysticum & spirituale est, respublica verò corpus politicum. Secunda, quia una certa à Christo Ecclesiæ gubernandæ ratio præscribitur, at reipublicæ formæ possunt esse variæ. Ad scribam ipsa verba. *Sicut unus est Ecclesiæ* pag. 4. *summus pastor & princeps Iesus Christus qui easdem omnibus ubiq; hominibus leges & præcepta dat: sic una est Ecclesiæ vera & essentialis forma. At rerum publicarum ut varij sunt magistratus, sic variæ reperiuntur formæ: nam hæc à rege, illa ab optimatibus, alia à potentoribus & locupletioribus è populo regitur: omnesq; istæ formæ bonæ sunt. At secus fit in Ecclesia. Nam ut unus est sūmus Ecclesiæ rex: ita una est fidei formula, unaq; Ecclesiasticæ Politeiæ ratio, à qua qui discedunt, in labem gubernationis Ecclesiæ incidunt, & Christi leges transgrediuntur.*

5. Argumentum nostrum quintum à comparatione Politeiæ Iudaicæ sumitur: à comparatione inquam non ut Whitgiftus calumniatur convectione. Neque enim Politeiam Iudaicam convehit, qui hoc argumento utitur: nullo modo verisimile esse, minus exactam Politeiam Ecclesiæ sanxisse Christum, quam sanxit Moses, quem cum Mose comparat Paulus, tanquam adæq; fidelem in Domo Dei. Lib. 1. p. 55. Heb. 3. 2. 3. 5. Respondet Ioh. Bridgesius: *De interno domus Dei regimine tantum loqui Paulum non de externo.* Similiter Mat. Sutclivius De presbyt. huic argumento hoc tantum respondet: *Christi regnum in Ecclesia non* cap. 11. p. 67. *esse in rebus externis, sed in conscientiarum regimine & dominio collocandum.* Remonstrator, hanc comparationem inter Christum & Mosen Remonstr. c. 1 in eo versari dicit, quod Christus instructionem adæque claram in fi- pag. 9. de ac moribus reliquerit, atque ipse Moses, imo multo clariorem. Atqui comparatio in genere statuitur de fidelitate in exstruenda & gu- Lib. 3. s. 11. bernanda domo Dei absque ulla restrictione: id quod Ri. Hookerus 156. videns, respondet comparationem institui inter utriusq; fidelitatem circa eas res quas in commisso habebant: iam verò Deum non mandasse Christo dicit, ut formam Ecclesiasticę Politeiæ sanciret pro Ecclesia Christiana, uti Mosi mandavit, formam Politeiæ constituere pro Iudaica. At minus Christi authoritati quæ accepit à patre hæc re-

ſpõſio cõvenit: Mat. 28. 18. *Omnis poteſtas mihi data eſt in cœlo & terra* Iſa. 9. 6. *Impoſitus eſt principatus humeris ejus.* Iſa. 22. 22. *Imponam clavem Davidis humeris eius --- & ſuſpendent de eo totam gloriam domus paternæ ejus etiam omnia vaſa parvi pretij, tum vaſa craterum, tum vaſa lagenarum.* Notentur hæc ultima: oſtendunt etenim & minima etiam negotia quæque tradita in commiſſio fuiſſe Chriſto: claves ſaltem, id eſt iuriſdictionem Eccleſiaſticam: quam eum ordinare videmus, Mat. 16. 19. Atqui inquiunt non tantum in commiſſo datum Chriſto ac Moſi fuiſſe hinc liquet: quod Moſes Politeiam Civilem exactè deſcripſerit, quod Chriſtus non fecit. Quid hoc ad rem; comparatio etenim inſtituitur à Paulo inter Chriſtum & Moſem, quoad Domum Dei non quoad rempublicam, ſicut magiſtratus Politicus Chriſtus non erat, ſed ſpiritualis duntaxat Eccleſiæ ſuæ rex. Sed ipſa dictandi ratio inquit hoc diſcrimen ſubinſinuat: occaſionaliter etenim dictantur ab Apoſtolis quæ Politeiam concernant, non more legali ſanctiuntur, quemadmodum proceſſit Moſes. At merè papiſticum hoc argumentum eſt. Ita enim arguunt apud Ri. Fyldum. *Scriptura non eſt perfecta quia ſcripta eſt iuxta particulares occaſiones quæ offerebantur, non autem ex propoſito, ut perfectam regulam fidei contineret.* Atq; ſane peræque imperfectionem fidei arguit occaſionalis iſta ſcriptio, ac imperfectionem politeias: ſed *utcunq; occaſionaliter epiſtolæ Apoſtolorum ſcriptæ fuerint,* inquit Fyldus: *divina providentia tamen perfectam fidei normam continent,* ſic & Politeias Eccleſiaſticæ etiam. Arguit tertiò Hookerus, *leges Moſaicas Iudaicam tantum gentem concernere: & ideò comparationem nullam inferri poſſe, tam exactæ Politeias pro omnibus Eccleſijs Chriſtianis, quæ multæ imò pœne innumeræ ſunt.* Tetigit antè hanc rationem Lous: *Moſi poſſibile erat,* inquit, *uni genti formam certam Politeiæ præſcribere: at Chriſto non ita facile fuit omnibus gentibus legem certam figere.* O quantum inane! Cur non unam certam regiminis formam omnium gentium Eccleſijs præfigere tam poſſibile fuit, quoad ſubſtantialia: quam unam certam doctrinam de fide & moribus: imò unam certam diſciplinam docentem, quoad munus paſtorale, & ſacramentorum adminiſtrationem, quod omnes confitentur? Arguit Hookerus quartò, non adeo exactam Politeias Eccleſiaſticæ formam ab ipſo Moſe delineatam fuiſſe, quin multi caſus inciderint, qui abſque ſpeciali revelatione determinari non potuerint, qua ſpeciali revelatione jam caret Eccleſia Levit. 24. 12. Num. 15. 24. Num. 9. Num. 27. &c. Nihil hinc adverſus nos concluditur: caſus multos in Politeia novos incidere ſolere confitemur, qui iuxtà analogiam pręceptorum fundamentalium aut regulas ſcripturę generales determinari debent, ſic ut eis non obſtantibus, certa quædam quoad fundamentalia diſciplinæ forma jam in verbo contineretur, perinde ac apud Iudæos olim continebatur, quanquam novi multi individuales caſus inciderint vel ipſo fatente Io. Whitgifto. *Ne res quidem minima,* inquit, *quæ in Eccleſia agenda erat, in lege Moſis omittebatur.*

De eccleſ. lib. 4. c. 20. p. 237.

Quærim. p. 65, 66, 67.

Tract. 2. c. 6 Diviſ. 2.

Quid igitur? ipsa fundamentalia Ecclesiastici regiminis in lege Christi omittebantur? *Libertas nostra*, respondet Whitgiftus, *liberationem postulat à tam exactâ legum normâ: imo libertatem à Christo partam, à servitute Iudaica, pedibus proculcant*, inquit Lous, *qui certam formam Politeias in verbo contineri asserunt*. Non opus est multis. In legibus Mosaicis duo sunt, multitudo & directio: multitudo onus erat, directio beneficium: hinc sequitur libertatem nostram à servitute Iudaica in eo versari, quòd à multitudine observationum Mosaicarum liberamur: directio beneficium cum sit, tam exactam normam Politeias iam habemus, quam quæ apud Iudæos erat; aut Ecclesia nostra deficit & illâ Iudaicâ inferior est. Hinc comparationi huic acquiescit Ha. Saravia. Quum etenim urgeret D. Beza certam esse à Christo sub Evangelio constitutam regiminis Ecclesiastici formam quemadmodum olim à Mose fuerat, respondet ille: *Meam sententiam confirmat quisquis ita scribit & loquitur: & facile idem sentiremus, si eandem gubernationis formam quâ Apostoli usi sunt retentam fuisse Genevæ, & in alijs Ecclesijs Galliæ & inferioris Germaniæ observari, doceri possit.* Imo quid ipse Matheus Sutclivius. Contemptim quidem loquitur ille in tractatu suo de disciplina de hoc argumento nostro, à Mosis & Christi comparatione desumpto c. 12. p. 152. in libro verò de presbyterio c. 11. ulterius progreditur: contendit etenim Christum legislatorem non esse ut Moses erat, in externis præsertim, sed Mediatorem tantum. Sed adversus Bellarminum disputans, novus homo emergit. Quid Bellarminus? eodem nempe fundamento nititur, quo Hierarchici, non esse scilicet eandem rationem novi testamenti, quæ veteris, legi Mosis non licuisse addere, Evangelio licere. Quid ita? Audi eam ipsam Hierarchicorum cantilenam. *Quia Deus in lege omnia determinavit in speciali, in novo autem testamento latæ sunt leges communissimæ, quæ specialiter per Apostolos & eorum successores pro locorum & temporum diversitate determinandæ essent.* Quid ad hæc Sutclivius. Recipe defensionem plane nostram idque totidem verbis. *Hæc responsio adversus Christum contumeliosa est. Cur enim ille perfectiorem non daret legem quam Moses, præsertim cum Mosi longè præstaret? Præterea repugnat perfectioni Evangelij. Nam si omnia specialiter in lege præcepta sunt, & nihil fere in Evangelio ut ipse subindicat, tunc erit lex Mosis Evangelio præstantior: quod tamen nec verum est, nec à Bellarmino conceditur.* At intelligit ista de fide tantum & sacramentis Sutclius. Etiam loquitur generatim, & Politeiam includit, ut demonstrant sequentia. *Postremò hæc responsio Bellarmini falsa est: nam non magis licet Evangelij legi addere, quam legi Mosis. Nec obstat quòd à concilijs & pijs principibus aliquæ leges de rebus Ecclesiasticis additæ sunt: Illæ enim non sunt additiones ad legem Dei, nec in conscientia obligabant, nisi quatenus aliquid de lege Dei participabant.* Ita conficitur, certam quandam Politeias formam quoad substantialia in Evangelio contineri, quia in lege continebatur.

Cont Bez. c. 26. p. 167

De Pontific. Rom. lib. 4. c. 6. p. 3 5.

6 Argumentum nostrum sextum à subjecto politeias Ecclesiasticæ

ducitur

ducitur, ecclesia nempe, quæ vineę, domui, civitati, corpori deniq; assimilatur, sic ut illius custodes, politeia, œconomi, partes deniq; essentiales in verbo Dei ut ordinentur necesse est. Respondet ad ista attributa conjunctim Hookerus: ea non implicare certam immutabilemque formam disciplinæ, quia vel nobis ipsis fatentibus, quędam in politeia ecclesiastica sunt minoris momenti, quæ alterationem pati possunt. Quàm jejunè? Quomodo etenim sequitur, custodes vineæ, politeiam essentialem civitatis, œconomos domus, partes essentiales corporis mutari posse, quod quędam minoris momenti, vineæ, civitatis, domus negotia, & habitus externus corporis nonnunquam immutari possint? Videamus de singulis separatim. Primò vinea Domini dicitur ecclesia, quam ab ipso Deo per politeiam excultam legimus, Isa. 5. 2. 3. 4. pręcipuè verò Cant 8. 4. *Vinea est Salomoni in loco ferace, locat vineam suam custodibus, quisque affert pro fructu eius millenos siclos argenti. Vineæ, quæ mea est, apud me permaneant, &c.* Quum anno 1606. seligerentur à rege, qui pro disciplina Anglicana, coram ministris tum præsentibus, concionarentur: demandatū Iohanni Kingo erat, qui nunc est Episcopus Londinensis, ut contra Seniores & presbyterium declamitaret. Textum verò sumpsit ille hunc ipsum ex Canticis locum: & nullam vineæ certam gubernationis formam à Solomone Vineæ domino constitutam esse, asseveravit. Num hoc in textu reperit? imò nonne textu ipso hoc Glossema confutatur? Vera etenim Francisci Iunij expositio (cui ille nihil respondet.) *Ne rex quidem ipse ut vineam habeat fertilissimam, eam aut ipse potest colere, aut totum illius fructum percipere, sed colendam alijs locat, & aliquid eis de proventu tenetur attribuere: ego verò inquit sponsus neque alijs colendam loco, neque mihi quicquam de ea detrahi sinam, adeo sum illius Zelotypus, sed oculi mei semper versantur in ea, & fructus illius nè tantillum quidem alienari sino,* aut aliena voluntate *administrari.* Vide igitur hujus hominis oscitantiam, qui nec textum quidem suum intellexit. Salomonem etenim ver. 4. suam vineam locantem alijs, intelligit Christum suam Ecclesiam custodibus elocantem: cum contra manifesta hic antithesis inter Salomonem atque Christum instituatur, sic ut Salomon quidem vineam suam elocat alijs, permittens eam aliena voluntate administrari: Christus vero Ecclesiam non elocat, sed ipse per sese eam colit, permittens nemini voluntate sua rem administrare: sed pro speciali ipsius amore & Zelotypia, curam illius in seipsam suscipiens. Non igitur vel Zelotypia in suam vineam specialis, vel potestas in eandem Christi elocata nemini, vel fructuum denique reservatio permittet, ut Politeiæ ejusdem constitutionem arbitrio hominum reliquisse videatur: pręsertim cum Politeia Ecclesiæ, medium illud sit, quo fructus proventusque ubertim affluunt, quas sibi soli reservasse hîc Christus affirmatur.

Lib. 3. s. 11. p. 167.

Pag. 28.

2 Secundo, *civitas Ecclesia dicitur regis magni: & civitatis anima* (inquit Hookerus ex persona nostra) *Politeia est.* Adjicit in margine

Digitized by Google

Guilielmi Traversij verba: *Nisi reipublicæ suæ statum omnem Christus constituerit, magistratus ordinarit, singulorum munera potestatemque descripserit, quæ judiciorum foriq; ratio habenda, quomodo civium finiendæ lites: non solum minus Ecclesiæ Christianæ providit, quam Moses olim Iudaicæ, sed quam à Lycurgo, Salomone, Numa, civitatibus suis prospectum fuit.* Ponit ista odiose Hookerus, sed cur non refellit? Certè refelli ista non possunt, id quod etiam in Cornelio Scultingio videre est, qui licet thesim Traversianam sibi refutandam suscepisset, & disciplinam in verbo non perfectè contineri asseruisset: ad hoc tamen illius argumentum, respondet omnino nihil. Tertiò, Ecclesia domus Dei est, 1. Tim. 3. 15. Heb. 3. 3. 4. & quænam domus benè constituta ordine caret quo gubernatur? In domo quisquam œconomios constituit præter patremfamilias? Numerus, gradus, ordo, habitus, servorum Salomonis, tot illius sapientiæ testimonia erant: quomodo ergo verisimile fiat, Christum majorem Salomone, non eam certam domus suæ gubernandæ rationem reliquisse, in qua quasi in speculo, sapientia, cura, & illius providentia erga Ecclesiam suā reluceret. Hęc Hookerus ex persona nostra: quibus tamen ne verbum quidem respondet. Respondet Remonstrator plurima in quaque domo œconomi arbitrio discretionique relinqui solere: quod ipsum causam non attingit. Quæstio etenim nostra non de rebus minoris momenti est: nam circumstantias individuales Ecclesię arbitrio relictas esse confitemur: sed de ipso domus Dei regimine, imò de œconomis ipsis, quorum designationem domus œconomis relictam esse quis unquam audivit? Luc. 12. 12. *Quisnam est dispensator fidelis & prudens quem constituit dominus ejus super familiam suam, ut det portionem eius in tempore suo.* Ecce rectores domus, ipse dominus constituit. Quo etiam pertinet calamus ille Apoc. 11. *Datus Angelo ad metiendam domum Dei*: ostendit etenim non absque calamo relictam esse Ecclesiam Dei, vel quoad regimen: nam de mensuratione regiminis adversus Antichristi tyrannidem, peræque ac adversus hæresim de mensuratione ipsius fidei, agit hoc in loco vates. Sic nempè decuerat, nè domus posterior, priori cederet: *de qua singula in Dei verbo descripta fuisse*, testatur David, 1. Chron. 28. 12. 13. 19. *Tunc tradidit Salomoni filio suo structuram domus, & omnium quæ erant penes eum per spiritum de atrijs Iehovæ, etiam pro distributionibus sacerdotum & Levitarum & pro omni opere ad ministerium domus Iehovæ. ——Hæc omnia descripta à manu Iehovæ incumbere mihi instruxit me; omnia opera huius structuræ.* Quid multis? Concedit hic pedib. in sententiam nostram adversariorum omnium acerrimus, Matheus ipse Sutclivius: sic etenim adversus Bellarm. scribit: *Dubium non est quin universam domum suam & omnes ejus ministros Christus perfectè constituerit & descripserit. Quare cum Pontifex nullum suæ iurisdictionis mandatum ostendere possit, ipsa nulla est. Neque enim ulla maior est nullitas: quàm quæ ex defectu iuris est.* Nonne & ministros regentes perfectè à Christo institutos asserit, contra Pseudoregentem

Hierarch. Anacryph. lib. 2. p. 36. 37.

Lib. 3. §. 11. p. 166.

Remonst. c. 1

De pontif. Rom. p. 286 vide p. 164. vide inquam

regentem disputans? Nonne nullitatem jurisdictionis (puta in Episcopis) ponit, ubi nullum in verbo mandatum extat? Postremò, corpori assimilatur Ecclesia, quod & concedit Richardus Hookerus, sed nihil tamen pro certa regiminis forma facere contendit: quia Politeia, tantum hujus corporis vestitus & ornatus est, qui immutari & variari sine piaculo ullo potest. At officia Ecclesiastica pastores, nempè, Seniores, & Diaconos, pro quibus contendimus, non vestitum hujus corporis sed membra vocat, Rom. 12. 5. sic ut Christus ea omnia in verbo formare instar figuli censendus sit: quamadmodum in corpore naturali, formare & figurare singula ejus membra, creator Deus dicitur. lib. 3. s. 3.

8 Argumentum nostrum septimum, ab officio principis & capitis ecclesiæ Iesu Christi derivatur: nonne etenim regis est sancire leges ut regnũ quã optimè suũ gubernetur? Quid aliud sonat ab Isaia illa. 9. 7. *Iusticia & iudicio Christũ regnũ suũ stabilire?* Quid aliud, illa Pauli, 1. Cor. 12. 4. *Christũ ut Dominũ administrationes pro regenda Ecclesia sua instituisse?* Quid aliud deniq; illa Iacobi 4. 12. *Vnus est legislator, nẽpè Deus?* Respondet Lous. *Quod de uno legislatore dicitur id de legislatore primario est intelligendum: aliter, legislatores secundarios esse nemo inficiabitur, nisi qui ipsum magistratum sustulerit.* Respondeo, eandem esse hanc distinctionem de legislatore primario & secundario quæ illa Bellarmini & Stapletoni est, de capite & fundamento ecclesiæ primario & secundario. Num magistratum quæso tollunt scriptores nostri qui distinctionem hanc exsibilant? Manere potest in negotijs suis legislator magistratus, ut Deus interim in negotijs Iehovæ, 2. Chron. 19. 11 legislator solus agnoscatur. Atque cum blasphemare papistas dicunt nostri, cum papam secundarium quasi caput sub Christo substituant: ita parum à blasphemia absunt Hierarchici, cum sub Christo primario legislatore, prælatos Ecclesiæ quasi legislatores supponunt secundarios: in negotijs politeias illius, quæ quidẽ essentialia sunt. Sed cautior fortè Matheus Sutclivius, inter quem & Loum, ista notabilis contradictio est. Primarium siquidem legislatorem agnoscit Christum Lous, in politeia ecclesiæ suæ constituenda, quem nec regem omninò, nec legislatorem Matheus Sutclivius ferre potest. Ita enim habet. *In isto homine personato* (adversarium intelligit, contra quem scribit) *quis ferret Christum Redemptorem, in novum, in rebus externis legislatorem converti?* Rursus, *Christus leges nullas Ecclesiasticas tulit.* Iterum, *Ego nulla ratione Christum externæ ecclesiæ politeiæ legislatorem dici posse demonstrabo.* Postremò. *Christus quoad externam ecclesiæ politeiam dicendus non est rex & legislator.* Miraris hæc tam falsa iuxta ac impia tanto Theologo excidisse? Non habent extrema pudorem. Non ex sensu suo sobriè scripsit ista Sutclivius, sed studio contradicendi abreptus, suasque partes defendendi: quod vel hinc constat, quod contra Bellarminũ disputans, ut imminueret potestatem papæ quam illi attribuit in legibus ferendis, contrarium prorsus ponit,

Querimon. Eccles. p. 87

De presbyt. c. 12. p. 62. pag. 64. pag. 65. pag. 66.

ponit. Sic enim scribit. *Sicut unus legislator, ita una essentialis ecclesiæ gubernatio, reipublicæ verò forma varia.* Rursus. *Nullæ ecclesiæ gubernationis leges, certæ & immutabiles nisi à Christo: nam is ecclesiæ legislator est, isque solus.*

De pontif. Rom. c. 1. c. 4. 5.

9 Argumentum nostrum octavum, à materia essentialium illorum ducitur, quæ perfectè à Christo in verbo suo instituta asseveramus: quæ à D. Theodoro Beza ita posita sunt. *Ecclesiastica* inquit *administrationis essentialia, duabus præcipue in rebus, posita sunt: nempè in ipsis perpetuis muneribus sacris, & in eorundem accurata & distincta descriptione, ad quam eorum usus est referendus.* Ad hoc respondens Hadrianus Saravia ea præclara esse testatur, & nihil contra suam sententiam facere. Nec mirum. Nam cum Apostolus hanc vocationem suam licitam probet, quod non ab hominibus sed à Deo ipsius Apostolatus esset. Gal. 1. 1. hoc supponit pro fundamento, omnes licitas vocationes à Deo esse, quæ verò ab hominibus sunt, & aliunde instituuntur eas esse illicitas. Notum hoc ipsis Pharisæis & Scribis: illicitum etenim ministerium Iohannis hinc probant quod authoritatem in verbo Dei nullam haberet: atque Iohannes, supponens eos verum præsumsisse, in verbo fundari ministerium suum docet Ioh. 1: 23. Falsò ratiocinati sunt Scribæ & Pharisęi, dicit Whitgiftus: & nos ex responso Iohannis inconsequenter arguimus, respondet Remonstrator: sed rationem nullam adferunt, sicut nec adferre possunt. Quæ etenim ratio deprimere illa Christi poterit. Math. 21. 25. in quibus supponens ministerium quodvis illicitum esse quod est ab hominibus institutum: ministerium Iohannis idcirco licitum docet, quod esset à cælo, id est, à Deo, in suo verbo stabilitum. Hinc pertinent illa Pauli Heb. 5. 5. *Nemo* (ne ipse Christus quidem Filius Dei) *honorem sibi in ecclesia sumit, nisi qui vocatus est, ut Aaron*: fuit autem ministerium Aaronis in verbo constitutum. Deridet hanc rationem nostram in tractatu suo de disciplina Matheus Sutclivius: adversus verò Bellarminum disputans pro more suo approbat. Sic enim scribit. *Imò nec Christus Iesus, licet Filius Dei pontificatum suum assumpsit nisi missus: nec ecclesiæ administrationem suscepit, nisi à patre Ecclesiæ præpositus. Quod si ergo nec Christus Iesus sine patris mandato suum assumsit pontificatum: temerè faciunt qui ecclesiæ pontificatum generalem assumunt sine mandato. In ecclesia enim Dei nemo sibi honorem sumit, nisi qui missus est quemadmodum Aaron: Proferant ergo pontifices Romani mandatum Domini: ostendant missionem suam: doceant se à Domino ecclesiæ universali præpositos. Quid cessant? quid tacent? cur tergi versantur?* Eodē in capite post. *Refellitur* inquit *pontificum Romanorum principatus, quia non est ex Christi institutione.* Postremò, *ideo pontificium authoritatem illicitam probat, quia dici illi potest ex Roberto Gallo. Quis posuit idolum hoc in sede mea, ut imperaret gregi meo? & ad illum accommodari possit Tertulliani illud. Qui estis? quomodo & unde venistis? quid in meo agitis non mei?* Quin & noster hac quidem in re Remonstrator est. *Non negamus* inquit *quin omnes legitimæ vocationes authoritatem habeant ex verbo Dei, etsi*

Respons. ad Sarav. c. 16. p. 92.

pag. 193.

Tract. 8. divis. 7 p. 303

Remonst. c. 2

c. 12: p. 153

De Pontific. Roman. lib. 3 c. 2. p. 164.

p. 174.

p. 192.

etsi non totidem verbis. Quod verò dicit non totidem verbis, id hujus sententiæ mentem non mutat. Sic est alibi. *Directa authoritas, vel immediata est ex ipsa Dei voce, vel mediata per directam consequentiam ex verbo collecta: sic omnis vocatio ex verbo deducibilis est.* Remonstrat. c. 2. p. 24. p. 22.

10 Argumentum nostrum nonum à regiminis ecclesiastici fine usq; ducitur. Eiusdem etenim est & finem & media ad finem constituere: sicut finem regiminis præcisè in verbo Christus sanxerit, & politeiam etiam ecclesiæ quæ est eiusdem finis medium, ut sanciverit, censendus est. Finis vero politeias, ecclesiæ salus atque ædificatio est: & quis putarit, absque certis medijs omnibus, eisque certò constitutis, ecclesiam orbam Christum Iesum reliquisse? Quid quod politeia, uti cętera media omnia, non nisi gratiarum suppeditatione, & cęlesti benedictione ad finem suum valent? Gratiam suppeditare alicui officio ecclesiastico, homo non potest: ergo nec officium aliquod constituere. Certè pro varietate gratiarum, varietatem administrationum in verbo constitutam videamus: & officia Ecclesiastica ipsa, dona sunt Eph. 4. 12. 1. Cor: 12, 5. Rom. 12. 5. 6: sic ut de Christi & potentia & liberalitate derogetur plurimum, si penes hominem sit, ac non penes Christum solum eadem constituere. Quod ad benedictionem vero, uti tum benedixit Moses tabernaculo, quando omnia structa vidisset iuxta formam illam quæ ei in monte ostensa est, Exod: 39. 43. ita tum & non aliter benedicit regimini Ecclesiastico Christus, quando omnia ad amussim verbi sui composita & ordinata videt. Nulla ab illo aurora expectanda quando verbum illius non asseritur Is: 8: 20. imo humanis inventis adeò non favet, ut minetur eis, *qui ambulant in flamma ignis sui, & in scintillis, quas sibimetipsis succenderint. E manu mea accidet hoc vobis: in dolore iacebitis. Isa.* 50. 11. Quid opus est multis? opus habent stellæ ecclesiarum ut ut Christi manu teneantur & protegãtur, Ap. 1. 16. nõne igitur opus est, ut omnes ab ipsius manu fabricentur? Stellæ certè erraticæ sunt Iud. 13. officia quæcunq; ecclesiastica, quæ non opera manus Christi, sed opera manuum humanarum sunt. An rarum in scripturis, humana inventa condemnata audire, vel hoc solo nomine. *Opera sunt manuum tuarum*? Psa. 135, 15. Isa. 28. 317. & 37. 19. Ier. 16. &c.

11. Argumentum nostrum decimum ab officio nostro ducitur, fide nempè & obedientiâ erga disciplinam. Quæ etenim fides absq; verbo Rom. 10. 17. quæ obedientia nisi mandato? Respondet Remonstrator, fidem & obedientiam erga politeiam ecclesiasticam esse posse perindè ac civilem, etsi certa illius forma in verbo Dei non pręscribitur: respectu nempè principiorum illorum generalium, quæ in scriptura de eadem reperiuntur. At primò, res supernaturalis cum politeia ecclesiastica sit, quo nomine à civili distat: speciatim in verbo nisi pręscribatur, languet erga eandem obedientia, vacillat fides. Secundò, fac generalibus principijs tantum politeias ecclesiasticæ fidem dari, obedientiam præstari posse: & arctiori tamen vinculo ligamur nos ad Remonst. c. 2.

utramque, si non generaliter, sed speciatim in verbo mandetur: quod à Christo prætermissum fuisse verisimile non est: Ratio apud Richardum Hookerum extat, in nostra persona, ab illo, ita posita. *Quam-*
L.3.p.166. *diu persuadentur homines de ordine aliquo, quòd ab hominibus solis sit, de prudentia sua præsumunt, putantque non modo parem sed meliorem etiam sese adinvenire posse. Inde est, quod instituta humana tam promptam & alacrem obedientiam elicere nequeant: atque ea est, quando ad Deum conscientia respicit, quasi ad illius ordinis authorem.* Hoc illud fuit quod Mosis leges de Politeia Ecclesiastica commendavit, cui simile quiddam è Paganis legislatoribus nonnulli prætendebant: falso quidem, prudenter tamen vim hujusce persuasionis discernentes. Itaque ad majorem obedientiam expediens erat, ut Deus ipse Politeias ecclesiasticæ author esset. Huic verò nihil respondet Hookerus: quia frivola? fiat judicium ex consequentibus. Ex dogmate nostro certa quædam ubique εὐταξία & in disciplina perinde ac in doctrina pax & unitas conservatur: ex dogmate verò Hierarchico Anabaptisticis confusionibus via astruitur, mutationibus politicis fenestra aperitur: funestis denique ecclesiarum dilacerationibus causa præbetur, sicut in Anglia hodie apparet. Rursus ex dogmate nostro consolatio cuique politeias administro suppeditatur, ut qui jam cum Ieremia dicere possit: *Non me intrusi coram te*: ex dogmate verò Hierarchico conscientiæ confusio, qualis illa fuit sacerdotum Ieroboami: cum conscij essent se proprias implevisse manus, & absque ulla vocatione diivnâ semetipsos consecrasse. Postremò ex dogmate nostro proficiscitur erga politeias administros reverentia, cum plebi quotidie ob oculos versabitur, *Qui vos spernit me spernit. Murmuratio vestra non est adversus nos, sed adversus Iehovam*: ex dogmate verò Hierarchico contemptus, qualis in Malachia denunciatur: nam sordida semper in domo Dei institutio humana visa est.

11 Argumentum nostrum undecimum & ultimum à testimonio sanctorum sumitur, qui in ecclesia quoque seculo floruerunt. Ita Cyprianus. *Legat hoc unum verbum & in hoc mandato meditetur Christiana religio & inveniet ex hac scriptura omnium doctrinarũ regulas emanasse, & hinc nasci & huc reverti, quicquid ecclesiastica continet disciplina, & in omnibus irritum esse & frivolum quicquid dilectio non confirmat.* Respon-
De Baptism. det Remonstrator. *Per disciplinam intelligi hic doctrinam quemadmodum*
Christ. §.10 *verbis paulo antecedentibus §. 8. Non me latet te docente ad siccandas corruptionem mearum putredines prodesse —— sal disciplinæ tuæ Evangelio tuo*
Remonst. c. *mediante infusum.* Hinc insultat Demonstratori, tanquam lectori Cy-
B.p.17. priani inepto aut collectionem aliorum sequenti, ne lecto quidem à sese Cypriano. Sed ineptissimus Cypriani lector ipse Remonstrator est, id quod proximè antecedentia verba demonstrant. *Loquere magister bone libenter te audio & cum adversaris mihi: etiam in plagis & doloribus intelligo disciplinam: nec me latet, &c.* Quid igitur est? Per *sal disciplinæ* hic non (quod ille ineptissime somniat) intelligit doctri-

nam

nam Cyprianus, sed disciplinam correctionis. In testimonio verò nostro perspiciet quivis, doctrinarum regulam & disciplinam ecclesiasticam, quasi res diversas sejunctim poni, & utraque ex æquo à scriptura derivari. Sic & alibi in negotijs disciplinæ ad scripturam à Cypriano revocamur. *Hinc schismata & disciplinæ violationes nascuntur: dum ad veritatis originem non creditur, nec caput quæritur, nec magistri cælestis doctrina servatur.* Innuunt ista doctrinam de disciplina traditam esse, scripturam disciplinæ caput esse, ut errata in disciplina corrigantur. Quid quod doctrinam de disciplina eam speciatim nominat, quæ episcopatus Anglicani nervos exsecat? Dicit enim *in uno petro unam cathedram post pastoribus omnibus æqualem attributam esse*, sicut testatur Ri. Fyldus, & Guil. Whitakerus qui in hunc sensum Cyprianum interpretantur. Citatur à Demonstratore testimonium istud Tertulliani. *Nobis nihil ex nostro arbitrio inducere licet: sed nec eligere quod aliquis arbitrio suo induxerit: Apostolos Domini habeamus authores qui nec ipsi quicquam à suo arbitrio quod inducerent elegerunt, sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus assignarunt.* Non autem puto Demonstratorem existimasse disciplinam ecclesiasticam hic specialiter nominatam fuisse, quo nomine immeritò apud Remonstratorem vapulat: sed sermonis Tertulliani generalitate innixum fuisse: quâ nihil de nostro abitrio in disciplina eligendum dicit, sive doctrinam contineat illa, siue ecclesiæ disciplinam. Ita Augustinus. *Sive de Christo, sive de ecclesia, sive de quacunque alia re quæ pertinet ad fidem vitamque nostram, non dico si nos sed si Angelus de cœlo vobis annuntiaverit præterquam quod in scripturis legalibus & Evangelicis accepistis, anathema sit.* Iohannes Reynoldus dum hanc sententiam Augustini adversus Hartum urget, insistit in eo præcipuè, quod non dicat *contrà quàm, sed præterquam*, ut non solum quæ contra verbum illicita Augustinus sentiat, sed etiam quæ vel preter scripturam fiunt. Non igitur solum (quod vult Hookerus) quæ in politeia ecclesiastica contra Dei verbum sunt, Pauli & Augustini judicio prohibentur, sed etiam quæ preter verbum geruntur: nam cum ecclesiam Augustinus speciatim nominet, vitamque nostram: quis putarit ecclesiæ disciplinam quæ ad mores dirigendos est destinata, eum excepisse? Sequitur Damasus, quem citat & approbat Richardus Fyldus, qui Chorepiscopos ideo extirpandos confirmat, quod in verbo, eorum ordo authoritatem nullam habeat. *Qui ita arguit, nonne omnia officia ecclesiastica etiam regentia in verbo ita posita putat ut alia inducere illicitum sit, præterquam ea quæ in verbo sanciuntur? verba sunt: eorum institutio omni authoritate caret, ijdem sunt qui & presbyteri. Non amplius quam duos ordines inter discipulos Domini esse cognovimus id est duodecim Apostolorum, & septuaginta discipulorum: unde iste tertius processerit penitus ignoramus. Et quod ratione caret extirpari necesse est.* Referuntur in ius Canonicum ista: in quibus ut quædam errori sunt proxima, hoc tamen sanum est: *quod necesse putetur ut officia omnia ecclesiastica extirpentur, quæ carent autho-*

Lib. de unit. Eccles.

De eccles. li. 5. c. 36.

Cont. 5. q 4. s. 4.

De præscript. c. 6.

Cont. Petil. lib. 3. c. 6.

Collat. cum Hart. c. 2. Divis. 1.

De eccles. li. 5. c. 29.

Concil. 702. 1. pag. 466, 467.

Decret. p. 1. d. 68. c. 5.

Digitized by Google

ritate & ratione ex scripturis.

Hoc si effectum datum in Anglia, vbi queso Episcopi Anglicani futuri essent: qui per scripturas ijdem cum presbyteris sunt (ut de Chorepiscopis loquitur Damasus & jus Canonicum) & omni ex sacris desumpta ratione carent. Ita Nazianzenus. *Nemo sapiat supra quam oportet saperè, nevè lege justior, luce splendidior, canone rectior, praecepto officiosior videri velit?* Loquitur ita de disciplina Ecclesiastica Nazianzenus, sicut ipse Thomas Bilsonus attestatur: qui hæc adfert, *nè in controversijs disciplinarijs quisquam nostrum, vlla zeli religionisve specie, vltra praeceptum, legem, canonem verbi diuini nosmet abripi patiamur.* Qui ita loquuntur, nonne legem in verbo Dei, nonne præceptum, nonne Canonem, nonne lucem, de disciplina ecclesiastica, tradita esse confitentur? Ita Chrysostomus. *Qui non utitur sacrâ scripturâ sed ascendit aliunde, id est, non concessa viâ, hic non pastor est, sed fur & latro.* Impugnat primum Papæ hoc testimonio Iohannes Iuellus, eò quòd à Christo in verbo suo non instituatur. Sed ratio hęc nonne & Episcopos Anglicanos & quodvis præterea officium ecclesiasticum ex Ecclesia exturbat, quod in Dei verbo perinde ac papatus ipse non instituitur? Ita Leo. *Exortes sunt mysterij diuini qui a Petri soliditate recesserunt.* Rursus. *Petri forma cunctis ecclesiæ Rectoribus proposita est.* Erravit quidem in hypothesi huius formę Leo: quod tamen exemplar Apostolicæ disciplinæ ligare, & formam quandam disciplinæ ab eisdem propositam innuit, in eo quidem certè sapit, vel Matheo Sutclivio assentiente: qui hinc pontificis primatum iugulat, *quod a Petri soliditate recesserit, imò à forma illius quam longissimè recesserit:* id quod de Anglicano Episcopatu, & omni alio ecclesiastico officio ab hominibus introducto verissimè aptissimeq; dicitur. Ita Iohannes Gerson. [Nulla potest lingua satis exprimere, quantum malū, quantum periculum, quantam confusionem, sacræ scripturæ contemptus (quæ proculdubio sufficiens est, pro ecclesiæ gubernatione, alias Christus imperfectus legislator esset) & humanorum inventorum affectatio in ecclesiam invexit. Ad huius rei evidentiam consideretur cleri status, cui sapientia cęlestis disponsari debuit: sed cum meretrice illa, sapientia humana adulterium commiserunt illi: sic ut status ecclesiæ merè bestialis & monstrosus evaserit: infra cœlum, supra verò terra, subest spiritus, dominatur caro &c. non erubescunt tamen quidam dicere, humanis inventionibus melius ecclesiam gubernari, quam lege divina, & lege Evangelij Christi, quæ assertio blasphema est. Evangelica etenim doctrina, ecclesiæ terminos dilatavit, & ad cœlum sublimavit: quam Hagaræ filij sapientiam illam quærentes, quæ de terra est, ad sterquilinium usque dejecerunt.] Citat ista & approbat Richardus Fyldus Hierarchicus: quæ & sententiam nostram de certa disciplinæ forma in verbo Dei perfectè tradita manifestè confirmant: & politeiam Anglicanam jugulant, imò miseriam quę & humanam sapientiam in disciplinâ ecclesiasticâ, deformantem sequi

Marginal notes: De moderat. in disceptat. servand. — De perpet. gubernat. c. 12. — In Io. Homil. 58. — Def. Apol. p. 2. c. 3. d. 2. — De Pontif. Roman. li. 2. p. 101. — Serm. in die circumcis. p. 3 consid. 1. — De eccles. l. 3 ca. 11. p. 83.

sequi solet;& in regnum Anglicanum per Hierarchiam Episcopalem humanam jam (pro dolor) invecta est, adeo graphicè depingunt, ut nihil supra. Alibi de negotijs disciplinarijs loquens adversus papam, ita habet. *Superest ut aliqua sit relicta inobliquabilis & indeviabilis regula ab optimo legislatore Christo, secundum quam possit abusus huiusmodi potestatis reprimi, dirigi, atque moderari. Hæc autem regula est ecclesia & generale concilium.* In hæc Hadrianus Saravia ità. *Rectè à Gersone notatum fuit ab optimo legislatore Christo in ecclesiam regulam inobliqualilem relictam esse: sed sacræ scripturæ sint illa regula &c.* In hac sententia fuerunt ij qui Petro Aliaco attestante, in concilio Constantiensi, & longè antè ordinem Cardinalium tollendum putarunt, quod nec a Christo, nec ab Apostolis institutus esset, sicut olim de statu Corepiscoporum factū erat. Citatur a D. Mornæo & approbatur Budæus, cuius ista de certa disciplinæ forma in verbo tradita, sententia est. *Navis nobis disciplinæ socialis ac civilis à servatore relicta est ecclesiæ conditore, quæ continuo ministerio, instrumento gubernaculisq; instructa fuit ab ipso, aut eius auspicijs. Flatum etiam à puppi pollicitus est, ad exoptatū locū rectores perlaturum, si clavem certum tenere, si nusquam non spiritui afflaturo pandere ecclesia porrexisset:* (sacras utique scripturas à spiritu sancto profectas contulisset.) Accedant Hierarchici. Thomas Bilsonus ita. *Hijs quæ dixi non est consequens ut politeiam ecclesiasticam, quam nobiscunque libeat, ex ingenio nostro fingamus, quin potius danda est opera ut externam administrationem in ecclesia regenda eam observemus quam Dominus noster ipse docuit. Quam verò politeiam in externa forma ecclesiæ gubernandæ Dominus ab initiò sanxit, obscurum esse non poterit, si sacras literas consulamus.* Ita Richardus Bancroftus. Conclusio mea ædificabitur, supra unam de Demonstrativis propositionibus Iohannis Whalli. *Illud regimen ecclesiæ cuius origo ignota est nullam habet authoritatē à verbo Dei sed illicitū est.* Postremò ita Hadrianus Saravia. *Non ignoramus ab Apostolis perfectam ecclesiæ formam traditam: & quid sit de hac re nostra sententia, jam diximus. Unde nos intulimus & consequens esse diximus ut illa omnia maneāt in ecclesia, per quæ ædificatur: nēpè verbi Dei prædicatio, sacramentorum administratio, cum ea regiminis forma quæ fuit ab initio sub Apostolis, nec ostenditur vel mutata, vel inhibita posteris.* His omnibus argumentis, constat unam quandam certam regiminis Ecclesiastici formam à Christo, in verbo, traditam & institutam esse.

De Auferibil. papæ consid. 11.

Cont. Gretzer. p. 368, 369.

Fascicul. rer. expit. fugiend. pag. 205.

Histor. papat. p. 625.

De perpet. gubernat. c. 1. p. 31, 32.

Surv. c. 5. p. 87.

Cont Bez. c. 16. p. 162

CAP. XLI.

Argumenta Hierarchica dissolvuntur.

SVperest ut adversa Hierarchicorum argumenta dissolvamus. Prima objectio est à circumstantijs Politeias: hoc etenim perpetuum apud Whitgiftum, Hookerum, Sutclivium, reliquosq; Sophisma est: non esse certam Politeias formam in verbo speciatim

positam: quia ceremoniæ & ejusdem circumstantiæ speciatim in scripturis non describantur. Primò, insulsum hoc argumentum est: quid enim? Nulla erit Ethices & bonorum operum certa in scripturis tradita regula, quia operum bonorum circumstantiæ non nisi regulis generalibus diriguntur? Disciplinæ docentis quod ad verbi prædicationem & sacramentorum administrationem, certam formam speciatim in verbo traditam esse confitentur ipsi: cujus tamen circumstantias non nisi generaliter tradi in aperto & confesso est. Postremò certam formam Politeias Ecclesiasticæ à Mose Iudæis in verbo definitam fuisse non inficiantur: *in ecclesia tamen Iudæorum concessum est*, inquit Hookerus, *horam sacrificiorum, Synagogarum ædificationem, pulpitorum & cathedrarum erectionem: id est, circumstantias ejusdem Politeias, Ecclesiæ arbitrio relictas fuisse. Non igitur sequitur substantiam Politeias Ecclesiasticæ in verbo traditam minime jam esse, quia eiusdem circumstantiæ non traduntur.* Secundò, statum quæstionis invertunt, idque nobis affingunt, quod ne in mentem venit unquam. Verba Hookeri ista sunt. *Distinctio illorum de substantia & circumstantijs, quanquam vera, eorum proposito non satisfacit: nam sive res maioris momenti sint, sive minoris, si eas Deus in verbo ut perpetuas mandavit: nulla ratio est quæ alterum earum genus, magis altero, mutare liceat.* His in verbis impingit nobis Hookerus, ac si circumstantias Politeias perinde ac substantiam, in verbo mandatas in perpetuum existimaremus, quod quisquamnè de nostris affirmavit quæso, imò vel somniavit unquam?

Lib. 3. §. 7. p. 138.

Lib. 3. §. 10. 154.

Tertiò, circa distinctionem hanc de circumstantijs & substantia egregie cavillantur. Eam veram esse agnoscit Hookerus, sed non ita Matheus Sutclivius, qui eam exagitat ut *ineptam & imperitam*: addit insuper *nos quasdam circumstantias perinde atque substantiam perpetuas stabilire.* Sed expedita responsio est. Quædam circumstantiæ individuales snnt, & has intelligimus; cum mutabiles & minimè in verbo speciatim delineatas Politeias circumstantias dicimus: Quædam verò circumstantiæ generales sunt, & has non absque causa & speciatim in verbo descriptas, & immutabiles affirmamus: cujusmodi sunt in circumstantia loci, prędicatio verbi, sacramentorum administratio, administrorum electio in loco publico: & in circumstantia temporis, quòd non alio tempore administer aut pastor eligendus sit, quam iu locum defuncti, aut quando sedes aliàs vacat.

Tractat de discipl. c. 14.

2 Objectio Hierarchicorum secunda sequitur, ab Ecclesiæ authoritate desumpta, quæ authoritatem nullam haberet in ferendis legibus de Politeia Ecclesiastica, si modo certa ejusdem forma in verbo descripta haberetur. Ita M. Sutclivius: *Si Christus*, inquit, *legislator externæ Politeiæ esset, legesq; Ecclesiæ tulisset, non magis Ecclesiæ & Synodo leges scribere & promulgare liceret, quàm populo & subditis sibi leges cōdere præter sui principis & magistratus voluntatē.* Ita pagina pręcedenti: *Si quæ in externis rebus Christus mandaverit & Apostoli iusserint pro legib.*

De presbyt. s. 11. p. 66.

Digitized by Google

legib. habenda sunt, nulla alia authoritate, nulla legislatione opus esset. Nam si in novo Testamento reperiantur, ut Christi verbum valebunt: ut stultè quis faceret, si novum Testamentum lege confirmaret. Valet enim suo jure multoq; plus valet, quam humanæ ullæ leges: & conscientias astringit, quas humanæ leges & ab homine latæ non ligant. Respondeo primò hoc argumentum papisticum esse, ad scripturæ imperfectionem comprobandã, non in causis disciplinæ tantũmodo, sed etiam in causis fidei. Quid enim? Annon certa fidei forma in verbo traditur, & tamen in causis fidei Ecclesiæ & Synodi adversus hæreses cujuscunq; temporis leges tulerunt? *Hoc inde fit*, inquiunt papistæ, *quia scriptura in tradenda fidei formâ imperfecta est.* Nam in consequentia hujus argumenti cum Sutclivio conspirant, ut in Cornelio Scultingio videre est, qui pari modo argumentatur. *Si necesse est quasdam regulas novas quotidiè sic casibus exigentibus adjici: cur falsò docent puritani contra Calvino-papistas, ex solis scripturis hauriendam disciplinam esse, easque solas sufficere.* Hierarch. Anacrys. lib. 1. p. 20. Secundò, Perduellis non in Ecclesiam solam, verumetiam in ipsum magistratum Sutclivius est: nam si certa rei forma in verbo descripta omnem legislationum authoritatem abscindit: magistratus in causis fidei authoritatem leges ferendi nullum habet, cum fidei forma perfectè in scriptura traditur, quæ suo valore valet. Tertio, argumento huic Sutcliviano, ita respondit Richardus Hookerus: *Quanquam frustra esset leges condere, quas scriptura prius condidit, quia in mandatis Dei, nihil reliqui est, quàm ut executioni mandentur: tamen pro eis quæ mandantur in scripturis, in officio Ecclesiæ est, providere legibus, nè licentia aut segnitie hominum, mandata Dei non adimpleantur.* Lib. 5. s. 5. p. 149. Exempli gratiâ, Nehem. 10. 34. 35. 36. *Instituimus nobis præcepta --- ut scriptum est in lege. Instituimus nos allaturos primitias terræ nostræ.* Primò patet hinc, in reformatione disciplinæ nihil tentandum præter id quod scriptum est: secundo legislationi locum esse, ubi certa forma disciplinæ antè à Deo præscripta est, ut forma ea observetur diligentius & collapsa restituatur.

3. Tertia objectio Hierarchicorum, oppositione nititur ea, quæ est inter legem & Evangelium, ubi Matheus Sutclivius ita: *Qui Christum externæ Politeiæ Ecclesiæ legislatorẽ esse volunt, illud de nova Christi & perfectiori legislatione, pontificiorum dogma, longo intervallo revocant: Evangelium novam legem appellant: mori loquendi in scripturis usitato repugnant. Christus nunquam legislator appellatur, imò Mosi legislatori opponitur: & illius dogmata non lex sed verbum dicuntur. Apostoli doctrinam de lege & Evangelio opponunt: legemq; & Evangelium ubiq; opposita esse videas, ut illa opera, hæc fidem tantum requirat, quæ non in faciendo, sed in credendo tantum versatur.* Respondeo primò, non legislationem Christi in externis tantum, sed & in internis & in externis hæc argumentatio tollit: quod nonne quæso blasphemum? Quomodo etenim Christus Ecclesiæ rex, si non legislator, erit? Secundò, putidum est, quod de papistici dogmatis revocatione objicit: id quod verba ipsa

Calvini

Calvini obstendunt, quæ producit ex institut. lib.2.c.8.s.2. *Appellat*, inquit, *Sutclivius perniciosissimum dogma, Christum tulisse legem Evangelicam.* Certè pontificio sensu: quasi Christus Math.5 non veterem legem exponeret, sed nouam eamque perfectiorem de juramentis, homicidio, adulterio, diligendis inimicis induceret, quam illi Evangelicam vocant. Tertiò, non minus putidum est, quæ subinfert de oppositone legis & Evangelij: nam de fœderis differentiâ in hominibus precipue justificandis ea omnia intelliguntur. Iam verò quomodo sequitur, nullam in Evangelio legislationem Iesu Christi reperiri: quia conditio fœderis legalis, & fœderis Evangelici in hominibns justificandis, adversa planè & oposita est? Annon Rom.3. Evangelium *lex fidei appellatur?* non igitur repugnat naturæ Evangelij ut Christus in eo leges ferat. Respondet Sutclivius: *agimus de lege propriè acceptâ quâ quid manditur aut vetatur?* Et quomodo agit de lege Paulus? Cur non improprius illius sensus qui sit exponis? *Cum Evangelium*, inquit, *promissi in Christo gratiâ nitatur, lex verò in vetando & mandando consistat: qui potest Evangelium dici lex cum nihil vetet aut imperet?* Atqui non nobiscum jam, sed cum Apostolo litigas, qui Evangelium appellat legem. At non simpliciter legem appellat, sed cum oppositione fidei. Nempe quia fidem mandat fideique fructus, infidelitatem verò ejusdemque fructus vetat quod ni ita sit, dicas nobis rationem cur Evangelicum legem fidei appellarit, aut cur Ioh. 3. 23. fides mandatum esse dicatur.

4. Quarta objectio Hierarchicorum, à legis moralis consideratione ducitur: ita enim rursus Matheus Sutclivius argumentatur. *Si* Pag.66,67, 68. *Christus de externa Ecclesiæ Politeia leges tulit, tum lex moralis non esset perfecta ut Ps. 19. & 119 dicitur: sed nova quædam lex moralis introduceretur: nova etiam esset ἀνομία præter legis moralis transgressionem, aliaque bona opera præter legis moralis obedientiam.* Nonne miraris Lector quid huic homini mali acciderit? Num recte sapit? Cui ignotum præcepta de Politeia Ecclesiastica, ad legis moralis præceptum secundum pertinere, & in eodem contineri? Num aliam legem moralem tulit Moses, quando certam Politeias Ecclesiasticæ formam Iudęis pręscripsit? & ἀνομία nulla est in legibus Ecclesiasticis sub Evangelio transgrediendis? Cur igitur pro peccatoribus Puritani habentur? Cur pro disciplina sua ita exagitantur ab Hierarchicis reformatæ Ecclesiæ? Cur in Consistorijs Anglicanis pro legum Ecclesiasticarum transgressione quotidie homines puniuntur? Supersunt objectiones aliæ duæ: omnes nempe damnatos esse qui disciplinam in verbo descriptam non amplectuntur, si aliqua præscripta esset: & Ecclesias quæ eandem repudiant, Ecclesias veras minimè esse: sed eis jam antè à nobis satisfactum est. Ita certam esse regiminis Ecclesiastici formam in verbo præscriptam demonstravimus, & contraria Hierarchicorum argumenta singula irrita fecimus.

CAP.

CAP. XLII.

Politeia Eccleſiaſtica quoad ſubſtantiam immutabilis eſt, quod exemplis demonſtratur.

QVod ſi autem Politeia Eccleſiaſtica quoad ſubſtantiam in verbo preſcripta habeatur: ſequitur eandem quoad ſubſtantiam immutabilem eſſe, ſic ut de eadem diminuere, vel eidem addere illicitum ſit. Imò non ſequitur inquiunt Hierarchicorum plurimi: ubi primò excipiunt adverſus factum Apoſtolorum in diſciplina exercenda: deinde adverſus eorundem doctrinam in diſciplina preſcribenda: quorum neutrum legem perpetuam dictare volunt, quæ immutari nequeat. De primo, ſic Io. Bridgeſius, Epiſcopus Oxonienſis. *Num unumquodque exemplum primitivæ Eccleſiæ præceptum aut mandatum faciunt?* Rurſus: *Forte rerum nonnullarum in primitiva Eccleſia exemplum aliquod oſtendere poſſunt, ſed nec idipſum generale, nec eiuſdem perpetuam regulam aliquam, quæ omnes Eccleſias & ætates omnes ad illud exemplum aſtringat.* Ita Io. Whitgiftus: *Ex facto aut exemplo legem facere iniquum eſt. Hoc argumentum à facto nihil valet.* *Nunquam licet*, inquit Zwinglius, *neque in divinis, neque in profanis à facto ad jus argumentari.* Rurſus, *Non ſolum infirmum ſed & periculoſum etiam argumentandi genus eſt, arguere. Apoſtoli fecerunt, ergo & nos facere oportet, vel Apoſtoli non fecerunt, ergo nobis non licet facere. Zwinglius vir inſigniter doctus inprimis Anabaptiſtas hoc modo arguentes reprehendit, & dicit argumentum à facto ad jus, vel à non facto ad non ius nunquam valere, niſi illud exemplum ſuper aliquam legem vel regulam fundetur.* Poſtremò, Tho. Bilſonus, arguentibus pro libertate populi in electionibus, ab exemplo electionis Diaconorum ita reſpondet: *Exempla multum diſtant à præceptis. Ex facto ſingulari regula generalis non poteſt conſtitui ſine maxima & manifeſtiſſima ratione, quæ concluſionem cohærentem & neceſſarium eſſe demonſtret.* His ut reſpondeatur, agendum eſt primo, in genere de exemplorum vi & valore: deinde ſpeciatim de obligatione facti Apoſtolorum, & Eccleſiarum quæ ſub illis floruerunt.

Tract. 3. c. 1. D. v. 10.

Tract. 3. c. 4. Diviſ. 4.

De perpet. Gubern. c. 7. p. 108.

2 Primò igitur cum exempla particularia nobis in ſcripturis ut τύποι ſive ὑποδείγματα proponuntur ut ſimilia vel imitemur vel devitemus, tum eadem pro lege communi habenda ſunt: uti manifeſtò liquet ex 1. Cor. 10. 11. Phil. 4. 8. 9. 10. Heb. 11. per totum. Heb. 12. 3. Ioh. 13. 15. Iud. 7. *Exemplum ego præbui vobis*, inquit Chriſtus, Ioh. 13. 15. *ut prout ego feci vobis & vos faciatis.* De exemplo vero ſanctorum Heb. 12. 3. habetur illud, nebulam eſſe qua dirigamur, per alluſionem ad nebulam illam quæ Iſraelitis in deſerto præivit, ut recta via ad terram Canaan ducerentur. Iam vero intentio ſpiritus Sancti in Actis Apoſtolorum perſcribendis, eorum exempla eandem vim obtinere docet: quorſum etenim liber de actis Apoſtolorum ſcriptus, niſi ut τύποι eorum acta nobis eſſent, & quaſi nebulæ quibus in via

Quid igitur? ipsa fundamentalia Ecclesiastici regiminis in lege Christi omittebantur? *Libertas nostra,* respondet Whitgiftus, *liberationem postulat à tam exacta legum normâ: imo libertatem à Christo partam, à servitute Iudaica, pedibus proculcant,* inquit Lous, *qui certam formam Politeias in verbo contineri asserunt.* Non opus est multis. In legibus Mosaicis duo sunt, multitudo & directio: multitudo onus erat, directio beneficium: hinc sequitur libertatem nostram à servitute Iudaica in eo versari, quòd à multitudine observationum Mosaicarum liberamur: directio beneficium cum sit, tam exactam normam Politeias iam habemus, quam quæ apud Iudæos erat; aut Ecclesia nostra deficit & illâ Iudaicâ inferior est. Hinc comparationi huic acquiescit Ha. Saravia. Quum etenim urgeret D. Beza certam esse à Christo sub Evangelio constitutam regiminis Ecclesiastici formam quemadmodum olim à Mose fuerat, respondet ille: *Meam sententiam confirmat quisquis ita scribit & loquitur: & facile idem sentiremus, si eandem gubernationis formam quâ Apostoli usi sunt retentam fuisse Genevæ, & in alijs Ecclesijs Galliæ & inferioris Germaniæ observari, doceri possit.* Imo quid ipse Matheus Sutclivius. Contemptim quidem loquitur ille in tractatu suo de disciplina de hoc argumento nostro, à Mosis & Christi comparatione desumpto c. 12. p. 152. in libro verò de presbyterio c. 11. ulterius progreditur: contendit etenim Christum legislatorem non esse ut Moses erat, in externis præsertim, sed Mediatorem tantum. Sed adversus Bellarminum disputans, novus homo emergit. Quid Bellarminus? eodem nempe fundamento nititur, quo Hierarchici, non esse scilicet eandem rationem novi testamenti, quæ veteris, legi Mosis non licuisse addere, Evangelio licere. Quid ita? Audi eam ipsam Hierarchicorum cantilenam. *Quia Deus in lege omnia determinavit in speciali, in novo autem testamento latæ sunt leges communissimæ, quæ specialiter per Apostolos & eorum successores pro locorum & temporum diversitate determinandæ essent.* Quid ad hæc Sutclivius. Recipe defensionem plane nostram idque totidem verbis. *Hæc responsio adversus Christum contumeliosa est. Cur enim ille perfectiorem non daret legem quam Moses, præsertim cum Mosi longè præstaret? Præterea repugnat perfectioni Evangelij. Nam si omnia specialiter in lege præcepta sunt, & nihil fere in Evangelio ut ipse subindicat, tunc erit lex Mosis Evangelio præstantior: quod tamen nec verum est, nec à Bellarmino conceditur.* At intelligit ista de fide tantum & sacramentis Sutclius. Etiam loquitur generatim, & Politeiam includit, ut demonstrant sequentia. *Postremò hæc responsio Bellarmini falsa est: nam non magis licet Evangelij legi addere, quam legi Mosis. Nec obstat quòd à concilijs & pijs principibus aliquæ leges de rebus Ecclesiasticis additæ sunt: Ille enim non sunt additiones ad legem Dei, nec in conscientia obligabant, nisi quatenus aliquid de lege Dei participabant.* Ita conficitur, certam quandam Politeias formam quoad substantialia in Evangelio contineri, quia in lege continebatur.

Cont Bez. c. 26. p. 167

De Pontific. Rom. lib. 4. c. 6. p. 355.

6 Argumentum nostrum sextum à subjecto politeias Ecclesiasticæ ducitur

ducitur, ecclesia nempe, quæ vineę, domui, civitati, corpori deniq; assimilatur, sic ut illius custodes, politeia, œconomi, partes deniq; essentiales in verbo Dei ut ordinentur necesse est. Respondet ad ista attributa conjunctim Hookerus: ea non implicare certam immutabilemque formam disciplinæ, quia vel nobis ipsis fatentibus, quędam in politeia ecclesiastica sunt minoris momenti, quæ alterationem pati possunt. Quàm jejunè? Quomodo etenim sequitur, custodes vineæ, politeiam essentialem civitatis, œconomos domus, partes essentiales corporis mutari posse, quod quędam minoris momenti, vineæ, civitatis, domus negotia, & habitus externus corporis nonnunquam immutari possint? Videamus de singulis separatim. Primò vinea Domini dicitur ecclesia, quam ab ipso Deo per politeiam excultam legimus, Isa. 5. 2. 3. 4. precipuè verò Cant 8. 4. *Vinea est Salomoni in loco ferace, locat vineam suam custodibus, quisque affert pro fructu eius millenos siclos argenti. Vineæ, quæ mea est, apud me permaneant, &c.* Quum anno 1606. seligerentur à rege, qui pro disciplina Anglicana, coram ministris tum præsentibus, concionarentur: demandatū Iohanni Kingo erat, qui nunc est Episcopus Londinensis, ut contra Seniores & presbyterium declamitaret. Textum verò sumpsit ille hunc ipsum ex Canticis locum: & nullam vineæ certam gubernationis formam à Solomone Vineæ domino constitutam esse, asseveravit. Num hoc in textu reperit? imò nonne textu ipso hoc Glossema confutatur? Vera etenim Francisci Iunij expositio (cui ille nihil respondet.) *Ne rex quidem ipse ut vineam habeat feracissimam, eam aut ipse potest colere, aut totum illius fructum percipere, sed colendam aliis locat, & aliquid eis de proventu tenetur attribuere: ego verò inquit sponsus neque alijs colendam loco, neque mihi quicquam de ea detrahi sinam, adeo sum illius Zelotypus, sed oculi mei semper versintur in ea, & fructus illius nè tantillum quidem alienari sino,* aut aliena voluntate *administrari.* Vide igitur hujus hominis oscitantiam, qui nec textum quidem suum intellexit. Salomonem etenim ver. 4. suam vineam locantem alijs, intelligit Christum suam Ecclesiam custodibus elocantem: cum contra manifesta hic antithesis inter Salomonem atque Christum instituatur, sic ut Salomon quidem vineam suam elocat alijs, permittens eam aliena voluntate administrari: Christus vero Ecclesiam non elocat, sed ipse per sese eam colit, permittens nemini voluntate sua rem administrare: sed pro speciali ipsius amore & Zelotypia, curam illius in seipsam suscipiens. Non igitur vel Zelotypia in suam vineam specialis, vel potestas in eandem Christi elocata nemini, vel fructuum denique reservatio permittet, ut Politeiæ ejusdem constitutionem arbitrio hominum reliquisse videatur: presertim cum Politeia Ecclesiæ, medium illud sit, quo fructus proventusque ubertim affluunt, quas sibi soli reservasse hîc Christus affirmatur.

Lib. 3. §. 11. p. 167.

Pag. 28.

2 Secundo, *civitas Ecclesia dicitur regis magni: & civitatis anima* (inquit Hookerus ex persona nostra) *Politeia est.* Adjicit in margine Guilielmi

Guilielmi Traversij verba: *Nisi reipublicæ suæ statum omnem Christus constituerit, magistratus ordinarit, singulorum munera potestatemque descripserit, quæ judiciorum foriq; ratio habenda, quomodo civium finiendæ lites: non solum minus Ecclesiæ Christianæ providit, quam Moses olim Iudaicæ, sed quam à Lycurgo, Salomone, Numa, civitatibus suis prospectum fuit.* Ponit ista odiose Hookerus, sed cur non refellit? Certè refelli ista non possunt, id quod etiam in Cornelio Scultingio videre est, qui licet thesim Traversianam sibi refutandam suscepisset, & disciplinam in verbo non perfectè contineri asseruisset: ad hoc tamen illius argumentum, respondet omnino nihil. Tertiò, Ecclesia domus Dei est, 1.Tim.3.15. Heb.3.3.4. & quænam domus benè constituta ordine caret quo gubernatur? In domo quisquam œconomios constituit præter patremfamilias? Numerus, gradus, ordo, habitus, servorum Salomonis, tot illius sapientiæ testimonia erant: quomodo ergo verisimile fiat, Christum majorem Salomone, non eam certam domus suæ gubernandæ rationem reliquisse, in qua quasi in speculo, sapientia, cura, & illius providentia erga Ecclesiam suā reluceret. Hæc Hookerus ex persona nostra: quibus tamen ne verbum quidem respondet. Respondet Remonstrator plurima in quaque domo œconomi arbitrio discretionique relinqui solere: quod ipsum causam non attingit. Quæstio etenim nostra non de rebus minoris momenti est: nam circumstantias individuales Ecclesiæ arbitrio relictas esse confitemur: sed de ipso domus Dei regimine, imò de œconomis ipsis, quorum designationem domus œconomis relictam esse quis unquam audivit? Luc.12.12. *Quisnam est dispensator fidelis & prudens quem constituit dominus ejus super familiam suam, ut det portionem eius in tempore suo.* Ecce rectores domus, ipse dominus constituit. Quo etiam pertinet calamus ille Apoc.11. *Datus Angelo ad metiendam domum Dei*: ostendit etenim non absque calamo relictam esse Ecclesiam Dei, vel quoad regimen: nam de mensuratione regiminis adversus Antichristi tyrannidem, peræque ac adversus hæresim de mensuratione ipsius fidei, agit hoc in loco vates. Sic nempè decuerat, nè domus posterior, priori cederet: *de qua singula in Dei verbo descripta fuisse*, testatur David, 1.Chron.28.12.13.19. *Tunc tradidit Salomoni filio suo structuram domus, & omnium quæ erant penes eum per spiritum de atrijs Iehovæ, etiam pro distributionibus sacerdotum & Levitarum & pro omni opere ad ministerium domus Iehovæ.——Hæc omnia descripta à manu Iehovæ incumbere mihi instruxit me; omnia opera huius structuræ.* Quid multis? Concedit hic pedib. in sententiam nostram adversariorum omnium acerrimus, Matheus ipse Sutclivius: sic etenim adversus Bellarm. scribit: *Dubium non est quin universam domum suam & omnes ejus ministros Christus perfectè constituerit & descripserit. Quare cum Pontifex nullum suæ iurisdictionis mandatum ostendere possit, ipsa nulla est. Neque enim ulla maior est nullitas: quàm quæ ex defectu iuris est.* Nonne & ministros regentes perfectè à Christo institutos asserit, contra Pseudo-

Hierarch. Anacrisph. lib.2.p.36.37.

Lib.3.§.11. p.166.

Remonst.c.1

De pontif. Rom.p.286 vide p.164. vide inquam

regentem disputans? Nonne nullitatem jurisdictionis (puta in Episcopis) ponit, ubi nullum in verbo mandatum extat? Postremò, corpori assimilatur Ecclesia, quod & concedit Richardus Hookerus, sed nihil tamen pro certa regiminis forma facere contendit: quia Politeia, tantum hujus corporis vestitus & ornatus est, qui immutari & variari sine piaculo ullo potest. At officia Ecclesiastica pastores, nempè, Seniores, & Diaconos, pro quibus contendimus, non vestitum hujus corporis sed membra vocat, Rom. 12. 5. sic ut Christus ea omnia in verbo formare instar figuli censendus sit: quamadmodum in corpore naturali, formare & figurare singula ejus membra, creator Deus dicitur. lib. 3. §. 3.

8 Argumentum nostrum septimum, ab officio principis & capitis ecclesiæ Iesu Christi derivatur: nonne etenim regis est sancire leges ut regnũ quã optimè suũ gubernetur? Quid aliud sonāt ab Isaia illa. 9 7. *Iusticia & iudicio Christũ regnũ suũ stabilire?* Quid aliud, illa Pauli, 1. Cor. 12. 4. *Christũ ut Dominũ administrationes pro regenda Ecclesia sua instituisse?* Quid aliud deniq; illa Iacobi 4. 12. *Vnus est legislator, nẽpè Deus?* Respondet Lous. *Quod de uno legislatore dicitur id de legislatore primario est intelligendum: aliter, legislatores secundarios esse nemo inficiabitur, nisi qui ipsum magistratum sustulerit.* Respondeo, eandem esse hanc distinctionem de legislatore primario & secundario quæ illa Bellarmini & Stapletoni est, de capite & fundamento ecclesiæ primario & secundario. Num magistratum quæso tollunt scriptores nostri qui distinctionem hanc exsibilant? Manere potest in negotijs suis legislator magistratus, ut Deus interim in negotijs Iehovæ, 2. Chron. 19. 11 legislator solus agnoscatur. Atque cum blasphemare papistas dicunt nostri, cum papam secundarium quasi caput sub Christo substituant: ita parum à blasphemia absunt Hierarchici, cum sub Christo primario legislatore, prælatos Ecclesiæ quasi legislatores supponunt secundarios: in negotijs politeias illius, quæ quidẽ essentialia sunt. Sed cautior fortè Matheus Sutclivius, inter quem & Loum, ista notabilis contradictio est. Primarium siquidem legislatorem agnoscit Christum Lous, in politeia ecclesiæ suæ constituenda, quem nec regem omninò, nec legislatorem Matheus Sutclivius ferre potest. Ita enim habet. *In isto homine personato* (adversarium intelligit, contra quem scribit) *quis ferret Christum Redemptorem, in novum, in rebus externis legislatorem converti?* Rursus, *Christus leges nullas Ecclesiasticas tulit.* Iterum, *Ego nulla ratione Christum externæ ecclesiæ politeiæ legislatorem dici posse demonstrabo.* Postremò. *Christus quoad externam ecclesiæ politeiam dicendus non est rex & legislator.* Miraris hæc tam falsa iuxta ac impia tanto Theologo excidisse? Non habent extrema pudorem. Non ex sensu suo sobriè scripsit ista Sutclivius, sed studio contradicendi abreptus, suasque partes defendendi: quod vel hinc constat, quod contra Bellarminũ disputans, ut imminueret potestatem papæ quam illi attribuit in legibus ferendis, contrarium prorsus

Querimon. Eccles. p. 87

De presbyt. c. 12. p. 62. pag. 64. pag. 65. pag. 66.

ponit. Sic enim scribit. *Sicut unus legislator, ita una essentialis ecclesiæ*
De pontif. *gubernatio, reipublicæ verò forma varia.* Rursus. *Nullæ ecclesiæ gubernati-*
Rom.c.1. c. *onis leges, certæ & immutabiles nisi à Christo: nam is ecclesiæ legislator*
4.5. *est, isque solus.*

9 Argumentum nostrum octavum, à materia essentialium illorum ducitur, quæ perfectè a Christo in verbo suo instituta asseveramus:
Respons. ad quæ à D. Theodoro Beza ita posita sunt. *Ecclesiastica* inquit *admini-*
Sarav.c.16. *strationis essentialia, duabus præcipue in rebus, posita sunt: nempè in ipsis*
p.92. *perpetuis muneribus sacris, & in eorundem accurata & distincta descriptione, ad quam eorum usus est referendus.* Ad hoc respondens Hadrianus Saravia ea præclara esse testatur, & nihil contra suam sententiam facere. Nec mirum. Nam cum Apostolus hanc vocationem suam licitam probet, quod non ab hominibus sed à Deo ipsius Apostolatus
pag.193. esset. Gal. 1.1. hoc supponit pro fundamento, omnes licitas vocationes à Deo esse, quæ verò ab hominibus sunt, & aliunde instituuntur eas esse illicitas. Notum hoc ipsis Pharisæis & Scribis: illicitum etenim ministerium Iohannis hinc probant quod authoritatem in verbo Dei nullam haberet: atque Iohannes, supponens eos verum præsumsisse, in verbo fundari ministerium suum docet Ioh. 1: 23.
Tract.8.divis.7 p.303 Falsò ratiocinati sunt Scribæ & Pharisæi, dicit Whitgiftus: & nos ex responso Iohannis inconsequenter arguimus, respondet Remonstra-
Remonst.c.2 tor: sed rationem nullam adferunt, sicut nec adferre possunt. Quæ etenim ratio deprimere illa Christi poterit. Math. 21.25. in quibus supponens ministerium quodvis illicitum esse quod est ab hominibus institutum: ministerium Iohannis idcirco licitum docet, quod esset à cælo, id est, à Deo, in suo verbo stabilitum. Hinc pertinent illa Pauli Heb. 5. 5. *Nemo* (ne ipse Christus quidem Filius Dei) *honorem sibi in ecclesia sumit, nisi qui vocatus est, ut Aaron*: fuit autem ministerium Aaronis in verbo constitutum. Deridet hanc rationem nostram in tractatu suo de disciplina Matheus Sutclivius: adversus verò Bel-
c.12.p.153 larminum disputans pro more suo approbat. Sic enim scribit. *Imò nec Christus Iesus, licet Filius Dei pontificatum suum assumpsit nisi missus: nec ecclesiæ administrationem suscepit, nisi à patre Ecclesiæ præpositus.*
De Pontific. *Quod si ergo nec Christus Iesus sine patris mandato suum assumsit ponti-*
Roman.lib.3 *ficatum: temerè faciunt qui ecclesiæ pontificatum generalem assumunt sine*
c.2. p.164. *mandato. In ecclesia enim Dei nemo sibi honorem sumit, nisi qui missus est quemadmodum Aaron: Proferant ergo pontifices Romani mandatum Domini: ostendant missionem suam: doceant se à Domino ecclesiæ universali*
p.174. *præpositos. Quid cessant? quid tacent? cur tergi versantur?* Eodē in capite
p.192. post. *Refellitur* inquit *pontificum Romanorum principatus, quia non est ex Christi institutione.* Postremò, ideo pontificium authoritatem illicitam probat, quia dici illi potest ex Roberto Gallo. *Quis posuit idolum hoc in sede mea, ut imperaret gregi meo? & ad illum accommodari possit Tertulliani illud. Qui estis? quomodo & unde venistis? quid in meo agitis non mei?* Quin & noster hac quidem in re Remonstrator est. *Non negamus* inquit *quin omnes legitimæ vocationes authoritatem habeant ex verbo Dei,*

Digitized by Google

etsi non totidem verbis. Quod verò dicit non totidem verbis, id hujus sententiæ mentem non mutat. Sic est alibi. *Directa authoritas, vel immediata est ex ipsi Dei voce, vel mediata per directam consequentiam ex verbo collecta: sic omnis vocatio ex verbo deducibilis est.* Remonstrat. c. 2. p. 24. p. 22.

10 Argumentum nostrum nonum à regiminis ecclesiastici fine usq; ducitur. Eiusdem etenim est & finem & media ad finem constituere: sicut finem regiminis præcisè in verbo Christus sanxerit, & politeiam etiam ecclesiæ quæ est eiusdem finis medium, ut sanciverit, censendus est. Finis vero politeias, ecclesiæ salus atque ædificatio est: & quis putarit, absque certis medijs omnibus, eisque certò constitutis, ecclesiam orbam Christum Iesum reliquisse? Quid quod politeia, uti cętera media omnia, non nisi gratiarum suppeditatione, & cęlesti benedictione ad finem suum valent? Gratiam suppeditare alicui officio ecclesiastico, homo non potest: ergo nec officium aliquod constituere. Certè pro varietate gratiarum, varietatem administrationum in verbo constitutam videamus: & officia Ecclesiastica ipsa, dona sunt Eph. 4. 12. 1. Cor: 12, 5. Rom. 12. 5. 6: sic ut de Christi & potentia & liberalitate derogetur plúrimum, si penes hominem sit, ac non penes Christum solum eadem constituere. Quod ad benedictionem vero, uti tum benedixit Moses tabernaculo, quando omnia structa vidisset iuxta formam illam quæ ei in monte ostensa est, Exod: 39. 43. ita tum & non aliter benedicit regimini Ecclesiastico Christus, quando omnia ad amussim verbi sui composita & ordinata videt. Nulla ab illo aurora expectanda quando verbum illius non asseritur Is: 8: 20. imo humanis inventis adeò non favet, ut minetur eis, *qui ambulant in flamma ignis sui, & in scintillis, quas sibimetipsis succenderint. E manu mea accidet hoc vobis: in dolore iacebitis. Isa.* 50. 11. Quid opus est multis? opus habent stellæ ecclesiarum ut ut Christi manu teneantur & protegãtur, Ap. 1. 16. nõne igitur opus est, ut omnes ab ipsius manu fabricentur? Stellæ certè erraticæ sunt Iud. 13. officia quæcunq; ecclesiastica, quæ non opera manus Christi, sed opera manuum humanarum sunt. An rarum in scripturis, humana inventa condemnata audire, vel hoc solo nomine. *Opera sunt manuum tuarum?* Psa. 135, 15. Isa. 28. 317. & 37. 19. Ier. 16. &c.

11. Argumentum nostrum decimum ab officio nostro ducitur, fide nempè & obedientiâ erga disciplinam. Quæ etenim fides absq; verbo Rom. 10. 17. quæ obedientia nisi mandato? Respondet Remonstrator, fidem & obedientiam erga politeiam ecclesiasticam esse posse perindè ac civilem, etsi certa illius forma in verbo Dei non pręscribitur: respectu nempè principiorum illorum generalium, quæ in scriptura de eadem reperiuntur. At primò, res supernaturalis cum politeia ecclesiastica sit, quo nomine à civili distat: speciatim in verbo nisi pręscribatur, languet erga eandem obedientia, vacillat fides. Secundò, fac generalibus principijs tantum politeias ecclesiasticæ fidem dari, obedientiam præstari posse: & arctiori tamen vinculo ligamur nos ad Remonst. c. x

utramque, si non generaliter, sed speciatim in verbo mandetur: quod à Christo prætermissum fuisse verisimile non est: Ratio apud Richardum Hookerum extat, in nostra persona, ab illo, ita posita. *Quamdiu persuadentur homines de ordine aliquo, quòd ab hominibus solis sit, de prudentia sua præsumunt, putantque non modo parem sed meliorem etiam sese adinvenire posse. Inde est, quod instituta humana tam promptam & alacrem obedientiam elicere nequeant: atque ea est, quando ad Deum conscientia respicit, quasi ad illius ordinis authorem.* Hoc illud fuit quod Mosis leges de Politeia Ecclesiastica commendavit, cui simile quiddam è Paganis legislatoribus nonnulli prætendebant: falso quidem, prudenter tamen vim hujusce persuasionis discernentes. Itaque ad majorem obedientiam expediens erat, ut Deus ipse Politeias ecclesiasticæ author esset. Huic verò nihil respondet Hookerus: quia frivola? fiat judicium ex consequentibus. Ex dogmate nostro certa quædam ubique ευταξια & in disciplina perinde ac in doctrina pax & unitas conservatur: ex dogmate verò Hierarchico Anabaptisticis confusionibus via astruitur, mutationibus politicis fenestra aperitur: funestis denique ecclesiarum dilacerationibus causa præbetur, sicut in Anglia hodie apparet. Rursus ex dogmate nostro consolatio cuique politeias administro suppeditatur, ut qui jam cum Ieremia dicere possit: *Non me intrusi coram te*: ex dogmate verò Hierarchico conscientiæ confusio, qualis illa fuit sacerdotum Ieroboami: cum conscij essent se proprias implevisse manus, & absque ulla vocatione diivnâ semetipsos consecrasse. Postremò ex dogmate nostro proficiscitur erga politeias administros reverentia, cum plebi quotidie ob oculos versabitur, *Qui vos spernit me spernit. Murmuratio vestra non est adversus nos, sed adversus Iehovam*: ex dogmate verò Hierarchico contemptus, qualis in Malachia denunciatur: nam sordida semper in domo Dei institutio humana visa est.

L.3.p.166.

11 Argumentum nostrum undecimum & ultimum à testimonio sanctorum sumitur, qui in ecclesia quoque seculo floruerunt. Ita Cyprianus. *Legat hoc unum verbum & in hoc mandato meditetur Christiana religio & inveniet ex hac scriptura omnium doctrinarũ regulas emanasse, & hinc nasci & huc reverti, quicquid ecclesiastica continet disciplina, & in omnibus irritum esse & frivolum quicquid dilectio non confirmat.* Respondet Remonstrator. *Per disciplinam intelligi hic doctrinam quemadmodum verbis paulo antecedentibus f. 8. Non me latet te docente ad siccandas corruptionem mearum putredines prodesse --- sal disciplinæ tuæ Evangelio tuo mediante infusum.* Hinc insultat Demonstratori, tanquam lectori Cypriani inepto aut collectionem aliorum sequenti, ne lecto quidem à sese Cypriano. Sed ineptissimus Cypriani lector ipse Remonstrator est, id quod proximè antecedentia verba demonstrant. *Loquere magister bone libenter te audio & cum adversaris mihi: etiam in plagis & doloribus intelligo disciplinam: nec me latet, &c.* Quid igitur est? Per *sal disciplinæ* hic non (quod ille ineptissime somniat) intelligit doctrinam

De Baptism. Christ. f.10

Remonst. c. 2. p.17.

nam

Digitized by Google

nam Cyprianus, sed disciplinam correctionis. In testimonio verò nostro perspiciet quivis, doctrinarum regulam & disciplinam ecclesiasticam, quasi res diversas sejunctim poni, & utraque ex æquo à scriptura derivari. Sic & alibi in negotijs disciplinæ ad scripturam à Cypriano revocamur. *Hinc schismata & disciplinæ violationes nascuntur: dum ad veritatis originem non creditur, nec caput quæritur, nec magistri cælestis doctrina servatur.* Innuunt ista doctrinam de disciplina tractatam esse, scripturam disciplinæ caput esse, ut errata in disciplina corrigantur. Quid quod doctrinam de disciplina eam speciatim nominat, quæ episcopatus Anglicani nervos exsecat? Dicit enim *in uno petro unam cathedram post pastoribus omnibus æqualem attributam esse*, sicut testatur Ri. Fyldus, & Guil. Whitakerus qui in hunc sensum Cyprianum interpretantur. Citatur à Demonstratore testimonium istud Tertulliani. *Nobis nihil ex nostro arbitrio inducere licet: sed nec eligere quod aliquis arbitrio suo induxerit: Apostolos Domini habeamus authores qui nec ipsi quicquam à suo arbitrio quod inducerent elegerunt, sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus assignarunt.* Non autem puto Demonstratorem existimasse disciplinam ecclesiasticam hic specialiter nominatam fuisse, quo nomine immeritò apud Remonstratorem vapulat: sed sermonis Tertulliani generalitate innixum fuisse: quâ nihil de nostro abitrio in disciplina eligendum dicit, sive doctrinam contineat illa, siue ecclesiæ disciplinam. Ita Augustinus. *Sive de Christo, sive de ecclesia, sive de quacunque alia re quæ pertinet ad fidem vitamque nostram, non dico si nos sed si Angelus de cœlo vobis annuntiaverit præterquam quod in scripturis legalibus & Evangelicis accepistis, anathema sit.* Iohannes Reynoldus dum hanc sententiam Augustini adversus Hartum urget, insistit in eo præcipuè, quod non dicat *contrà quàm, sed præterquam*, ut non solum quæ contra verbum illicita Augustinus sentiat, sed etiam quæ vel prêter scripturam fiunt. Non igitur solum (quod vult Hookerus) quæ in politeia ecclesiastica contra Dei verbum sunt, Pauli & Augustini judicio prohibentur, sed etiam quæ prêter verbum geruntur: nam cum ecclesiam Augustinus speciatim nominet, vitamque nostram: quis putarit ecclesiæ disciplinam quæ ad mores dirigendos est destinata, eum excepisse? Sequitur Damasus, quem citat & approbat Richardus Fyldus, qui Chorepiscopos ideo extirpandos confirmat, quod in verbo, eorum ordo authoritatem nullam habeat. *Qui ita arguit, nonne omnia officia ecclesiastica etiam regentia in verbo ita posita putat ut alia inducere illicitum sit, præterquam ea quæ in verbo sanciuntur? verba sunt: eorum institutio omni authoritate caret, ijdem sunt qui & presbyteri. Non amplius quam duos ordines inter discipulos Domini esse cognovimus id est duodecim Apostolorum, & septuaginta discipulorum: unde iste tertius processerit penitus ignoramus. Et quod ratione caret extirpari necesse est. Referuntur in ius Canonicum ista: in quibus ut quædam errori sunt proxima, hoc tamen sanum est: quod necesse putetur ut officia omnia ecclesiastica extirpentur, quæ carent authoritate*

Lib. de unit. Eccles.

De eccles. li. 5. c. 36.

Cont. 5. q 4. s. 4.

De præscript. c. 6.

Cont. Petil. lib. 3. c. 6.

Collat. cum Hart. c. 2. Divis. 1.

De eccles. li. 5. c. 29.

Concil. 702. 1. pag. 460, 467.

Decret. p. 1. d. 68. c. 5.

ritate & ratione ex scripturis.

Hoc si effectum datum in Anglia, vbi quęso Episcopi Anglicani futuri essent: qui per scripturas ijdem cum presbyteris sunt (ut de Chorepiscopis loquitur Damasus & jus Canonicum) & omni ex sacris desumpta ratione carent. Ita Nazianzenus. *Nemo sapiat supra quam oportet saperè, nevè lege justior, luce splendidior, canone rectior, præcepto officiosior videri velit?* Loquitur ita de disciplina Ecclesiastica Nazianzenus, sicut ipse Thomas Bilsonns attestatur: qui hæc adfert, *nè in controversijs disciplinaryjs quisquam nostrum, vlla zeli religionisve specie, vltra præceptum, legem, canonem verbi diuini nos met abripi patiamur.* Qui ita loquuntur, nonne legem in verbo Dei, nonne pręceptum, nonne Canonem, nonne lucem, de disciplina ecclesiastica, tradita esse confitentur? Ita Chrysostomus. *Qui non utitur sacrâ scripturâ sed ascendit aliunde, id est, non concessa viâ, hic non pastor est, sed fur & latro.* Impugnat primum Papæ hoc testimonio Iohannes Iuellus, eò quòd à Christo in verbo suo non instituatur. Sed ratio hęc nonne & Episcopos Anglicanos & quodvis præterea officium ecclesiasticum ex Ecclesia exturbat, quod in Dei verbo perinde ac papatus ipse non instituitur? Ita Leo. *Exortes sunt mysterij diuini qui a Petri soliditate recesserunt.* Rursus. *Petri forma cunctis ecclesiæ Rectoribus proposita est.* Erravit quidem in hypothesi huius formę Leo: quod tamen exemplar Apostolicæ disciplinæ ligare, & formam quandam disciplinæ ab eisdem propositam innuit, in eo quidem certè sapit, vel Matheo Sutclivio assentiente: qui hinc pontificis primatum iugulat, *quod a Petri soliditate recesserit, imò à forma illius quam longissimè recesserit:* id quod de Anglicano Episcopatu, & omni alio ecclesiastico officio ab hominibus introducto verissimè aptissimeq; dicitur. Ita Iohannes Gerson. [Nulla potest lingua satis exprimere, quantum malũ, quantum periculum, quantam confusionem, sacræ scripturæ contemptus (quæ proculdubio sufficiens est, pro ecclesiæ gubernatione, alias Christus imperfectus legislator esset) & humanorum inventorum affectatio in ecclesiam invexit. Ad huius rei evidentiam consideretur cleri status, cui sapientia cęlestis disponsari debuit: sed cum meretrice illa, sapientia humana adulterium commiserunt illi: sic ut status ecclesiæ merè bestialis & monstrosus evaserit: infra cœlum, supra verò terra, subest spiritus, dominatur caro &c. non erubescunt tamen quidam dicere, humanis inventionibus melius ecclesiam gubernari, quam lege divina, & lege Evangelij Christi, quæ assertio blasphema est. Evangelica etenim doctrina, ecclesiæ terminos dilatavit, & ad cœlum sublimavit: quam Hagaræ filij sapientiam illam quærentes, quæ de terra est, ad sterquilinium usque dejecerunt.] Citat ista & approbat Richardus Fyldus Hierarchicus: quæ & sententiam nostram de certa disciplinæ forma in verbo Dei perfectè tradita manifestè confirmant: & politeiam Anglicanam jugulant, imò miseriamque & humanam sapientiam in disciplinâ ecclesiasticâ, deformantem

sequi

De moderat. in disceptat. servand.

De perpet. gubernat. c. 12.

In Io. Homil. 58.

Def. Apol. p. 2. c. 3. d. 2.

De Pontif. Roman. li. 2. p. 101.

Serm. in die circumcis. p. 3 consid. 1.

De eccles. l. 3 ca. 21. p. 83.

sequi solet; & in regnum Anglicanum per Hierarchiam Episcopalem humanam jam (pro dolor) invecta est, adeo graphicè depingunt, ut nihil supra. Alibi de negotijs disciplinarijs loquens adversus papam, ita habet. *Superest ut aliqua sit relicta inobliquabilis & indeviabilis regula ab optimo legislatore Christo, secundum quam possit abusus huiusmodi potestatis reprimi, dirigi, atque moderari. Hæc autem regula est ecclesia & generale concilium.* In hæc Hadrianus Saravia ità. *Rectè à Gersone notatum fuit ab optimo legislatore Christo in ecclesiam regulam inobliqualilem relictam esse: sed sacræ scripturæ sint illa regula &c.* In hac sententia fuerunt ij qui Petro Aliaco attestante, in concilio Constantiensi, & longè antè ordinem Cardinalium tollendum putarunt, quod nec a Christo, nec ab Apostolis institutus esset, sicut olim de statu Corepiscoporum factũ erat. Citatur a D. Mornæo & approbatur Budæus, cuius ista de certa disciplinæ forma in verbo tradita, sententia est. *Navis nobis disciplinæ socialis ac civilis à servatore relicta est ecclesiæ conditore, quæ continuo ministerio, instrumento gubernaculisq; instructa fuit ab ipso, aut eius auspicijs. Flatum etiam à puppi pollicitus est, ad exoptatũ locũ rectores perlaturum, si clavem certum tenere, si nusquam non spiritui afflaturo pandere ecclesia porrexisset*: (sacras utique scripturas à Spiritu sancto profectas contulisset.) Accedant Hierarchici. Thomas Bilsonus ita. *Hijs quæ dixi non est consequens ut politeiam ecclesiasticam, quam nobiscunque libeat, ex ingenio nostro fingamus, quin potius danda est opera ut externam administrationem in ecclesia regenda eam observemus quam Dominus noster ipse docuit. Quam verò politeiam in externa forma ecclesiæ gubernandæ Dominus ab initiò sanxit, obscurum esse non poterit, si sacras literas consulamus.* Ita Richardus Bancroftus. Conclusio mea ædificabitur, supra unam de Demonstrativis propositionibus Iohannis Udalli. *Illud regimen ecclesiæ cuius origo ignota est nullam habet authoritatẽ à verbo Dei sed illicitũ est.* Postremò ita Hadrianus Saravia. *Non ignoramus ab Apostolis perfectam ecclesiæ formam traditam: & quid sit de hac re nostra sententia, jam diximus. Unde nos intulimus & consequens esse diximus ut illa omnia maneãt in ecclesia, per quæ ædificatur: nẽpè verbi Dei prædicatio, sacramentorum administratio, cum ea regiminis forma quæ fuit ab initio sub Apostolis, nec ostenditur vel mutata, vel inhibita posteris.* His omnibus argumentis, constat unam quandam certam regiminis Ecclesiastici formam à Christo, in verbo, traditam & institutam esse.

De Auferibil. papæ consid. 11.

Cont. Gretzer. p. 368, 369.

Fascicul. rer. expet. und. pag. 205.

Histor. papat. p. 625.

De perpet. gubernat. c. 1. p. 31, 32.

Surv. c. 5. p. 87.

Cont Bez. c. 16. p. 162

CAP. XLI.

Argumenta Hierarchica dissolvuntur.

SUperest ut adversa Hierarchicorum argumenta dissolvamus. Prima objectio est à circumstantijs Politeias: hoc etenim perpetuum apud Whitgiftum, Hookerum, Sutclivium, reliquosq; Sophisma est: non esse certam Politeias formam in verbo speciatim

Quid igitur? ipsa fundamentalia Ecclesiastici regiminis in lege Christi omittebantur? *Libertas nostra*, respondet Whitgiftus, *liberationem postulat à tam exacta legum normâ : imo libertatem à Christo partam, à servitute Iudaica, pedibus proculcant*, inquit Lous, *qui certam formam Politeias in verbo contineri asserunt*. Non opus est multis. In legibus Mosaicis duo sunt, multitudo & directio: multitudo onus erat, directio beneficium : hinc sequitur libertatem nostram à servitute Iudaica in eo versari, quòd à multitudine observationum Mosaicarum liberamur : directio beneficium cum sit, tam exactam normam Politeias iam habemus, quam quæ apud Iudæos erat; aut Ecclesia nostra deficit & illâ Iudaicâ inferior est. Hinc comparationi huic acquiescit Hadr. Saravia. Quum etenim urgeret D. Beza certam esse à Christo sub Evangelio constitutam regiminis Ecclesiastici formam quemadmodum olim à Mose fuerat, respondet ille : *Meam sententiam confirmat quisquis ita scribit & loquitur: & facile idem sentiremus, si eandem gubernationis formam quâ Apostoli usi sunt retentam fuisse Genevæ, & in alijs Ecclesijs Galliæ & inferioris Germaniæ observari, doceri possit.* Imo quid ipse Matheus Sutclivius. Contemptim quidem loquitur ille in tractatu suo de disciplina de hoc argumento nostro, à Mosis & Christi comparatione desumpto c. 12. p. 152. in libro verò de presbyterio c. 11. ulterius progreditur : contendit etenim Christum legislatorem non esse ut Moses erat, in externis præsertim, sed Mediatorem tantum. Sed adversus Bellarminum disputans, novus homo emergit. Quid Bellarminus? eodem nempe fundamento nititur, quo Hierarchici, non esse scilicet eandem rationem novi testamenti, quæ veteris, legi Mosis non licuisse addere, Evangelio licere. Quid ita? Audi eam ipsam Hierarchicorum cantilenam. *Quia Deus in lege omnia determinavit in speciali, in novo autem testamento latæ sunt leges communissimæ, quæ specialiter per Apostolos & eorum successores pro locorum & temporum diversitate determinandæ essent.* Quid ad hæc Sutclivius. Accipe defensionem plane nostram idque totidem verbis. *Hæc responsio adversus Christum contumeliosa est. Cur enim ille perfectiorem non daret legem quam Moses, præsertim cum Mosi longè præstaret? Præterea repugnat perfectioni Evangelij. Nam si omnia specialiter in lege præcepta sunt, & nihil fere in Evangelio ut ipse subindicat, tunc erit lex Mosis Evangelio præstantior : quod tamen nec verum est, nec à Bellarmino conceditur.* At intelligit ista de fide tantum & sacramentis Sutclius. Etiam loquitur generatim, & Politeiam includit, ut demonstrant sequentia. *Postremò hæc responsio Bellarmini falsa est : nam non magis licet Evangelij legi addere, quam legi Mosis. Nec obstat quòd à concilijs & pijs principibus aliquæ leges de rebus Ecclesiasticis additæ sunt: Illæ enim non sunt additiones ad legem Dei, nec in conscientiis obligabant, nisi quatenus aliquid de lege Dei participabant.* Ita conficitur, certam quandam Politeias formam quoad substantialia in Evangelio contineri, quia in lege continebatur.

Cont Bez. c. 26. p. 267

De Pontific. Rom. lib. 4. c. 6. p. 3. 5.

6 Argumentum nostrum sextum à subjecto politeias Ecclesiasticæ ducitur

ducitur, ecclesia nempe, quæ vineę, domui, civitati, corpori deniq; assimilatur, sic ut illius custodes, politeia, œconomi, partes deniq; essentiales in verbo Dei ut ordinentur necesse est. Respondet ad ista attributa conjunctim Hookerus: ea non implicare certam immutabilemque formam disciplinæ, quia vel nobis ipsis fatentibus, quędam in politeia ecclesiastica sunt minoris momenti, quæ alterationem pati possunt. Quàm jejunè? Quomodo etenim sequitur, custodes vineæ, politeiam essentialem civitatis, œconomos domus, partes essentiales corporis mutari posse, quod quędam minoris momenti, vineæ, civitatis, domus negotia, & habitus externus corporis nonnunquam immutari possint? Videamus de singulis separatim. Primò vinea Domini dicitur ecclesia, quam ab ipso Deo per politeiam excultam legimus, Isa. 5. 2. 3. 4. precipuè verò Cant 8. 4. *Vinea est Salomoni in loco ferace, locat vineam suam custodibus, quisque affert pro fructu eius millenos siclos argenti. Vineæ, quæ mea est, apud me permaneant, &c.* Quum anno 1606. seligerentur à rege, qui pro disciplina Anglicana, coram ministris tum præsentibus, concionarentur: demandatū Iohanni Kingo erat, qui nunc est Episcopus Londinensis, ut contra Seniores & presbyterium declamitaret. Textum verò sumpsit ille hunc ipsum ex Canticis locum: & nullam vineæ certam gubernationis formam à Solomone Vineæ domino constitutam esse, asseveravit. Num hoc in textu reperit? imò nonne textu ipso hoc Glossema confutatur? Vera etenim Francisci Iunij expositio (cui ille nihil respondet.) *Ne rex quidem ipse ut vineam habeat feracissimam, eam aut ipse potest colere, aut totum illius fructum percipere, sed colendam alijs locat, & aliquid eis de proventu tenetur attribuere: ego verò inquit sponsus neque alijs colendam loco, neque mihi quicquam de ea detrahi sinam, adeo sum illius Zelotypus, sed oculi mei semper versantur in ea, & fructus illius nè tantillum quidem alienari sino*, aut aliena voluntate *administrari.* Vide igitur hujus hominis oscitantiam, qui nec textum quidem suum intellexit. Salomonem etenim ver. 4. suam vineam locantem alijs, intelligit Christum suam Ecclesiam custodibus elocantem: cum contra manifesta hic antithesis inter Salomonem atque Christum instituatur, sic ut Salomon quidem vineam suam elocat alijs, permittens eam aliena voluntate administrari: Christus vero Ecclesiam non elocat, sed ipse per sese eam colit, permittens nemini voluntate sua rem administrare: sed pro speciali ipsius amore & Zelotypia, curām illius in seipsam suscipiens. Non igitur vel Zelotypia in suam vineam specialis, vel potestas in eandem Christi elocata nemini, vel fructuum denique reservatio permittet, ut Politeiæ ejusdem constitutionem arbitrio hominum reliquisse videatur: presertim cum Politeia Ecclesiæ, medium illud sit, quo fructus proventusque ubertim affluunt, quas sibi soli reservasse hîc Christus affirmatur.

Lib. 3. S. 11. p. 167.

Pag. 28.

2 Secundo, *civitas Ecclesia dicitur regis magni: & civitatis anima* (inquit Hookerus ex persona nostra) *Politeia est.* Adjicit in margine

Guilielmi Traversij verba: *Nisi reipublicæ suæ statum omnem Christus constituerit, magistratus ordinarit, singulorum munera potestatemque descripserit, quæ judiciorum foriq; ratio habenda, quomodo civium finiendæ lites: non solum minus Ecclesiæ Christianæ providit, quam Moses olim Iudaicæ, sed quam à Lycurgo, Salomone, Numa, civitatibus suis prospectum fuit.* Ponit ista odiose Hookerus, sed cur non refellit? Certè refelli ista non possunt, id quod etiam in Cornelio Scultingio videre est, qui licet thesim Traversianam sibi refutandam suscepisset, & disciplinam in verbo non perfectè contineri asseruisset: ad hoc tamen illius argumentum, respondet omnino nihil. Tertiò, Ecclesia domus Dei est, 1.Tim.3.15. Heb.3.3. 4. & quænam domus benè constituta ordine caret quo gubernatur? In domo quisquam œconomios constituit prçter patremfamilias? Numerus, gradus, ordo, habitus, servorum Salomonis, tot illius sapientiæ testimonia erant: quomodo ergo verisimile fiat, Christum majorem Salomone, non eam certam domus suæ gubernandæ rationem reliquisse, in qua quasi in speculo, sapientia, cura, & illius providentia erga Ecclesiam suã reluceret. Hęc Hookerus ex persona nostra: quibus tamen ne verbum quidem respondet. Respondet Remonstrator plurima in quaque domo œconomi arbitrio discretionique relinqui solere: quod ipsum causam non attingit. Quæstio etenim nostra non de rebus minoris momenti est: nam circumstantias individuales Ecclesię arbitrio relictas esse confitemur: sed de ipso domus Dei regimine, imò de œconomis ipsis, quorum designationem domus œconomis relictam esse quis unquam audivit? Luc.12.12. *Quisnam est dispensator fidelis & prudens quem constituit dominus ejus super familiam suam, ut det portionem eius in tempore suo.* Ecce rectores domus, ipse dominus constituit. Quo etiam pertinet calamus ille Apoc.11. *Datus Angelo ad metiendam domum Dei*: ostendit etenim non absque calamo relictam esse Ecclesiam Dei, vel quoad regimen: nam de mensuratione regiminis adversus Antichristi tyrannidem, peræque ac adversus hæresim de mensuratione ipsius fidei, agit hoc in loco vates. Sic nempè decuerat, nè domus posterior, priori cederet: *de qua singula in Dei verbo descripta fuisse*, testatur David, 1.Chron.28.12.13.19. *Tunc tradidit Salomoni filio suo structuram domus, & omnium quæ erant penes eum per spiritum de atrijs Iehovæ, etiam pro distributionibus sacerdotum & Levitarum & pro omni opere ad ministerium domus Iehovæ. ——Hæc omnia descripta à manu Iehovæ incumbere mihi instruxit me; omnia opera huius structuræ.* Quid multis? Concedit hic pedib. in sententiam nostram adversariorum omnium acerrimus, Matheus ipse Sutclivius: sic etenim adversus Bellarm. scribit: *Dubium non est quin universam domum suam & omnes ejus ministros Christus perfectè constituerit & descripserit. Quare cum Pontifex nullum suæ iurisdictionis mandatum ostendere possit, ipsa nulla est. Neque enim ulla maior est nullitas: quàm quæ ex defectu iuris est.* Nonne & ministros regentes perfectè à Christo institutos asserit, contra Pseudo-

regentem

Margin notes: Hierarch. Anacryph. lib. 2. p. 36. 37. — Lib.3.§.11. p.166. — Remonst.c.1 — De pontif. Rom. p. 286 vide p.164. vide inquam

regentem disputans? Nonne nullitatem jurisdictionis (puta in Episcopis) ponit, ubi nullum in verbo mandatum extat? Postremò, corpori assimilatur Ecclesia, quod & concedit Richardus Hookerus, sed nihil tamen pro certa regiminis forma facere contendit: quia Politeia, tantum hujus corporis vestitus & ornatus est, qui immutari & variari sine piaculo ullo potest. At officia Ecclesiastica pastores, nempè, Seniores, & Diaconos, pro quibus contendimus, non vestitum hujus corporis sed membra vocat, Rom. 12. 5. sic ut Christus ea omnia in verbo formare instar figuli censendus sit: quamadmodum in corpore naturali, formare & figurare singula ejus membra, creator Deus dicitur. lib. 3. s. 3.

8 Argumentum nostrum septimum, ab officio principis & capitis ecclesiæ Iesu Christi derivatur: nonne etenim regis est sancire leges ut regnū quā optimè suū gubernetur? Quid aliud sonāt ab Isaia illa. 9 7. *Iusticia & iudicio Christū regnū suū stabilire?* Quid aliud, illa Pauli, 1. Cor. 12. 4. *Christū ut Dominū administrationes pro regenda Ecclesia sua instituisse?* Quid aliud deniq; illa Iacobi 4. 12. *Vnus est legislator, nēpè Deus?* Respondet Lous. *Quod de uno legislatore dicitur id de legislatore primario est intelligendum: aliter, legislatores secundarios esse nemo inficiabitur, nisi qui ipsum magistratum sustulerit.* Respondeo, eandem esse hanc distinctionem de legislatore primario & secundario quæ illa Bellarmini & Stapletoni est, de capite & fundamento ecclesiæ primario & secundario. Num magistratum quæso tollunt scriptores nostri qui distinctionem hanc exsibilant? Manere potest in negotijs suis legislator magistratus, ut Deus interim in negotijs Iehovæ, 2. Chron. 19. 11 legislator solus agnoscatur. Atque cum blasphemare papistas dicunt nostri, cum papam secundarium quasi caput sub Christo substituant: ita parum à blasphemia absunt Hierarchici, cum sub Christo primario legislatore, prælatos Ecclesiæ quasi legislatores supponunt secundarios: in negotijs politeias illius, quæ quidē essentialia sunt. Sed cautior fortè Matheus Sutclivius, inter quem & Loum, ista notabilis contradictio est. Primarium siquidem legislatorem agnoscit Christum Lous, in politeia ecclesiæ suæ constituenda, quem nec regem omninò, nec legislatorem Matheus Sutclivius ferre potest. Ita enim habet. *In isto homine personato* (adversarium intelligit, contra quem scribit) *quis ferret Christum Redemptorem, in novum, in rebus externis legislatorem converti?* Rursus, *Christus leges nullas Ecclesiasticas tulit.* Iterum, *Ego nulla ratione Christum externæ ecclesiæ politeiæ legislatorem dici posse demonstrabo.* Postremò. *Christus quoad externam ecclesiæ politeiam dicendus non est rex & legislator.* Miraris hæc tam falsa iuxta ac impia tanto Theologo excidisse? Non habent extrema pudorem. Non ex sensu suo sobriè scripsit ista Sutclivius, sed studio contradicendi abreptus, suasque partes defendendi: quod vel hinc constat, quod contra Bellarminū disputans, ut imminueret potestatem papæ quam illi attribuit in legibus ferendis, contrarium prorsus ponit,

Querimon. Eccles. p. 87
De presbyt. c. 12. p. 62. pag. 64. pag. 65. pag. 66.

ponit. Sic enim scribit. *Sicut unus legislator, ita una essentialis ecclesiæ*
De pontif. *gubernatio, reipublicæ verò forma varia.* Rursus. *Nullæ ecclesiæ gubernati-*
Rom. c. 1. c. *onis leges, certæ & immutabiles nisi à Christo: nam is ecclesiæ legislator*
4. 5. *est, isque solus.*

9 Argumentum nostrum octavum, à materia essentialium illorum ducitur, quæ perfectè a Christo in verbo suo instituta asseveramus: quæ à D. Theodoro Beza ita posita sunt. *Ecclesiastica* inquit *administrationis essentialia, duabus præcipue in rebus, posita sunt: nempè in ipsis perpetuis muneribus sacris, & in eorundem accurata & distincta descriptione, ad quam eorum usus est referendus.* Ad hoc respondens Hadrianus Saravia ea præclara esse testatur, & nihil contra suam sententiam tacere. Nec mirum. Nam cum Apostolus hanc vocationem suam licitam probet, quod non ab hominibus sed à Deo ipsius Apostolatus esset. Gal. 1. 1. hoc supponit pro fundamento, omnes licitas vocationes à Deo esse, quæ verò ab hominibus sunt, & aliunde instituuntur eas esse illicitas. Notum hoc ipsis Pharisæis & Scribis: illicitum etenim ministerium Iohannis hinc probant quod authoritatem in verbo Dei nullam haberet: atque Iohannes, supponens eos verum præsumsisse, in verbo fundari ministerium suum docet Ioh. 1: 23. Falsò ratiocinati sunt Scribæ & Pharisęi, dicit Whitgiftus: & nos ex responso Iohannis inconsequenter arguimus, respondet Remonstrator: sed rationem nullam adferunt, sicut nec adferre possunt. Quæ etenim ratio deprimere illa Christi poterit. Math. 21. 25. in quibus supponens ministerium quodvis illicitum esse quod est ab hominibus institutum: ministerium Iohannis idcirco licitum docet, quod esset à cælo, id est, à Deo, in suo verbo stabilitum. Hinc pertinent illa Pauli Heb. 5. 5. *Nemo* (ne ipse Christus quidem Filius Dei) *honorem sibi in ecclesia sumit, nisi qui vocatus est, ut Aaron*: fuit autem ministerium Aaronis in verbo constitutum. Deridet hanc rationem nostram in tractatu suo de disciplina Matheus Sutclivius: adversus verò Bellarminum disputans pro more suo approbat. Sic enim scribit. *Imò nec Christus Iesus, licet Filius Dei pontificatum suum assumpsit nisi missus: nec ecclesiæ administrationem suscepit, nisi à patre Ecclesiæ præpositus. Quod si ergo nec Christus Iesus sine patris mandato suum assumsit pontificatum: temerè faciunt qui ecclesiæ pontificatum generalem assumunt sine mandato. In ecclesia enim Dei nemo sibi honorem sumit, nisi qui missus est quemadmodum Aaron: Proferant ergo pontifices Romani mandatum Domini: ostendant missionem suam: doceant se à Domino ecclesiæ universali præpositos. Quid cessant? quid tacent? cur tergi versantur?* Eodē in capite post. *Refellitur* inquit *pontificum Romanorum principatus, quia non est ex Christi institutione.* Postremò, *ideo pontificium authoritatem illicitam probat, quia dici illi potest ex Roberto Gallo. Quis posuit idolum hoc in sede mea, ut imperaret gregi meo? & ad illum accommodari possit Tertulliani illud. Qui estis? quomodo & unde venistis? quid in meo agitis non mei?* Quin & noster hac quidem in re Remonstrator est. *Non negamus* inquit *quin omnes legitimæ vocationes authoritatem habeant ex verbo Dei,*

Respons. ad Sarav. c. 16. p. 92.

pag. 193.

Tract. 8. divis. 7 p. 303
Remonst. c. 2

c. 12: p. 153

De Pontific. Roman. lib. 3 c. 2. p. 164.

p. 174.

p. 192.

etsi

Digitized by Google

etsi non totidem verbis. Quod verò dicit non totidem verbis, id hujus sententiæ mentem non mutat. Sic est alibi. *Directa authoritas, vel immediata est ex ipsa Dei voce, vel mediata per directam consequentiam ex verbo collecta: sic omnis vocatio ex verbo deducibilis est.* Remonstrat. c.2.p. 24. p.22.

10 Argumentum nostrum nonum à regiminis ecclesiastici fine usq; ducitur. Eiusdem etenim est & finem & media ad finem constituere: sicut finem regiminis præcisè in verbo Christus sanxerit, & politeiam etiam ecclesiæ quæ est eiusdem finis medium, ut sanciverit, censendus est. Finis vero politeias, ecclesiæ salus atque ædificatio est: & quis putarit, absque certis medijs omnibus, eisque certò constitutis, ecclesiam orbam Christum Iesum reliquisse? Quid quod politeia, uti cętera media omnia, non nisi gratiarum suppeditatione, & cęlesti benedictione ad finem suum valent? Gratiam suppeditare alicui officio ecclesiastico, homo non potest: ergo nec officium aliquod constituere. Certè pro varietate gratiarum, varietatem administrationum in verbo constitutam videamus: & officia Ecclesiastica ipsa, dona sunt Eph.4.12.1. Cor: 12,5. Rom.12. 5.6: sic ut de Christi & potentia & liberalitate derogetur plurimum, si penes hominem sit, ac non penes Christum solum eadem constituere. Quod ad benedictionem vero, uti tum benedixit Moses tabernaculo, quando omnia structa vidisset iuxta formam illam quæ ei in monte ostensa est, Exod:39.43. ita tum & non aliter benedicit regimini Ecclesiastico Christus, quando omnia ad amussim verbi sui composita & ordinata videt. Nulla ab illo aurora expectanda quando verbum illius non asseritur Is: 8: 20. imo humanis inventis adeò non favet, ut minetur eis, *qui ambulant in flamma ignis sui, & in scintillis, quas sibimetipsis succenderint. E manu mea accidet hoc vobis: in dolore iacebitis. Isa.*50.11. Quid opus est multis? opus habent stellæ ecclesiarum ut ut Christi manu teneantur & protegātur, Ap.1.16. nōne igitur opus est, ut omnes ab ipsius manu fabricentur? Stellæ certè erraticæ sunt Iud.13. officia quæcunq; ecclesiastica, quæ non opera manus Christi, sed opera manuum humanarum sunt. An rarum in scripturis, humana inventa condemnata audire, vel hoc solo nomine. *Opera sunt manuum tuarum*? Psa.135,15. Isa.28. 317. & 37. 19. Ier. 16.&c.

11. Argumentum nostrum decimum ab officio nostro ducitur, fide nempè & obedientiâ erga disciplinam. Quæ etenim fides absq; verbo Rom.10. 17. quæ obedientia nisi mandato? Respondet Remonstrator, fidem & obedientiam erga politeiam ecclesiasticam esse posse perindè ac civilem, etsi certa illius forma in verbo Dei non pręscribitur: respectu nempè principiorum illorum generalium, quæ in scriptura de eadem reperiuntur. At primò, res supernaturalis cum politeia ecclesiastica sit, quo nomine à civili distat: speciatim in verbo nisi pręscribatur, languet erga eandem obedientia, vacillat fides. Secundò, fac generalibus principijs tantum politeias ecclesiasticæ fidem dari, obedientiam præstari posse: & arctiori tamen vinculo ligamur nos ad Remonst.c.1.

 utram-

Digitized by Google

utramque, si non generaliter, sed speciatim in verbo mandetur: quod à Christo prætermissum fuisse verisimile non est: Ratio apud Richardum Hookerum extat, in nostra persona, ab illo, ita posita. *Quamdiu persuadentur homines de ordine aliquo, quòd ab hominibus solis sit, de prudentia sua præsumunt, putantque non modo parem sed meliorem etiam sese adinvenire posse. Inde est, quod instituta humana tam promptam & alacrem obedientiam elicere nequeant: atque ea est, quando ad Deum conscientia respicit, quasi ad illius ordinis authorem.* Hoc illud fuit quod Mosis leges de Politeia Ecclesiastica commendavit, cui simile quiddam è Paganis legislatoribus nonnulli prætendebant: falso quidem, prudenter tamen vim hujusce persuasionis discernentes. Itaque ad majorem obedientiam expediens erat, ut Deus ipse Politeias ecclesiasticæ author esset. Huic verò nihil respondet Hookerus: quia frivola? fiat judicium ex consequentibus. Ex dogmate nostro certa quædam ubique ευταξία & in disciplina perinde ac in doctrina pax & unitas conservatur: ex dogmate verò Hierarchico Anabaptisticis confusionibus via astruitur, mutationibus politicis fenestra aperitur: funestis denique ecclesiarum dilacerationibus causa præbetur, sicut in Anglia hodie apparet. Rursus ex dogmate nostro consolatio cuique politeias administro suppeditatur, ut qui jam cum Ieremia dicere possit: *Non me intrusi coram te*: ex dogmate verò Hierarchico conscientiæ confusio, qualis illa fuit sacerdotum Ieroboami: cum conscij essent se proprias implevisse manus, & absque ulla vocatione diivnâ semetipsos consecrasse. Postremò ex dogmate nostro proficiscitur erga politeias administros reverentia, cum plebi quotidie ob oculos versabitur, *Qui vos spernit me spernit. Murmuratio vestra non est adversus nos, sed adversùs Iehovam*: ex dogmate verò Hierarchico contemptus, qualis in Malachia denunciatur: nam sordida semper in domo Dei institutio humana visa est.

L.3.p.166.

11 Argumentum nostrum undecimum & ultimum à testimonio sanctorum sumitur, qui in ecclesia quoque seculo floruerunt. Ita Cyprianus. *Legat hoc unum verbum & in hoc mandato meditetur Christiana religio & inveniet ex hac scriptura omnium doctrinarū regulas emanasse, & hinc nasci & huc reverti, quicquid ecclesiastica continet disciplina, & in omnibus irritum esse & frivolum quicquid dilectio non confirmat.* Respondet Remonstrator. *Per disciplinam intelligi hic doctrinam quemadmodum verbis paulo antecedentibus f. 8. Non me latet te docente ad siccandas corruptionem mearum putredines prodesse --- sal disciplinæ tuæ Evangelio tuo mediante infusum.* Hinc insultat Demonstratori, tanquam lectori Cypriani inepto aut collectionem aliorum sequenti, ne lecto quidem à sese Cypriano. Sed ineptissimus Cypriani lector ipse Remonstrator est, id quod proximè antecedentia verba demonstrant. *Loquere magister bone libenter te audio & cum adversaris mihi: etiam in plagis & doloribus intelligo disciplinam: nec me latet, &c.* Quid igitur est? Per *sal disciplinæ* hic non (quod ille ineptissime somniat) intelligit doctrinam

De Baptism. Christ. f.10

Remonst. c. 8. p.17.

nam Cyprianus, sed disciplinam correctionis. In testimonio verò nostro perspiciet quivis, doctrinarum regulam & disciplinam ecclesiasticam, quasi res diversas sejunctim poni, & utraque ex æquo à scriptura derivari. Sic & alibi in negotijs disciplinæ ad scripturam à Cypriano revocamur. *Hinc schismata & disciplinæ violationes nascuntur: dum ad veritatis originem non creditur, nec caput quæritur, nec magistri cælestis doctrina servatur.* Innuunt ista doctrinam de disciplina tractatam esse, scripturam disciplinæ caput esse, ut errata in disciplina corrigantur. Quid quod doctrinam de disciplina eam speciatim nominat, quæ episcopatus Anglicani nervos exsecat? Dicit enim *in uno petro unam cathedram post pastoribus omnibus æqualem attributam esse*, sicut testatur Ri. Fyldus, & Guil. Whitakerus qui in hunc sensum Cyprianum interpretantur. Citatur à Demonstratore testimonium istud Tertulliani. *Nobis nihil ex nostro arbitrio inducere licet: sed nec eligere quod aliquis arbitrio suo induxerit: Apostolos Domini habeamus authores qui nec ipsi quicquam à suo arbitrio quod inducerent elegerunt, sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus assignarunt.* Non autem puto Demonstratorem existimasse disciplinam ecclesiasticam hic specialiter nominatam fuisse, quo nomine immeritò apud Remonstratorem vapulat: sed sermonis Tertulliani generalitate innixum fuisse: quâ nihil de nostro abitrio in disciplina eligendum dicit, sive doctrinam contineat illa, siue ecclesiæ disciplinam. Ita Augustinus. *Sive de Christo, sive de ecclesia, sive de quacunque alia re quæ pertinet ad fidem vitamque nostram, non dico si nos sed si Angelus de cœlo vobis annuntiaverit præterquam quod in scripturis legalibus & Evangelicis accepistis, anathema sit.* Iohannes Reynoldus dum hanc sententiam Augustini adversus Hartum urget, insistit in eo præcipuè, quod non dicat *contrà quàm, sed præterquam*, et non solum quæ contra verbum illicita Augustinus sentiat, sed etiam quæ vel prӕter scripturam fiunt. Non igitur solum (quod vult Hookerus) quæ in politeia ecclesiastica contra Dei verbum sunt, Pauli & Augustini judicio prohibentur, sed etiam quæ prӕter verbum geruntur: nam cum ecclesiam Augustinus speciatim nominet, vitamque nostram: quis putarit ecclesiæ disciplinam quæ ad mores dirigendos est destinata, eum excepisse? Sequitur Damasus, quem citat & approbat Richardus Fyldus, qui Chorepiscopos ideo extirpandos confirmat, quod in verbo, eorum ordo authoritatem nullam habeat. *Qui ita arguit, nonne omnia officia ecclesiastica etiam regenti a in verbo ita posita putat ut alia inducere illicitum sit, præterquam ea quæ in verbo sanciuntur? verba sunt: eorum institutio omni authoritate caret, ijdem sunt qui & presbyteri. Non amplius quam duos ordines inter discipulos Domini esse cognovimus id est duodecim Apostolorum, & septuaginta discipulorum: unde iste tertius processerit penitus ignoramus. Et quod ratione caret extirpari necesse est. Referuntur in ius Canonicum ista: in quibus ut quædam errori sunt proxima, hoc tamen sanum est: quod necesse putetur ut officia omnia ecclesiastica extirpentur, quæ carent authoritate*

Lib. de unit. Eccles.

De eccles. li. 5. c. 36.

Cont. 5. q 4. s. 4.

De præscript. c. 6.

Cont. Petil. lib. 3. c. 6.

Collat. cum Hart. c. 2. Divis. 1.

De eccles. li. 5. c. 29.

Concil. 702. 1. pag. 460, 467.

Decret. p. 1. d. 68. c. 5.

ritate & ratione ex scripturis.

Hoc si effectum datum in Anglia, vbi quęso Episcopi Anglicani futuri essent: qui per scripturas ijdem cum presbyteris sunt (ut de Chorepiscopis loquitur Damasus & jus Canonicum) & omni ex sacris desumpta ratione *carent. Ita Nazianzenus. *Nemo sapiat supra quam oportet saperè, nevè lege justior, luce splendidior, canone rectior, præcepto officiosior videri velit?* Loquitur ita de disciplina Ecclesiastica Nazianzenus, sicut ipse Thomas Bilsonus attestatur: qui hæc adfert, *nè in controversijs disciplinarijs quisquam nostrum, vlla zeli religionisve specie, vltra præceptum, legem, canonem verbi diuini nosmet abripi patiamur.* Qui ita loquuntur, nonne legem in verbo Dei, nonne pręceptum, nonne Canonem, nonne lucem, de disciplina ecclesiastica, tradita esse confitentur? Ita Chrysostomus. *Qui non utitur sacrâ scripturâ sed ascendit aliunde, id est, non concessa viâ, hic non pastor est, sed fur & latro.* Impugnat primum Papæ hoc testimonio Iohannes Iuellus, eò quòd à Christo in verbo suo non instituatur. Sed ratio hęc nonne & Episcopos Anglicanos & quodvis præterea officium ecclesiasticum ex Ecclesia exturbat, quod in Dei verbo perinde ac papatus ipse non instituitur? Ita Leo. *Exortes sunt mysterij diuini qui a Petri soliditate recesserunt.* Rursus. *Petri forma cunctis ecclesiæ Rectoribus proposita est.* Erravit quidem in hypothesi huius formę Leo: quod tamen exemplar Apostolicæ disciplinæ ligare, & formam quandam disciplinæ ab eisdem propositam innuit, in eo quidem certè sapit, vel Matheo Sutclivio assentiente: qui hinc pontificis primatum iugulat, *quod a Petri soliditate recesserit, imò à forma illius quam longissimè recesserit*: id quod de Anglicano Episcopatu, & omni alio ecclesiastico officio ab hominibus introducto verissimè aptissimeq; dicitur. Ita Iohannes Gerson. [Nulla potest lingua satis exprimere, quantum malū, quantum periculum, quantam confusionem, sacræ scripturæ contemptus (quæ proculdubio sufficiens est, pro ecclesiæ gubernatione, alias Christus imperfectus legislator esset) & humanorum inventorum affectatio in ecclesiam invexit. Ad huius rei evidentiam consideretur cleri status, cui sapientia cęlestis disponsari debuit: sed cum meretrice illa, sapientia humana adulterium commiserunt illi: sic ut status ecclesiæ merè bestialis & monstrosus evaserit: infra cœlum, supra verò terra, subest spiritus, dominatur caro &c. non erubescunt tamen quidam dicere, humanis inventionibus melius ecclesiam gubernari, quam lege divina, & lege Evangelij Christi, quæ assertio blasphema est. Evangelica etenim doctrina, ecclesiæ terminos dilatavit, & ad cœlum sublimavit: quam Hagaræ filij sapientiam illam quærentes, quæ de terra est, ad sterquilinium usque dejecerunt.] Citat ista & approbat Richardus Fyldus Hierarchicus: quæ & sententiam nostram de certa disciplinæ forma in verbo Dei perfectè tradita manifestè confirmant: & politeiam Anglicanam jugulant, imò miseriam que & humanam sapientiam in disciplinâ ecclesiasticâ, deformantem

sequi

De moderat. in disceptat. servand.

De perpet. gubernat. c. 12.

In Io. Homil. 58.

Def. Apol. p. 2. c. 3. d. 2.

De Pontif. Roman. li. 2. p. 101.

Serm. in die circumcis. p. 3 consid. 1.

De eccles. l. 3 ca. 11. p. 83.

sequi solet; & in regnum Anglicanum per Hierarchiam Episcopalem humanam jam (pro dolor) invecta est, adeo graphicè depingunt, ut nihil supra. Alibi de negotijs disciplinarijs loquens adversus papam, ita habet. *Superest ut aliqua sit relicta inobliquabilis & indeviabilis regula ab optimo legislatore Christo, secundum quam possit abusus huiusmodi potestatis reprimi, dirigi, atque moderari. Hæc autem regula est ecclesia & generale concilium.* In hæc Hadrianus Saravia ità. *Rectè à Gersone notatum fuit ab optimo legislatore Christo in ecclesiam regulam inobliqualilem relictam esse: sed sacræ scripturæ sint illa regula &c.* In hac sententia fuerunt ij qui Petro Aliaco attestante, in concilio Constantiensi, & longè antè ordinem Cardinalium tollendum putarunt, quod nec a Christo, nec ab Apostolis institutus esset, sicut olim de statu Corepiscoporum factũ erat. Citatur a D. Mornæo & approbatur Budæus, cuius ista de certa disciplinæ forma in verbo tradita, sententia est. *Navis nobis disciplinæ socialis ac civilis à servatore relicta est ecclesiæ conditore, quæ continuo ministerio, instrumento gubernaculisq; instructa fuit ab ipso, aut eius auspicijs. Flatum etiam à puppi pollicitus est, ad exoptatũ locũ rectores perlaturum, si clavem certum tenere, si nusquam non spiritui afflaturo pandere ecclesia porrexisset:* (sacras utique scripturas à Spiritu sancto profectas contulisset.) Accedant Hierarchici. Thomas Bilsonus ita. *Hijs quæ dixi non est consequens ut politeiam ecclesiasticam, quam nobiscunque libeat, ex ingenio nostro fingamus, quin potius danda est opera ut externam administrationem in ecclesia regenda eam observemus quam Dominus noster ipse docuit. Quam verò Politeiam in externa forma ecclesiæ gubernandæ Dominus ab initiõ sanxit, obscurum esse non poterit, si sacras literas consulamus.* Ita Richardus Bancroftus. Conclusio mea ædificabitur, supra unam de Demonstrativis propositionibus Iohannis Udalli. *Illud regimen ecclesiæ cuius origo ignota est nullam habet authoritatẽ à verbo Dei sed illicitũ est.* Postremò ita Hadrianus Saravia. *Non ignoramus ab Apostolis perfectam ecclesiæ formam traditam: & quid sit de hac re nostra sententia, jam diximus. Unde nos intulimus & consequens esse diximus ut illa omnia maneãt in ecclesia, per quæ ædificatur: nẽpè verbi Dei prædicatio, sacramentorum administratio, cum ea regiminis forma quæ fuit ab initio sub Apostolis, nec ostenditur vel mutata, vel inhibita posteris.* His omnibus argumentis, constat unam quandam certam regiminis Ecclesiastici formam à Christo, in verbo, traditam & institutam esse.

De Auferibil. papæ consid. 11.

Cont. Gretzer. p. 368, 369.

Fascicul. rer. epist. und. pag. 205.

Histor. papat. p. 625.

De perpet. gubernat. c. 1. p. 31, 32.

Surv. c. 5. p. 87.

Cont Bez. c. 16. p. 162.

CAP. XLI.

Argumenta Hierarchica dissolvuntur.

SUperest ut adversa Hierarchicorum argumenta dissolvamus. Prima objectio est à circumstantijs Politeias: hoc etenim perpetuum apud Whitgiftum, Hookerum, Sutclivium, reliquosq; Sophisma est: non esse certam Politeias formam in verbo speciatim positam:

positam: quia ceremoniæ & ejusdem circumstantiæ speciatim in scripturis non describantur. Primò, insulsum hoc argumentum est: quid enim? Nulla erit Ethices & bonorum operum certa in scripturis tradita regula, quia operum bonorum circumstantiæ non nisi regulis generalibus diriguntur? Disciplinæ docentis quod ad verbi prædicationem & sacramentorum administrationem, certam formam speciatim in verbo traditam esse confitentur ipsi: cujus tamen circumstantias non nisi generaliter tradi in aperto & confesso est. Postremò certam formam Politeias Ecclesiasticæ à Mose Iudæis in verbo definitam fuisse non inficiantur: *in ecclesia tamen Iudæorum concessum est*, inquit Hookerus, *horam sacrificiorum, Synagogarum ædificationem, pulpitorum & cathedrarum erectionem: id est, circumstantias ejusdem Politeias, Ecclesiæ arbitrio relictas fuisse. Non igitur sequitur substantiam Politeias Ecclesiasticæ in verbo traditam minime jam esse, quia eiusdem circumstantiæ non traduntur.* Secundò, statum quæstionis invertunt, idque nobis affingunt, quod ne in mentem venit unquam. Verba Hookeri ista sunt. *Distinctio illorum de substantia & circumstantijs, quanquam vera, eorum proposito non satisfacit: nam sive res maioris momenti sint, sive minoris, si eas Deus in verbo ut perpetuas mandavit: nulla ratio est quæ alterum earum genus, magis altero, mutare liceat.* His in verbis impingit nobis Hookerus, ac si circumstantias Politeias perinde ac substantiam, in verbo mandatas in perpetuum existimaremus, quod quisquamnè de nostris affirmavit quæso, imò vel somniavit unquam?

Lib.3.§.7. p.138.

Lib.3.§.10. 154.

Tertiò, circa distinctionem hanc de circumstantijs & substantia egregie cavillantur. Eam veram esse agnoscit Hookerus, sed non ita Matheus Sutclivius, qui eam exagitat ut *ineptam & imperitam*: addit insuper *nos quasdam circumstantias perinde atque substantiam perpetuas stabilire.* Sed expedita responsio est. Quædam circumstantiæ individuales sunt, & has intelligimus; cum mutabiles & minimè in verbo speciatim delineatas Politeias circumstantias dicimus: Quædam verò circumstantiæ generales sunt, & has non absque causa & speciatim in verbo descriptas, & immutabiles affirmamus: cujusmodi sunt in circumstantia loci, prędicatio verbi, sacramentorum administratio, administrorum electio in loco publico: & in circumstantia temporis, quòd non alio tempore administer aut pastor eligendus sit, quam in locum defuncti, aut quando sedes alias vacat.

Tractat de discipl. c.14.

2 Objectio Hierarchicorum secunda sequitur, ab Ecclesiæ authoritate desumpta, quæ authoritatem nullam haberet in ferendis legibus de Politeia Ecclesiastica, si modo certa ejusdem forma in verbo descripta haberetur. Ita M. Sutclivius: *Si Christus*, inquit, *legislator externæ Politeiæ esset, legesq; Ecclesiæ tulisset, non magis Ecclesiæ & Synodo leges scribere & promulgare liceret, quàm populo & subditis sibi leges cōdere præter sui principis & magistratus voluntatē.* Ita pagina precedenti: *Si quæ in externis rebus Christus mandaverit & Apostoli iusserint pro legib.*

De presbyt. 1.11.p.66.

legib. habenda sunt, nulla alia authoritate, nulla legislatione opus esset. Nam si in novo Testamento reperiantur, ut Christi verbum valebunt: ut stultè quis faceret, si novum Testamentum lege confirmaret. Valet enim suo jure multoq; potius valet, quam humanæ ullæ leges: & conscientias astringit, quas humanæ leges & ab homine latæ non ligant. Respondeo primò hoc argumentum papisticum esse, ad scripturæ imperfectionem comprobandã, non in causis disciplinæ tantũmodo, sed etiam in causis fidei. Quid enim? Annon certa fidei forma in verbo traditur, & tamen in causis fidei Ecclesiæ & Synodi adversus hæreses cujuscunq; temporis leges tulerunt? *Hoc inde fit*, inquiunt papistæ, *quia scriptura in tradenda fidei formâ imperfecta est.* Nam in consequentia hijus argumenti cum Sutclivio conspirant, ut in Cornelio Scultingio videre est, qui pari modo argumentatur. *Si necesse est quasdam regulas novas quotidiè sic casibus exigentibus adjici: cur falso docent puritani contra Calvino-papistas, ex solis scripturis hauriendam disciplinam esse, easque solas sufficere.* Hierarch. Anacrys. lib. 1. p. 20. Secundò, Perduellis non in Ecclesiam solam, verumetiam in ipsum magistratum Sutclivius est: nam si certa rei forma in verbo descripta omnem legislationum authoritatem abscindit: magistratus in causis fidei authoritatem leges ferendi nullum habet, cum fidei forma perfectè in scriptura traditur, quæ suo valore valet. Tertio, argumento huic Sutcliviano, ita respondit Richardus Hookerus: *Quanquam frustra esset leges condere, quas scriptura prius condidit, quia in mandatis Dei, nihil reliqui est, quàm ut executioni mandentur: tamen pro eis quæ mandantur in scripturis, in officio Ecclesiæ est, providere legibus, nè licentia aut segnitie hominum, mandata Dei non adimpleantur.* Lib. 3. s. 5. p. 149. Exempli gratiâ, Nehem 10. 34. 35. 36. *Instituimus nobis præcepta --- ut scriptum est in lege. Instituimus nos allaturos primitias terræ nostræ.* Primò patet hinc, in reformatione disciplinæ nihil tentandum præter id quod scriptum est: secundo legislationi locum esse, ubi certa forma disciplinæ antè à Deo præscripta est, ut forma ea observetur diligentius & collapsa restituatur.

3. Tertia objectio Hierarchicorum, oppositione nititur ea, quæ est inter legem & Evangelium, ubi Matheus Sutclivius ita: *Qui Christum externæ Politeiæ Ecclesiæ legislatorẽ esse volunt, illud de nova Christi & perfectiori legislatione, pontificiorum dogma, longo intervallo revocant: Evangelium novam legem appellant: mori loquendi in scripturis usitato repugnant. Christus nunquam legislator appellatur, imò Mosi legislatori opponitur: & illius dogmata non lex sed verbum dicuntur. Apostoli doctrinam de lege & Evangelio opponunt: legemq; & Evangelium ubiq; opposita esse videas, ut illa opera, hæc fidem tantum requirat, quæ non in faciendo, sed in credendo tantum versitur.* Respondeo primò, non legislationem Christi in externis tantum, sed & in internis & in externis hæc argumentatio tollit: quod nonne quæso blasphemum? Quomodo etenim Christus Ecclesiæ rex, si non legislator, erit? Secundò, putidum est, quod de papistici dogmatis revocatione objicit: id quod verba ipsa

Calvini

CAP. XLII.

Politeia Ecclesiastica quoad substantiam immutabilis est, quod exemplis demonstratur.

QVod si autem Politeia Ecclesiastica quoad substantiam in verbo præscripta habeatur: sequitur eandem quoad substantiam immutabilem esse, sic ut de eadem diminuere, vel eidem addere illicitum sit. Imò non sequitur inquiunt Hierarchicorum plurimi: ubi primò excipiunt adversus factum Apostolorum in disciplina exercenda: deinde adversus eorundem doctrinam in disciplina præscribenda: quorum neutrum legem perpetuam dictare volunt, quæ immutari nequeat. De primo, sic Io. Bridgesius, Episcopus Oxoniensis. *Num unumquodque exemplum primitivæ Ecclesiæ præceptum aut mandatum faciunt?* Rursus: *Forte rerum nonnullarum in primitiva Ecclesia exemplum aliquod ostendere possunt, sed nec idipsum generale, nec eiusdem perpetuam regulam aliquam, quæ omnes Ecclesias & ætates omnes ad illud exemplum astringat.* Ita Io. Whitgiftus: *Ex facto aut exemplo legem facere iniquum est. Hoc argumentum à facto nihil valet.* Tract. 3. c. 1. D. v. 10. *Nunquam licet*, inquit Zwinglius, *neque in divinis, neque in profanis à facto ad jus argumentari.* Rursus, *Non solum infirmum sed & periculosum etiam argumentandi genus est, arguere. Apostoli fecerunt, ergo & nos facere oportet, vel Apostoli non fecerunt, ergo nobis non licet facere.* Tract. 3. c. 4. Divis. 4. *Zwinglius vir insigniter doctus inprimis Anabaptistas hoc modo arguentes reprehendit, & dicit argumentum à facto ad jus, vel à non facto ad non ius nunquam valere, nisi illud exemplum super aliquam legem vel regulam fundetur.* Postremò, Tho. Bilsonus, arguentibus pro libertate populi in electionibus, ab exemplo electionis Diaconorum ita respondet: *Exempla multum distant à præceptis. Ex facto singulari regula generalis non potest constitui sine maxima & manifestissima ratione, quæ conclusionem cohærentem & necessarium esse demonstret.* De perpet. Gubern. c. 7. p. 108. His ut respondeatur, agendum est primo, in genere de exemplorum vi & valore: deinde speciatim de obligatione facti Apostolorum, & Ecclesiarum quæ sub illis floruerunt.

2. Primò igitur cum exempla particularia nobis in scripturis ut τύποι sive ὑποδείγματα proponuntur ut similia vel imitemur vel devitemus, tum eadem pro lege communi habenda sunt: uti manifestò liquet ex 1. Cor. 10. 11. Phil. 4. 8. 9. 10. Heb. 11. per totum. Heb. 12. 3. Ioh. 13. 15. Iud. 7. *Exemplum ego præbui vobis*, inquit Christus, Ioh. 13. 15. *ut pront ego feci vobis & vos faciatis.* De exemplo vero sanctorum Heb. 12. 3. habetur illud, nebulam esse qua dirigamur, per allusionem ad nebulam illam quæ Israelitis in deserto præivit, ut recta via ad terram Canaan ducerentur. Iam vero intentio spiritus Sancti in Actis Apostolorum perscribendis, eorum exempla eandem vim obtinere docet: quorsum etenim liber de actis Apostolorum scriptus, nisi ut τύποι eorum acta nobis essent, & quasi nebulæ quibus in via

recta duceremur? Disputat Bellarminus Christum se submisisse Cæsari & Pilato de facto, non de jure: cui respondet Whitakerus, *quidsi*
626. *sponte, tamen in exemplum trahendum, ut cum lavit pedes discipulorum & passus est.* Habeat hoc sibi Iohannes Whitgiftus qui argumentum à facto Apostolorum ad jus non valere arbitratur, ad morem Bellarmini, qui eodem fundamento nititur. Quid si verbis totidem non dicatur, fecerunt hoc Apostoli in regenda Ecclesia, ut vos faceretis, prout illi fecerunt: sic nec totidem verbis de submissione Christi dicitur, ut nos eandem imitaremur: contendunt tamen nostri illius exemplum jus inferre, per intentionem spiritus Sancti, qui illud exarandum curavit, ut nos eandem exprimeremus: id quod de gestis Apostolorum in Ecclesiæ Politeiâ exercendâ jam dicere licet. Nonne eorum facta in Politeia Ecclesiastica, perinde à Deo, perinde recta & honesta fuerunt, atque illa submissio Christi ad Pilatum?

3 Secundò, quæ facta fuisse legimus ab hominibus quâ sancti & Christiani, ea facienda sunt ab omnibus, qui sancti & Christiani haberi volunt, quæ vero facta sunt ab aliquibus quâ ministri, prophetæ, vel magistratus fuerunt, ea imitanda sunt, non quidem ab omnibus, ab ijs tamen qui ad eadem munera vocati sunt. Hinc argumentatur à particulari exemplo Eliæ, Iacob. 5. 17. à speciali exemplo Abrahami Paulus, Rom. 4. 24. Absurdum igitur illud Whitgifti & Bilsoni argumentum ab exemplo particulari non valere, nisi forte absurde Iacobum & Paulum argumentatos fuisse, censendum sit. Ita de Pauli argumento Petrus Martyr: *Hoc etiam præterea hinc elicitur, quoties aut dogma nobis aliquod constituendum aut præceptum aliquod Dei explicandum est, oportunè fieri, si probatio ab exemplis petatur. Nam in locis scrupulosis & exilibus, probatio ab exemplis magnam perspicuitatem adhibet, in illis enim mens & sensus conjunguntur, &c.*

Comment. in Rom. 4.

4. Tertiò, exempla quæ ordinarie & communiter facta sunt, ea ordinarie imitanda: quæ verò ex speciali causa, in ea demum causa præstanda sunt. patet hoc ex Luc. 4. 25. 26. 27. ubi probat Christus in causa simili, miracula sibi absque vocatione Nazarethæ facienda non esse, sicut alijs in locis ad quos à Deo vocabatur, à particulari facto & exemplo Eliæ Probhetæ & Elizæi, qui ad eos solos profecti sunt, ad quos a Deo mittebantur. Huc referendum argumentum illud in casu simili necessitatis, quo probat Christus, ob necessarium corporis pastum, licere discipulis in die Sabbathi spicas vellere, a particulari facto & exemplo Davidis, qui in casu simili, simile fecit, Math. 12. 4.

5. Patet ex hoc responsio ad argumentum Bilsonianum, quo probat factum Apostolorum in Diaconorum electione nos non ligare quia quiddam in eo speciale erat, quod minimè ligat. Quid enim? Quod populi consensus requirebatur id ordinarie factum erat, idcirco ordinariè imitandum. Quod populus in electione illa præivit id non ordinarie gestum est, sed ex causa speciali, Græcarum scilicet viduarum murmure, adversus Hebræas. Hæc istius electionis circumstantia tantum

tum fuit, eaque specialis & occasionalis, sic ut nisi redeat similis, a nobis exprimenda non est.

5. Quartò, quæ ex vocatione & donis extraordinarijs præstita sunt, ab eis tantummodo (quoad specialem agendi rationem) imitanda sunt, qui eadem vocatione & eisdem donis ornantur. Patet hoc ex Luc.9.54.55. ubi Apostoli reprehenduntur, quia in igne cœlitus devocando, Eliæ exemplum imitari vellent. Quò major hodie Episcoporum Anglicanorum culpa est, quum Apostolorum authoritatem in reliquos ministros, semper in Ecclesia retinendam putant, & ipsi etiamnum retinent. Quid enim? Apostoli nonne extraordinarij fuerunt, ipsi verò ordinarij tantum? Num extraordinarijs donis Apostolorum ornantur, sine quibus ipsorum potestas extraordinaria cómode exerceri nequit? Nesciunt igitur quo spiritu sunt, quum extraordinariam Apostolorum authoritatem in collegas suos affectent: perinde ac Apostoli ipsi, quum factum Eliæ extraordinarium imitari voluerunt. Atque hæc de exemplorum obligatione in genere.

6. Dicendum jam est de exemplis & factis Apostolorum speciatim, quæ in causis Politeiæ obligare in perpetuum his rationibus demonstratur. Primò, etsi doctrinam Apostolorum Lucæ liber contineat, inscribitur tamen, non, liber doctrinæ, sed liber actorum Apostolorum: quô patet intentionem spiritus sancti hanc esse, nos ad acta Apostolorum remittere tanquam ad speculum, in quo intueri liceat, quid facto opus sit. Atque cum inter profanam atq; sacram historiam hoc intersit, quòd ad cognitionem illa scripta sit, hæc porrò etiam ad admonitionem, 1.Cor.10.11. sequitur historiam Actorum hanc admonitoriam quoque esse, & sic obligatoriam ad acta similia in casibus similibus, a nobis exprimenda. Secundò, ita transit Lucas, c.1.v.1. ab historia Evangelij, ad historiam Apostolorum, ut in unum quasi volumen hos libros compingeret: unde sequitur perfectâ directione destitutam fuisse Ecclesiam si hoc libro destitueretur: eundemq; usum & necessitatem hujus libri jam esse, qualis historiæ Evangelicæ est. *Exempla specialia.*

7. Tertiò, dicitur cap.1.v.3. locutum fuisse Christum de regno suo, id est, de Politeia Ecclesiæ suæ: quod in ipso limine ponitur, pro actorum postmodum memorandorum authoramento: quo intelligatur, à Christo profectum pro regula fuisse, quicquid ab illis in regni & Politeias Christi fundatione actum est. Evanescit hâc luce, quod nobis pro nebula offundit Whitgiftus ex Huldrico Zwinglio, factum Apostolorum non inferre jus. Addit etenim Zwinglius nisi alias regula illius facti habeatur: jam vero regula factorum Apostolorum habetur in hoc, quod à Christo profectum dicitur, quod ab illis gestum est in regno suo, ac proinde in Politeia Ecclesiastica constituenda. Quod enim hic locutus est Apostolis Christus de regno suo, ejusdem generis est atque illud Marc.13.37. *Quod vobis dico, id dico omnibus.* Sumatur exemplum à mandato baptismi, quod non nisi

Apostolis datum à domino est: quodsi igitur quod dictum est illis dictum non sit omnibus, qui eorum successores sunt, mandato baptizandi deficiuntur Ecclesiarum administri ad diem usque hunc.

Quartò, ad facta & exempla Apostolorum imitanda sæpissime revocamur. 2. Tim. 3. 10. *Tu vero assecutus es doctrinam meam & vitæ meæ rationem.* 1. Cor. 4. 17. *Ille vobis revocabit in memoriam vias meas, sicut doceo in singulis Ecclesijs.* Phil. 4. 9. *Quæ de me audivistis, & in me vidistis ea facite.*

8. Quintò, impositionem manuum necessariam ex Calvino lib. Inst. 4. c. 3. s. 16. asserunt ipsi Hierarchici, cujus fundamentum ecquid quæso aliud est præterquam praxis Apostolorum? Imò impositio manuum super presbyteros eorumque ordinatio solis episcopis reservata, quæ episcopatus apex est, hoc ipso fundamento nititur, facto nempe particulari episcoporum: Ita enim Bilsonus, Downamus, Saravia argumentantur. Actor. 8. Philippus Samariæ manus non imponit, sed Petrus & Iohannes soli, ergo soli jam episcopi qui solum Apostolorum successores sunt jus manus imponendi habent. Mutuati nempe sunt hæc argumenta ab Isiodoro cujus hæc in jure Canonico verba extant. *Pontificatus apicem non tenent presbyteri, quia nec charismate frontem signant, nec paracletum spiritum dant, quod solis deberi episcopis lectio Actuum Apostolorum demonstrat.* Atque certè tam vere sequitur ex hoc facto Apostolorum chrysma episcopis solis deberi, quod vult Isiodorus: atque impositionem manuum, quod volunt Hierarchici: utcunque sit, à facto particulari Apostolorum pendet ista ratiocinatio, quam facessere Whitgiftus, Bridgesius, & alibi Bilsonus jubet.

Decret. p. 1. d. 21. c. 1.

Sextò, observatio Sabbathi necessario ligat: ex traditione, Ecclesiæque authoritate inquiunt Romanenses & Rhemenses: imò ex exemplo Christi & Apostolorum inquiunt nostri, imprimis Barlous Episcopus Lincolnensis. Quodsi vero in controversia Sabbathi, adversus papistas à solo exemplo argumentantur ipsi Hierarchici, indigna ludificatio est, adversus puritanos, in controversia Politeias Ecclesiasticæ, Apostolicam praxim ludificari, ac si obligandi vim haberet nullam, nulla exinde argumenta solida depromi possint.

6. Septimò, exemplum & praxis hominum Apostolis longe inferiorum, vim argumentandi solidam suppeditant, Hierarchicorum judicio: & nonne igitur exemplum Apostolorum multò magis? In præsentiarum insto in Bilsono solo. *Quibusdam*, inquit, *Metropolitanorum institutio à Timotheo & Tito duci videtur, quodsi cui non probetur, ego illi minimè repugno; mihi autem antiqua manifesta & perpetua primæ Ecclesiæ consuetudo in eligendis Metropolitanis, certissimo quidem argumento est, hunc morem aut ab Apostolis eorumque discipulis receptum & posteris traditum fuisse: aut tantam necessitatis rationem in prima Ecclesiæ administratione habuisse, ut totus deinceps orbis Christianus eundem semper retinuerit.* En, qui nuper dixerat exemplum Apostolorum in Diaconorum electione

De perpet. Gubern. c. 16 p. 489.

electione non valere: jam exemplum Ecclesiæ Apostolos sequentis in Metropolitanis valere affirmat, ut sint perpetui. Retractandum certe, aut hoc aut illud est: nam si exemplum sequentis Ecclesiæ pro perpetuitate Metrapolitanorum *Argumentum certissimum* suppeditet: Argumentum certissimum multò magis exhibet exemplum ipsorum Apostolorum, Ecclesiæque illius primæ, quæ sub illis floruerint. Consideretur interim quo res Hierarchica redijt. Per eos enim qui certam politeiæ normam in verbo præscriptam negant, stat: vt scripturas deinceps pro Episcopatus authoritate allegare nequeant: per eos autem qui ab exemplo Apostolorum argumentari non licere profitentur, ut nec praxim Ecclesiæ subsequentis citare possint: nam si ab exemplo Apostolorum arguere non licet, certè ab exemplo ecclesiæ sequentis multò minus.

8. Octavò, exemplum & factum Apostolorum obligare, communis semper sapientum opinio fuit. Ita Franciscus Duarenus: *De ratione & forma ordinandi ministros Ecclesiæ, nullum in sacra scriptura præceptum extare arbitror, sed ritus ab Apostolis observatus, quorum exemplum vice cuiusdam præcepti nobis esse debet, ex aliquot scriptorum sacrorum locis, cognosci potest.* Dixerat in Concilio Basiliensi, Ludovicus Romanus Pronotarius, non esse argumentum sumendum ex gestis Apostolorum, ut quorum exempla miranda essent magis quam imitanda. Quid ad hoc cœtus Basiliensis? *Fuit eius oratio*, inquit Æneas Sylvius, *eo molestior, quo plures erant suis contacti verbis: maximeque in eo sibi est reclamatum, quod dixerat Apostolos non esse imitandos: id enim quasi blasphemum omnes impugnarunt.* Otthuinus Geratius adjicit in margine: *Ludovicus nec multa nec valde bona adduxit: nimirū quum ex malo corio nemo bonos consuere queat calceos.* Respondet verò Ludovicus Atrebatensis, concilij hujus præses, ad hunc modū: *Licet Ludovicus Apostolorū exemplū nobis interdixerit, ego illorū potissimū in Actibus sisto. Quid enim est quod magis sequi nos deceat, quam Ecclesiæ primæ doctrinam atque consuetudinem? Nihil prohibet imitari Apostolos, quia cum omnia ad nostram doctrinam scripta sint: apparet Apostolos voluisse, nobis exemplum dare.* Videmus hujus concilij quodnam hac de re judicium fuerit: annon pudet Hierarchicos, Hierarchiam suam statuminare in eo quod vel ipsis papistis blasphemum est. A papistis accedamus ad nostros: qui quoties à factis Apostolorum contra papistas argumentantur? Deficeret me dies si instarem in singulis: & molestus essem in re à se satis aperta: sufficiat igitur Guilielmus Whitakerus: consule librum de Concil. d. 26. ubi videas quomodo ex facto Apostolorum contra Bellarminum disputat. Imò Hierarchici ipsi hac in re pro nobis adversus vel se vel suos pugnant. Hadrianus Saravia (quem ad finem nil refert) praxin Apostolicam in gubernatione Ecclesiæ, adversus D. Bezam semper esse retinendam multis contendit: *Quoniam ea ab ipsis Apostolis abrogata minime est: abrogassent autem si eam perpetuam esse nollent. Non enim ignorarunt, homines plus moveri exemplis quàm præceptis*

De minist. & benefic. l. 5. c. 1.

De gest. concil. Basi. fol. 11.

Fascic. temp. expetend. fol. 12.

Cont. Bez. c. 14. p. 139

Digitized by Google

tis: ut si quid necessarium esset posteris tradi, exempli proprij abrogationem testari necessarium fuisset. Demonstratio Mathei Sutclivij pro Episcopi authoritate tertia, à voce & usu Apostolorum est: ut ipse titulus capitis indicat: putat igitur satis solida argumenta ab ipso exemplo Apostolorum desumi posse. Thomas Bilsonus ita pro episcopatu disserit. *Erudite illud à Tertulliano notatur. Constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum: & ab Augustino. Quod universa tenet Ecclesia, nec concilijs institutum, sed semper retentum est, non nisi authoritate Apostolica traditum rectissime creditur. Iam vero in Ecclesijs Episcopus fuit, etiam antequam concilia de his statuere cæpisset: idcircò hic mos retractandus non est.* Ita & morem & factum Ecclesiarum Apostolicarum, non Apostolorum solum, obligare in perpetuum Bilsonus credit. Duo hæc patrum testimonia postquam citasset Georgius Downamus, adjungit Cartwrightum, qui dicit etiam exemplum Apostolorum sine mandato necessitatem trahere. Ita pro Episcopo suo, vel ex solo exemplo Apostolorum, Ecclesiarumque, pugnare Downamus non veretur: quam sibi constanter viderit ipse: parum etenim hæc ratiocinatio ex facto Apostolorum obligante, illi congruere mihi quidem videtur, qui Politeiam Ecclesiasticam mutabilem esse vult. Atque ita confectum est, etiam facta Apostolorum in Ecclesiæ Politeia, sive constituenda sive exercenda, necessitatem inferre, ut ea immutabilis sit.

De presb. c. 15. p. 110.

De perpet. Gubernat. c. 13. p. 304, 305.

Lib. 4. c. 1. n. 5.

CAP. XLIII.

Disciplinæ immutabilitas à doctrina Apostolorum probatur: & primo refutantur duæ Hierarchicorum exceptiones sibi invicem contrariæ.

Dicendum jam est de doctrina Apostolorum quam de Politeia Ecclesiastica tradiderunt: quæ quò minus ejusdem immutabilitatem inferre uideatur, negatur à quibusdam eam obligare omnino; ab alijs, obligare eam quidem conceditur, non tamen in perpetuum. Ita exceptiones duæ adversus doctrinæ Apostolicę de Politeia immutabilitatem sunt: quàm sibi invicem contrariæ quis uon videt? Posterior enim priorem tollit: quum eam obligare dicit, quod à prima non conceditur. Hęc vero prima a Matheo Sutclivio profecta est, qui Christum in externis legislatorem non esse postquam posuisset, ita ex nostra persona objicit. *At Christus*, inquiunt illi Mat. 18. *de vitandis scandalis & monendis fratribus mandata dedit: dicunt etiam Paulum quædam præcepta Corinthijs, alia Timotheo & Tito dedisse, & quòd Christus rex appelletur, & magis fidelis in Dei familia quam Moses, dicatur, libenter usurpant. Atqui facilis est responsio, Christi regnum in Ecclesia, non esse in rebus externis, sed in conscientiarum dominio & regimine collocandum: Christique & Apostolorum quæ feruntur leges, in rebus*

De presb. c. 11. p. 67.

rebus externis Christianam nunquam sustulerant libertatem : nam & in casu iuris, licet non appellato fratre ad Ecclesiam rem deferre : & passim cessavit ablutio pedum, & osculatio prima Christianorum. Nonnunquam etiam occurrunt tempora, cum Episcopi & Diaconi haberi non possunt. Ad regulas Pauli 1.Tim.3. non sunt omnia exactè exigenda, ut nulli eligendi sunt Episcopi aut Diaconi nisi qui illis quasi ad amussim respondeant. Satis est si omnem adhibuerimus curam, ut quam prope possimus accedamus. Dicimus igitur leges morales accuratè servandas, Ecclesiasticas Apostolorum constitutiones quatenus tempora & mores patiuntur, ut nulla vis auferatur Christianæ libertati. Hæc ille : quæ cujus notæ meritique sunt, consequentijs hisce monstrabo.

1. Primò, ad papismum accedere illa dico : Christum non vult esse in Politeia Ecclesiastica legislatorem. Quid igitur de mandatis Christi sentiendum quæ de rebus Ecclesiasticis dedit. *Illæ quæ feruntur leges,* inquit, *id est, ex opinione Puritanorum, leges quidem meo judicio non sunt sed constitutiones tantum Ecclesiasticæ, quæ à legibus moralibus longissimè secernuntur.* Cur igitur non retunde loquitur cum Papistis? *non sunt præcepta sed consilia tantum :* idem sensus subest: nam permissam putat libertatem esse vel servare vel non servare, prout mores & tempora ferunt.

2. Secundò, olent etiam Adiaphorismum idque quidem ante hoc tempus inauditum : non enim solum pręcepta Politeias, præcepta de rebus indifferentibus esse statuit, quæ indifferentes non sunt : sed etiam ipsa præcepta indifferentia facit, quod quisquamnè quæso antè audivit unquam? Semper etenim in Ecclesia Dei judicatum est, res indifferentes ipsas præceptas non esse, quæ vero de earum usu præcepta traduntur, ea & immutabilia esse & necessario observanda, qualia sunt illa quæ 1.Cor.14.40. ab Apostolo proponuntur. Qualis hic igitur Mathei Sutclivij Adiaphorismus est? Primò, quanquam præcepta Politeias, de ipsis rebus sint, & non tantummodo de rerum usu: Politeiam tamen rem indifferentem esse vult. Secundò, quanquam præcepta de indifferentibus necessario observanda sint ac indifferentia non sint : facit tamen ille præcepta Politeias, ipsa inquam præcepta, indifferentia, & necessariò observanda esse negat. Tertiò, quod in usu solum rerum indifferentium locū habet, nempè ut dirigantur prout expedit: hoc ille ad ipsum præceptum trahit ac si ob morum & temporum occasiones præceptū ipsum, alterari, violari, tolli possunt.

3. Tertiò favent etiam libertinismo : affectant enim libertatem à pręceptis Christi & Apostolorum: de qua porro Lous ita. *Libertatem à Christo partam proculcant, qui disciplinam veram certam & immutabilem ex verbo statuunt.* Atqui inquam libertas à Christo parta libera est, ergo ipsius præcepta servitus Iacob. 1.25. & 2.12. non datur ulli ab ipsius præceptis liberari: misertima etenim peccato servitus ejusmodi libertas est : quam dum inducere in ecclesiā Hierarchici isti volunt, nonnè quæso offendunt in illud 1.Petri 2.16. *Vt liberi, ac* Querimon. eccles. p. 62

non

non veluti malitiæ velamen habentes libertatem sed servi Dei, id est, præceptis ejus servientes ac proinde ad nullam ab eisdem libertatem suspirantes? Quarto hypocrisin fovent cum tyrannide immani conjunctam, qualis et illa Saulis fuit: qui etsi legis violationem in sanguine effundendo absque pœna dimiserit: legem tamen suam, eamque incommodè nimis latam, adeo rigidè persequitur; ut Ionathan ipse quanquam optimè meritus, ob parum mellis degustati ad mortem condemnandus sit. 1. Sam.14.44. Imò in Saulina disobedientia Hierarchici sunt, quæ proximo capite commemoratur: præcepta Christi & Apostolorum de politeia Ecclesiastica à tergo rejiciunt, & libertatem ab eodem sibi assumunt: quum interim qui ad libertatem Christianam provocant ab humanis inventis qualis permittitur, imò mandatur. 1.Cor.7.22.23. (puta à cononibus de crucis signo, de superpelliceo, & hujusmodi nugamentis, superstitiosis quidem & in cultu Dei illicitis, sed fac indifferentibus) habentur pro ridiculis; quid dixi? pro ridiculis haberi eos? imo degradantur, excommunicantur, & bonis omnibus exuuntur. Hoc nimirum reliqui erat ad mensuram Hierarchiæ implendam, ut quæ libertatem imo libertinismum potius à Christi præceptis de Politeia sibi assumpsisset: ullam Christianam libertatem à præceptis suis, id est, humanis interdiceret: ut quæ jugum Christi excussisset ipsa (ô Domine quousque) jugum suum aliorum cervicibus sanè intollerandum imponeret.

4. Quintò & ultimo rebellionis cuiusdam speciem habent. Quid enim aliud spirant, quam legem Christi de privata admonitione violari posse absq; peccato, quum leges Pauli ad Timoth. de episcopis eligendis nec ita rigide exigendas dicit? Licet non appellato fratre rem ad ecclesiam deferre: id est, licet audacter contra mandatum Christi ire? & leges Pauli ad Timotheum non prohibent, quin probanda sit quæ in Anglia jam dominatur ministrorum caterva, (si tamen ministri) qui ne latinè quidem sciunt, certè qui verbum Dei prædicare non possunt, sed meri muti canes sunt, perdentes gregem cui præsunt, & humanarum animarum sanguine sat facti pingues? Quanquam admonendus es (lector) multò levius eum quàm res postulat, in priore rebellione describenda locutum esse. *Licet*, inquit, *non appellato fratre eum ad ecclesiam deferre*. Sed hoc parum est, pro eo quod in Anglia geritur: ubi non tantùm absque ulla privata admonitione, ad consistoria Episcoporum deferuntur homines, verumetiam excommunicantur. Atque hæc ad exceptionem Hierarchicorum primam, quod doctrina Christi & Apostolorum de politeia ecclesiastica, immutabiles nullas leges habeat, imò ne leges quidem obligatorias, sed præcepta tantum nescio quæ indifferentia.

2. Exceptio

5. Accedendum jam est ad exceptionem secundam, quæ obligare quidem præcepta fatetur quæ de politeia ecclesiastica in verbo Dei reperiuntur, sed tamen in perpetuum minimè obligare dicit. *Quædam præcepta divina sunt, quæ perpetua tamen non sunt*. Certè, sed rectè

Saravia

Saravia. *Præcepta de politeia ecclesiastica perpetua sunt, etsi quædam divina non sunt perpetua.* Quò minùs hoc obtineat, in duas hominum opiniones, sese hæc exceptio secunda diffringit: quarum prima invaliditatem ipsius præcepti, secunda invaliditatem præcipientis objicit. Prima à Richardo Hookero ponitur ita, ubi de politeias ecclesiasticę mutabilitate differit. *Leges, quanquam à Deo ipso ordinatæ, & quanquam finis ad quem ordinatæ fuerunt permanent; cessare tamen possunt; si per alterationem personarum aut temporum insufficientes reperiantur ad finem illum assequendum: quo respectu, cur præsumere nobis non licet? inclamare Deum pro ea mutatione & alteratione, quam ipsa rerum conditio necessariam facit? In hoc casu non præsumunt homines, Dei ordinationem mutare: sed ordinationi Dei cedunt, quæ ipsa requirit ut immutetur.* Hæc medulla est eorum, quæ fusè disputat, pro politeias ecclesiasticæ mutatione, quando pro conditione rerum & temporis reperitur invalida ad finem suum obtinendum. Atqui negamus cum summâ Dei sapientiâ & providentia stare posse, ut politeiam ecclesiasticam instituerit, quæ ullâ rerum, personarum, temporumve conditione, fieri possit invalida aut insufficiens ad finem suum (ad quem ab eo est ordinata,) assequendum. Fac autem invalidam & insufficientem evadere eam posse. Quis legem validiorem feret? quis politeiam ecclesiasticam magis sufficientem instituet? Num caro & sanguis? At ipse concedis, *meliorari ab hominibus non posse, quæ à Deo instituta sunt: meliorantur verè, si melior, validior, magis sufficiens, quoquo tempore, politeia ecclesiæ ab hominibus institui possit, atque ea est, quæ ab ipso Deo est instituta.* Ego sanè quomodo cohæreant ista non video: sed est & aliud sciscitandum. Quis judicium feret, quando cum pro rerum conditione leges politeiæ ecclesiasticæ invalidæ à Deo latæ sunt? Quis item si invalidę sint, judicabit, utrum humana politeia sit validior eâ, quæ est à Deo lata? Ad postremum, fieri potest, ut dividantur sententiæ, quis judicabit, quæ nam ex illis politeijs quæ ab hominibus proponuntur, maximè valida & sufficiens sit? Vide quantis pręsumptionibus hæc assertio scateat, in quibus tamen hominem meminem pręsumere dicis. Nonne pręsument hodie Episcopi Anglicani, quando disciplinam reformatam naso suspendunt: ac si invalidissima esset ad pacem ecclesiæ, salutem ecclesię, ædificationem ecclesiæ, aut conservandam aut promovendam? *Audi O Deus noster* (inquit Nehemias) *nos esse contemptui, & converte probrum eorum in caput eorum*: ut quod in Anglia bene jam Deus cępit opus politeias reformatę, quod vel à vulpe dirui potuisse Tobiæ isti existimant, fęlicissimè procedat; probro in Hierarchiæ suæ caput converso, sub quâ omnia indies in deterius prolabuntur, retroque collapsa feruntur. Non est igitur Hookere, non est mihi crede, pręsumptio levis, sed Samballiticum contemptum spirans, quando pręsumit judicare caro, invalidas Dei leges esse, quę de sua politeia tulit: pręsertim cum pollicitus fuerit, se vel puerum Isa. 11. 8. id est pauperulum quendam ministrum, & regimen, humano

Diffringitur hæc exceptio in duas opiniones.

Lib. 3. §. 10. p. 153.

Neh. 4. 4. 5.

quidem judicio,invalidissimum,ipsos leones,tigrides,pardos,ursos denique& Basiliscos,in ordinem reductum.

6 At inquit Hookerus *Praesto est exemplum,quum lex divina mutata est idque licitè ab hominibus,quando invalida reperta fuit,ad suum finem obtinendum.* Istud quidem exemplum,ego vel maximè audire aveo. *Lex* inquit *de furto immutata est,quando illius pœna augmentata est,propterea quod restitutio quadrupli non erit sufficiens ad furtum cohibendum.* At quid hęc ad rem? *Augmentatio* inquit, *est mutatio quædam*: sed non de hujusmodi mutatione jam agitur: probandum etenim tibi sumpsisti *cessare posse politeiam ecclesiæ, & aliam ab hominibus surrogari, quando invalida reperitur ad finem suum assequendum.* Secundo nego hanc pœnæ augmentationem,ipsius legis mutationem ullam esse,cujus,si non litera,sententia tamen,hanc ipsam pœnæ augmentationem re ita ferente intendebat. *Æquitas,* inquit concilium Basiliense, *in finu principis habitare semper debet,quæ relictâ legis litera, rationem illius sequitur*: Sic Thomas Aquinas,*ordinatur æquitas,ut quando litera legis deficit,illius intentio servetur, prout æqualitas justitiæ & bonum publicum postulrint.* Hoc ita cum sit,violaretur lex de furto si relictâ literâ,illius intentio non spectetur, quæ est ut furtum supprimatur. Non igitur mutatio hujus legis,pœnę hujus literalis multiplicatio est: sed æqua illius administratio,uti ipsę legis intentio (pro illa quam continet æquitate) postulat. Tertio contrarium hinc probari,pręberique exemplum,quid hominibus faciendum sit: quando lex divina aliqua minus valida videatur. Probat Hookerus cessationem politeias ecclesiasticę, ab exemplo, quo lex aliqua augmentatur, ecquid absurdius? Abolitio etenim legis,& ejusdem augmentatio contraria sunt: tantum abest ut aboleat legem, qui eandem augmentat, ut ex adverso eam firmet atque roboret: tantum igitur abest,ut probet propositum hæc instantia,ut potius contrarium doceat: nempe cum politeia ecclesiastica invalida reperitur, non statim ab hominibus abolendam, sed augmentandam potius, & modis omnibus muniendam esse. Quarto, nulla hic ab Hookero proportio servatur in circumstantijs. Mutabilem ille politeiam Ecclesiasticam esse vult, pro locorum & temporum & personarum conditione: at non pro locorum & temporum & personarum conditione hæc legis de furto mutatio fuit: neque mutatur substantia,sed circumstantia pœnæ:sic nihil hinc concluditur, nisi hoc tantum: quum propter exuberantem hominum malitiam sanctiones & pænæ ecclesiasticę minus validę videntur,diligentius & rigidius exercendas eas esse: & magistratus porro authoritate,pænisque civilibus validius muniendas. Atque hæc ad exceptionem Hierarchicorum secundam: leges nempè de politeia ecclesiastica immutabiles non esse,quia fieri potest, ut invalidę reperiantur ad finem suum assequendum.

p.151. Eneas Sylv. de gest. concil. Basiliens.l.1. 2.2 q.120.act.1

2. opinio. 7 Sequitur opinio Hierarchicorum nonnullorum secunda: quæ non ex invaliditate pręcepti, sed pręcipientis potius pugnat. Hanc

tuetur

Digitized by Google

tuetur Georgius Downamus, qui distinguens inter jus divinum quod immutabile esse vult, & jus Apostolicum quod mutabile: Politeiam Ecclesiasticam, speciatim Hierarchicum Episcopatum, *non iure divino immutabili, sed iure Apostolico mutabili pendere affirmat.* Primò, in hac distinctione advertenda illius novitas est, & reprehendenda: presertim cum novitatem nobis vbique obijciat. Lib. 3. p. 26 & 116. l. 4. p. 137, 139.

Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.

Quod si autem novam esse inficietur, proferat Patrem, proferat Scholasticum, proferat Canonistam, proferat Papistam, proferat Protestantem, proferat Hierarchicum, qui ea ante vsus sit. Secundò, in hac distinctione advertatur quòd Episcopatum Hierarchicum ex jure divino esse non vult: id quod disertè plures affirmant, vt lib. 1. p. 2. lib. 3. p. & lib. 4. o. Iam hoc pro nobis satis est. Si etenim ex jure divino non sit, ex jure humano est: inter jus divinum & jus humanum nullum datur medium. Patet hoc ex ipsis sacris, in quibus vocatio *aut à Deo est, aut ab hominibus* Gal. 1: 1, & ministerium Ecclesiasticum vnumquodque *aut à cælo aut ab hominibus* Math. 21, 25. ministri denique ipsi quoad ortum aut cęli aut terræ stellæ sunt. Ap: 12. 1 cum Ap. 9: 1. Ap: 13: 2. Concordat jus Canonicum, consentit Isidorus: *Omnes* (inquit) leges *aut divinæ sunt aut humanæ:* membra itaque dividentia, non jus divinum & Apostolicum, sed divinum & humanum, sunt. Quod ad jus Apostolicum attinet, illud revera divinum est: distinctum à divino vult Downamus, tum esse humanum ut confiteatur necesse est. Dist. 1. c. 1.

8 Dixi nuper hanc distinctionem inter jus divinum & Apostolicum in nullo authore reperiri: certè sensu Downamiano, ut jus Apostolicum medium quoddam jus sit quod nec sit divinum nec humanum. Alias reperitur apud Bellarminum a quo fortè locum aliquem accepit Downamus: qui cœlibatum sacerdotum non jure divino, sed Apostolico jure niti vult, & ita esse dispensabile. Iam verò per jus Apostolicum, Bellarminus jus humanum intelligit: probè intelligens, inter jus divinum & humanum, nullum jus medium intervenire. Verba hęc sunt. *Beatus Thomas in 2. 2. q. 88. art. 11. disertè docet votum continentiæ esse annexum ordinibus sacris, ex solo ecclesiæ decreto, ac proinde dispensabile esse.* Idem docet Caietanus in opuscul: Tom. 1. Tractat. 27. & Sotus lib. 7. de Iustitia q: 6. art. 1. vbi etiam docent, quod ego verissimum puto, *decretum hoc quo votum est annexum ordinibus non quidem propriè divinum esse: sed tamen esse Apostolicum, & in tota ecclesia à temporibus Apostolorum longo tempore esse observatum-- Nunc probandum est non jure divino, sed humano duntaxat* (adverte, appellat nunc jus humanum, quod primis hujus capitis verbis, jus Apostolicum appellaverat) *probibitum esse sacerdotum coniugium, & proinde in hac dispensari posse.* Observanda sunt in Soto & Bellarmino parentibus primis distinctionis hujusce Downamianæ inter jus divinum & Apostolicum hæc tria. Primò, in jure tantum huma- De cleric. c. 18.

no mutabilitatem & dispensabilitatem reperiri, sic ut Episcopatus Hierarchicus cum Downami judicio mutabilis sit, ex jure humano tantum esse consequetur. Secundò, jus illud Apostolicum, quod juri divino opponitur, merè jus humanum esse, & nullo modo divinum: sic ut Episcopatus Hierarchicus Downami judicio merè sit humanus. Tertiò, per Apostolicum intelligi apud authores, inventum humanum, antiquo tempore observatum: sic ut cum Hieronymus, Episcopum vocet traditionem Apostolicam nihil aliud intelligat, quam ordinem humanum quidem, sed tempore antiquissimo observatum, quod ipsissimam esse Hieronymi mentem, suo loco demonstrabitur.

9 Tertio, ut hanc distinctionem Georgius Downamus, mala fide ex mutilato sensu ab ipsius authoribus, Dominico à Soto, & Roberto Bellarmino interpolavit: ita mala mente & ad malum finem, eandem jam pessimè immutatam mundo propinat. Mala ipsius mens hinc apparet, quod in concione suâ Lambethianâ, quæ coram Ri. Bancrofto Archiepiscopo habita est, qui Episcopatum immutabilem haberi voluit: non ausus est Downamus hanc distinctionem à se proponere, sed sub persona aliorum. Sic enim habet in nota marginali. Differentia à quibusdam fit inter ea quę sunt divini, & ea quæ sunt Apostolici juris, quorum prima ipsorum sensu immutabilia sunt, posteriora non item. Qui hoc modo loquitur (illorum sensu) annon sensum suum, sententiam propriam aliam esse subinsinuat? Quid vero in ipso concionis textu, iuxta hanc notam marginalem reperitur? Certè quod alienam illius mentem ab hac distinctione, apertè demonstrat. Sic enim fatus tum temporis est. *Parva quidem differentia est, ut ego Apostolicam institutionem intelligo: quia quod Apostoli in sua Apostolica functione fecerunt, id fecerunt per directionem spiritus sancti, sic ut verè de suis ordinationibus dicere potuerint. Visum est spiritui sancto & nobis. Act.* 15.25. Adde quod concionis illius p.73. ordinationem Apostolicam allegat. 1. Cor. 9.14. *Vt probet ministrorum alimoniam ex iure divino esse*, quod nonne quæso implicat jus Apostolicum esse jus divinum? At ante defensionem hujus concionis mutatæ sunt vices: prodiit interim liber regius in quo notum facit Rex, disciplinam Ecclesiæ, suo judicio, *ad arbitrium principis, flexibilem & mutabilem* esse: dehinc jam in personam suam suscipit Downamus, quod ante in concione sua, sub persona tantummodo aliorum proposuerat: *Hierarchiam* nempè *& politeiam Ecclesiæ, non ex divino immutabili iure, sed ex Apostolico mutabili* esse.

p.92.

10 A mala ipsius mente, accedamus ad malum finem. Eô siquidem libentius hanc distinctionem amplectitur Downamus, quod eaeadem ludificari posse videt authoritates eorum, qui Episcopatum Hierarchicum de jure divino esse negant. Quid enim? *Negant* inquit *de iure divino immutabili esse, hoc & ego nego: interim non negant esse de iure Apostolico mutabili, quo sensu, inter alios, ipse Hieronimus interpretandus. Nam quum alibi dicit Episcopum non esse ex dispositione Dominica*

Lib.3.p.26

minica, hoc tantum vult, non esse ex iure divino immutabili. Alibi Episcopum traditionem Apostolicam appellat: id est, Episcopus est ex iure mutabili Apostolico: sic ut Hieronimus idem planè nobiscum sentiat. Imò non sentit, quod ut appareat, observentur paululum hæc tria χειροφόγητα Hierarchica. Hadrianus Saravia de hoc loco Hieronymi agens, *Hæc tantum in eo sibi displicere* dicit, *quòd neget Episcopum ex Dominica dispensatione esse: alias nihil mali in eo est, quod Episcopum dicit esse ex consuetudine: quia ex consuetudine & ex verbo simul Episcopus est: quo sensu Augustinus intelligendus est, cum Episcopi honorem ex usu Ecclesiæ esse affirmat.* En subterfuginm primum: quando patres dicunt Episcopum esse ex usu & ex consuetudine: non intelligunt ex consuetudine sola, sed ex consuetudine & verbo simul: At inquam patres, Hyeronimus præsertim, consuetudinem & Dominicam dispositionem opponuut, sic ut ex verbo & consuetudine etiam Episcopum Hierarchicum esse minimè omnium senserint: sed ex consuetudine sola absque verbo. *Imò non ita est*, inquit Downamus, *sentit etenim Hieronimus mecum, Hieronimus non magis Aerianus est quàm ipse ego sum: negat quidem Episcopum esse ex Dominica dispositione, sed idem quod ego sensit, nempe hoc tantum, quod non sit ex iure divino immutabili, quod mea ipsissima defensio est.* En subterfugium secundum: quod evertitur à Saravia: *intelligit* inquit *Hieronymus Episcopũ non esse ex institutione iureque divino*, itaque dicendum est, Hieronymum hac in re planè Aerianum esse. Accersendus iam Bellarminus est. *Hieronymus*, inquit, *Episcopum quoad ordinis potestatem superiorem presbyteris facit iure divino*, ut patet ex epistola ad Evagrium ubi sic ait. *Quid facit Episcopus excepta ordinatione quod non facit presbyter? at iure divino agnoscere non videtur discrimen inter iurisdictionem Episcopi & presbyteri: tamen agnoscit hoc discrimen, tanquam legitimè imò necessario ad schismata vitanda ab Apostolis introductum.* Agit de hoc ipso Hieronymi loco ibi Bellarminus: en igitur subterfugium tertium. Dicendum quidem cum Saravia est, sentire Hieronymum, Episcopum non esse ex jure divino, sed Apostolico tantum, id est humano (sic etenim Apostolicum interpretari Bellarminum docuimus nuper:) sed non generaliter tamen interpretandus est, sed de jurisdictione tantum, non autem de potestate ordinationis. Sed si potestas tantum ordinationis, jure diuino tribuatur Episcopo, auferatur ab eo autem jure divino in presbyteros omnis jurisdictio, quæ humano tantum jure nititur Hieronymi judicio, cecidit planè splendor omnis Episcopalis: imò cecidit etiam absoleta distinctio illa inter ordinem, & jurisdictionem, ac si in ista impares ministri essent qui in primo pares sunt.

Cont. Bez. c. 23. p. 225.

De cleric. c. 15.

11 Quartò, in hâc Downami distinctione reprehendendum illud est, quod quæ jure divino sanciuntur, ea omnia immutabilia esse supponit Lancelotus Perusinus ita. *Ius divinum est quod continetur in lege & in Evangelio atque immutabile semper permanet.* Respicit in his Perusinus ad illa prima verba Gratiani. *Humanum genus duobus regitur, naturali*

Institut. tit. 2 Dist. 1.

turali videlicet iure & moribus. Ius naturale est quod in lege & Evangelio continetur, quo quisque iubetur alijs facere, quod sibi vult fieri. Malè autem Gratianum Perusinus interpretatur, si modo Thomam Aquinatem audire placet. *Non intelligendus est Gratianus* (inquit) *quasi omnia quæ sunt in lege & in Evangelio sint de lege naturæ & sic immutabilia: sed quod quæ sunt de lege naturæ & immutabilia sunt ibi plenariè tradantur, & ex instantia Gratiani patet, qua quisque iubetur alijs facere quod sibi vult fieri.* Annon Perusianum & Downamianum dogma confodiunt ista? *Non omnia* (inquit Aquinas) *immutabilia sunt, quæ iuris divini: quod patet in ceremonialibus Mosaicis, & in mandatis alijs mutabilibus Math.* 10.5.14. & 12, 19, & 15, 20, & 19, 21. *Ioh.* 13,14,15, &c. At hæc mandata mutabilia (respondebunt fortè) jus divinum non secum traxerunt: mandata quidem à Deo sunt, sed absque juris ullius divini positione. Absurdè. Omne siquidem mandatum divinum hanc vim habet ut justè fieri possit, quod mandatur: si ita, tum jus divinum mandatum omne divinum ponit: *Ius* (inquit Isidorus) *est dictum, quia justum est: ergo quicquid ex divino mandato iustè fieri potest, jus etiam divinum habet, absque quo iustè fieri nequivisset.* Ad eundem sensum Aquinas. *Ius divinum est* (inquit) *quod divinitus promulgatur.* Ad eundem Sibrandus Lubertus. *Ius* inquit *dicitur à iussu per Apocopem.* Quid igitur est? Cum omnia mandata divina ex jure divino sint, & illorum multa mutabilia sint: malè in istac distinctione supponit Downamus, omnia immutabilia esse, quæ de jure divino sunt.

1.2.q.94. act.4. ad 1. — *Decret. p.1. dist.1.c.2.* — *2,2.q.57.a.2,3.* — *De pontif. Rom. Lib.5. c.2. p.338.*

12 Quinto, in distinctione hac Downami, peccatur in eo, quod quæ divini juris sunt, & immutabilia sunt, ea statuit adeo necessaria, ut nulla ecclesia absque eis esse possit, Hinc ista infert. *Quanquam teneo vocationem episcoporum, respectu primæ institutionis, Apostolicam esse ac proinde divinam ordinationem: tamen non eam divini juris esse teneo: quasi generaliter, perpetuo, immutabiliter, necessaria, ac si nulla ecclesia vera esse possit, quæ eadem caruerit.* Rursus, *Non ita teneo functionem episcoporum Diocesanorum ita divini juris esse, quasi generaliter, perpetuo, & immutabiliter necessaria esset ad esse Ecclesiæ, & nullum aliud regimen admitti possit.* Eadem rursus repetit, p. 140. Quæ divino igitur jure perpetua & immutabilia sunt: ea ad esse ecclesiæ pertinere vult, sic ut nulla ecclesia vera carere eisdem queat. Atqui hocin theoremate transfugit aperte in Separistarum castra: adversus quos demonstravimus alibi, ecclesiam veram esse posse, etsi quibusdam careat, quæ perpetuo & immutabiliter quasi necessaria, mandata è Domino injunctaque ecclesiæ sunt. Atque disciplina quidem ecclesiastica, etsi perpetuò & immutabiliter necessaria sit: tamen non ad esse ecclesiæ simpliciter, sed tantum ad benè esse pertinet. Neque mirari hoc fas est: quum Sacramenta perpetuo & immutabiliter quasi necessaria injuncta sint: quibus tamen ecclesia in deserto caruit, sicut supra ex D. Beza est adnotatum. At qui necessaria dici possunt, inquies si eis ecclesia carere potest, & tamen Dei ecclesia esse? Respondeo, quum non

Respons. ad præfat. p. 2. — *Lib.4. c.6. p.132.*

non sunt res indifferentes, quia ecclesia ea absque peccato mutare non potest, aut carere voluntariò: peccat igitur ecclesia, quæ ea non habet Peccat sanè, ut in Anglicana ecclesia videre jam est, quæ veram Christi politeiam ecclesiasticam respuit: sed peccatum istud ejusmodi non est, ut ipsam ecclesiæ esse destruat: quamdiu in ea fidei puritas in doctrina conservatur.

13. Sextò & ultimo, distinctio ista Downami est absque differentia, quoniam membra coincidunt: nam & quæ Apostolici juris à Downamo dicuntur, eadem reverà & juris etiam divini sunt. Differentia quidē quædā est inter mandata divina, quòd Deus quædā immediate per seipsum, quædam mediatè per Apostolos tradidit: sed hæc differentia nihil prohibet, quin utraque adæque immutabilia sint, & ex jure divino ligent. Vidit hoc Downami gregalis Thomas Bellius scriptor Hierarchicus, ejus verba hæc sunt: *Res dupliciter*, inquit, *dici possunt esse jure divino. Primò, quia sunt à Deo immediatè: Secundò, quia sunt mediate ab illis, qui à sancto Dei spiritu ita diriguntur ut errare nequeant: quo sensu superioritas Episcoporum in reliquos ministros de jure divino esse dicitur sive ordinatio divina* Similis Guilielmi Barloi Episcopi Lincolniensis sententia est. Agit de loco Hieronymi, ubi negat Episcopum esse ex institutione dominica. Distinguit verò fere sensu Downamiano inter divinum præceptum & consilium Apostolicum ex 1. Corint. 7. 6. & dicit *Hieronymi mentem esse, Episcopum quidem non esse ex ullo scripto mandato Christi, vel ab ulla expressa ejusdem regula: sed ex consilio, traditione, γνώμῃ ἀγράφῳ, & institutione Apostolica.* Hanc mentem Hieronymi & Georgius Downamus fingit, quam etiam approbat, sed Barlous non item: *Non ita Hieronymus transire debet*, inquit, *ac si functio Episcopalis non esset directe ipsa domini institutio. Non etenim spiritus per Apostolos solùm, qui eum magna mensura acceperunt, sed etiam per Christum ipsum, qui eum sine mensura accepit, hanc superioritatem ordinavit.* Pergit deinde probare per immediatum Christi institutum, regimen Episcopale ordinandum esse, qui idem immutabile contra Downamum statuit. Non tamen putat mutabile futurum (quod Downamus) si mediato tantum Apostolico jure niteretur. Nam & *non scriptas illas* διατάξεις *Apostolorum* quas memorat ex 1. Cor. 11. 34. & *permissiones Apostolorum illas, absque expresso Christi mandato* quas memorat ex 1. Cor. 7. 6. & 25. juris divini esse vult, quid ita? *Quia*, inquit, *licet hæc mandavit Paulus absque expresso mandato Christi: non tamen mandavit absque certo & infallibili spiritu Christi, sicut ait ver. 40. Scio me habere spiritum Christi. Propter hunc spiritum Christi, quæ absque immediato mandato scripto; & speciali revelatione sibi facta mandaret*, 1. *Cor.* 8. 9. 13. & 10. 25. 29. & 11. 4. 14. 23. 25.] ea ad postremum hoc vinculo ligat, 1. Cor. 14. 37. *Si quis se Prophetam putat & spiritualem, cogitet, quæ ad vos scribo, quod Dei mandata sint.* Ecce, quæ mediata ab Apostolis præcipiuntur, ipsius Dei mandata sunt, haud secus ac ea quæ immediato præcepto nituntur: quidni igitur perinde ex jure divino etiam?

Serm. Hampton anno 1606. Sept. 21.

Digitized by Google

Cont. 4. q. 1. f. 106. 14. Accedit Guilielmus Whitakerus, qui Bellarmino locum Hieronymi unà cum Downamo quoad verba interpretanti, ac si Episcopum sentiret, non quidem ex jure divino esse, sed ex jure Apostolico tamen, respondet ita. *Bellarminus secum pugnat & Hieronymum facit loqui pugnantia. Nam si Hieronymus putavit jurisdictionem illam Episcopi non esse iuris divini, quomodo tum fuit illud discrimen ab Apostolis introductum? Et quomodo Hieronymus ex Apostolorum scriptis non esse discrimen aliquod probare potuit? Certè quod Apostoli ut necessarium sanxerint atque introduxerunt iuris divini vim obtinet.* Hadrianus Saravia de Hieronymo respondens, ait eum errasse cum diceret, Apostolorum tempore introductum fuisse ab Apostolis Episcopum, *sed non ex dominica dispositione, quia ex hoc sequeretur, Apostolos contra domini institutionem fecisse, quod falsum est: cum constet Apostolos nihil ordinasse, quod non esset à domino institutum, quæcunque causa ordinandi fuerit.* Ex quibus juxta-positis ego quatuor colligo. Primò, contra Downamum, *Apostolicas ordinationes esse iura divina, quia Apostoli nihil instituerant, nisi ex divino iure,* ut Whitakerus, *nisi ex domini institutione* ut Saravia. Secundò, *quicquid inducitur in Ecclesiam, quod Politeiam Ecclesiasticam, non ex iure divino,* ut Whitakerus, *non ex domini institutione,* ut Saravia; *id contra domini institutionem esse ideoq; illicitum*: etiamsi ab Apostolis ipsis hoc factum esset. Tertiò, Hierarchicorum responsionem, Hieronymum sentire Episcopum introductum ipso tempore Apostolorum contra schismata vanam esse & frivolam, quia Apostoli nihil induxerunt nisi ex iure & instituto divino: at vero Hieronymi sententia est (quocunque demum tempore introductus Episcopus fuit:) eum non ex dominica dispositione, non ex jure divino, non ex domini instituto fuisse introductum. Quartò, si Hieronymus dixisset, Episcopum introductum fuisse non quidem ex divino iure, sed tamen Apostolico, pugnantia locutus est: idem enim est ut si dixisset, *non ex divino iure, & tamen ex divino iure. Atque Bellarminus pugnantia loquitur,* inquit Whitakerus, *cum Episcopum non iure divino iuxta Hieronymum, sed Apostolico inductum dicit*: sic & pugnantia Georgius Downamus, idque non in uno loco: *Quæcunque functio est Apostolicæ institutionis, divina ordinatio censenda est.* Probat ex Beza: *Si ab Apostolis profectum esset, non vereor, id totũ divinæ institutioni ascribere.* Rursus: *Sive primò ordinata a Christo, sive ab Apostolis instituta ea functio fuit: eius author Christus est, sive immediate iuxta primum, sive mediatè iuxta secundum. Atque ea Apostolicæ institutionis esse dicuntur, quæ Christus instituit per Apostolos.* Huc referenda, quæ supra allata sunt ex respons. ad præfat. p. 2. & ex libro 4. p. 139. 140. ubi dicit Episcopum divinæ ordinationis esse, quia Aostolicæ institutionis. Quid hic habet Downamus quod respondeat? Divinam ordinationem non inferre divinum ius? Apage ineptias: nam ordinatio jussum quoddam est, & omne jussum importat jus, ut inos suprà demonstravimus.

Cont. Bez. c. 23. p. 22.

Lib. 4. c. 1. p. 5. & 6.

Liv. 4. c. 3. p. 49.

CAP. XLIV.

Argumenta nostra pro disciplinæ immutabilitate à doctrina Apostolorum.

ITa tria illa fundamenta dejecimus & solo æquavimus, quibus Hierarchici freti, Politeam Ecclesiasticam, mutabilem esse statuunt: ad argumenta jam nostra, accedendum nobis est. Primò, ab officio Christi disputamus, quod ejus ἀποτελέσματα durant in perpetuum. Quid Sacerdotij? *Vnica oblatione consecravit in perpetuum eos qui sanctificantur*, Heb. 10.14. Quid Prophetiæ? *Fides semel tradita est sanctis*, Iud. 3. Si de Sacerdotio & prophetia rectè dicitur ea semel operata fuisse, quæ in perpetuum durent: Cur non & de regali etiam dicetur officio, illud semel Politeiam Ecclesiasticam instituisse, quæ etiam duraret in perpetuum? Heb. 12.26.27. *Adhuc semel ego concutiam non solum terram se etiam cœlum. Porro illud adhuc semel, declarat instabilium rerum amotionem, ut maneant quæ sunt stabilia.* Deducit hinc Apostolus nos regnum assecutos stabile, quod verti non possit, ergo & media etiam stabilia, quibus ad hoc regnum provehimur: in quibus est Politeia Ecclesiastica. Atque de Politeia Iudaica cur vaticinetur Propheta eam abolitam iri? & ex propheta concludit Apostolus, semel tantum abolitionem istiusmodi fore, non deinceps: certum mihi quidem videtur, & Politeiam Ecclesiasticam sub Evangelio stabilem hic fieri absque ulla concussione: ex mente Apostoli, una ista & nulla deinceps abolitio futura est, nulla inquam: mutatio semel facta est, ceremoniarum & Politeias Iudaicæ: sed semel tantum non deinceps, mutatio istiusmodi contigit.

Pertinet huc quod 1. Cor. 15.24. *regnum suum externum non ante finale Judicium deponit Christus*: tum mediate regnare cessabit, Ecclesiam gubernare. Ergo regnum ipsius externum, illiusque externa media (in quibus Politeia Ecclesiastica est) ad diem judicij, prout in verbo posita & descripta sunt, stabilia & fixa permanebunt.

2 Secundo, nota quâ partes verbi mutabiles, ab immutabilibus secerni solent, ipsius finis vel mutabilitas est vel immutabilitas: ita, cum finis ad quem ordinatur Politeia Ecclesiastica immutabilis & perpetuus sit, eadem perpetua etiam ut sit necesse est. Viderunt hoc Iuristæ, quorum placitum, apud Iohannem Bertachium, istud est, *Ius idem est ubi Juris eadem ratio est*. Alias res igitur agit Sutclivius, quum formam regiminis Ecclesiastici ex eo probat mutabilem esse, quod mutata sit Politeia Iudaica, mutata regiminis forma quæ fuit sub Christo & Apostolis mutatum etiam præceptum de suffocato & sanguine. Hæc etenim omnia si mutabilia, nihil mirum, propter causas mutabiles, ad fines mutabiles, ordinata fuerunt: & cessante causa cessant effectus ut rectè respondet ad horum postremum Nicolaus Lyranus: *Quod ad regimen sub Christo & Apostolis, extraordinarium*

Respectar. in verb. Ius. Tractat. de disciplin.

 utrumque

Digitized by Google

tis: ut si quid necessarium esset posteris tradi, exempli proprij abrogationem testari necessarium fuisset. Demonstratio Mathei Sutclivij pro Episcopi authoritate tertia, à voce & usu Apostolorum est: ut ipse titulus capitis indicat: putat igitur satis solida argumenta ab ipso exemplo Apostolorum desumi posse. Thomas Bilsonus ita pro episcopatu disserit. *Erudite illud à Tertulliano notatur. Constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum: & ab Augustino. Quod universa tenet Ecclesia, nec concilijs institutum, sed semper retentum est, non nisi authoritate Apostolica traditum rectissime creditur. Iam vero in Ecclesijs Episcopus fuit, etiam antequam concilia de his statuere cœpisset: idcircò hic mos retractandus non est.* Ita & morem & factum Ecclesiarum Apostolicarum, non Apostolorum solum, obligare in perpetuum Bilsonus credit. Duo hæc patrum testimonia postquam citasset Georgius Downamus, adjungit Cartwrightum, qui dicit etiam exemplum Apostolorum sine mandato necessitatem trahere. Ita pro Episcopo suo, vel ex solo exemplo Apostolorum, Ecclesiarumque, pugnare Downamus non veretur: quam sibi constanter viderit ipse: parum etenim hæc ratiocinatio ex facto Apostolorum obligante, illi congruere mihi quidem videtur, qui Politeiam Ecclesiasticam mutabilem esse vult. Atque ita confectum est, etiam facta Apostolorum in Ecclesiæ Politeia, sive constituenda sive exercenda, necessitatem inferre, ut ea immutabilis sit.

De presb. c. 15. p. 210.

De perpet. Gubernat. c. 13. p. 304, 305.

Lib. 4. c. 1. n. 5.

CAP. XLIII.

Disciplinæ immutabilitas à doctrina Apostolorum probatur: & primo refutantur duæ Hierarchicorum exceptiones sibi invicem contrariæ.

Dicendum jam est de doctrina Apostolorum quam de Politeia Ecclesiastica tradiderunt: quæ quò minus ejusdem immutabilitatem inferre uideatur, negatur à quibusdam eam obligare omnino; ab alijs, obligare eam quidem conceditur, non tamen in perpetuum. Ita exceptiones duæ adversus doctrinæ Apostolicę de Politeia immutabilitatem sunt: quàm sibi invicem contrariæ quis uon videt? Posterior enim priorem tollit: quum eam obligare dicit, quod à prima non conceditur. Hęc vero prima a Matheo Sutclivio profecta est, qui Christum in externis legislatorem non esse postquam posuisset, ita ex nostra persona objicit. *At Christus*, inquiunt illi Mat. 18. *de vitandis scandalis & monendis fratribus mandata dedit: dicunt etiam Paulum quædam præcepta Corinthijs, alia Timotheo & Tito dedisse, & quòd Christus rex appelletur, & magis fidelis in Dei familia quam Moses, dicatur, libenter usurpant. Atqui facilis est responsio, Christi regnum in Ecclesia, non esse in rebus externis, sed in conscientiarum dominio & regimine collocandum: Christique & Apostolorum quæ feruntur leges, in rebus*

De presb. c. 11. p. 67.

rebus externis Christianam nunquam sustulerant libertatem: nam & in casu iuris, licet non appellato fratre ad Ecclesiam rem deferre: & passim cessavit ablutio pedum, & osculatio prima Christianorum. Nonnunquam etiam occurrunt tempora, cum Episcopi & Diaconi haberi non possunt. Ad regulas Pauli 1. Tim. 3. non sunt omnia exactè exigenda, ut nulli eligendi sunt Episcopi aut Diaconi nisi qui illis quasi ad amussim respondeant. Satis est si omnem adhibuerimus curam, ut quam prope possimus accedamus. Dicimus igitur leges morales acuratè servandas, Ecclesiasticas Apostolorum constitutiones quatenus tempora & mores patiuntur, ut nulla vis auferatur Christianæ libertati. Hæc ille: quæ cujus notæ meritique sunt, consequentijs hisce monstrabo.

1. Primò, ad papismum accedere illa dico: Christum non vult esse in Politeia Ecclesiastica legislatorem. Quid igitur de mandatis Christi sentiendum quæ de rebus Ecclesiasticis dedit. *Illæ quæ feruntur leges*, inquit, *id est, ex opinione Puritanorum, leges quidem meo judicio non sunt sed constitutiones tantum Ecclesiasticæ, quæ à legibus moralibus longissimè secernuntur.* Cur igitur non retunde loquitur cum Papistis? *non sunt præcepta sed consilia tantum*: idem sensus subest: nam permissam putat libertatem esse vel servare vel non servare, prout mores & tempora ferunt.

2. Secundò, olent etiam Adiaphorismum idque quidem ante hoc tempus inauditum: non enim solum pręcepta Politeias, præcepta de rebus indifferentibus esse statuit, quæ indifferentes non sunt: sed etiam ipsa præcepta indifferentia facit, quod quisquamnè quæso antè audivit unquam? Semper etenim in Ecclesia Dei judicatum est, res indifferentes ipsas præceptas non esse, quæ vero de earum usu præcepta traduntur, ea & immutabilia esse & necessario observanda, qualia sunt illa quæ 1. Cor. 14. 40. ab Apostolo proponuntur. Qualis hic igitur Mathei Sutclivij Adiaphorismus est? Primò, quanquam præcepta Politeias, de ipsis rebus sint, & non tantummodo de rerum usu: Politeiam tamen rem indifferentem esse vult. Secundò, quanquam præcepta de indifferentibus necessario observanda sint ac indifferentia non sint: facit tamen ille præcepta Politeias, ipsa inquam præcepta, indifferentia, & necessariò observanda esse negat. Tertiò, quod in usu solum rerum indifferentium locū habet, nempè ut dirigantur prout expedit: hoc ille ad ipsum præceptum trahit ac si ob morum & temporum occasiones præceptū ipsum, alterari, violari, tolli possunt.

3. Tertiò favent etiam libertinismo: affectant enim libertatem à pręceptis Christi & Apostolorum: de qua porro Lous ita. *Libertatem à Christo partam proculcant, qui disciplinam veram certam & immutabilem ex verbo statuunt.* Atqui inquam libertas à Christo parta libera est, ergo ipsius præcepta servitus Iacob. 1. 25. & 2. 12. non datur ulli ab ipsius præceptis liberari: misertima etenim peccato servitus ejusmodi libertas est: quam dum inducere in ecclesiā Hierarchici isti volunt, nonnè quæso offendunt in illud 1. Petri 2. 16, *Vt liberi, ac* Querimon. eccles. p. 62

non

non veluti malitiæ velamen habentes libertatem sed servi Dei, id est, præceptis ejus servientes ac proinde ad nullam ab eisdem libertatem suspirantes? Quarto hypocrisin fovent cum tyrannide immani conjunctam, qualis et illa Saulis fuit: qui etsi legis violationem in sanguine effundendo absque pœna dimiserit: legem tamen suam, eamque incommodè nimis latam, adeo rigidè persequitur; ut Ionathan ipse quanquam optimè meritus, ob parum mellis degustati ad mortem condemnandus sit. 1. Sam. 14. 44. Imò in Saulina disobedientia Hierarchici sunt, quæ proximo capite commemoratur: præcepta Christi & Apostolorum de politeia Ecclesiastica à tergo rejiciunt, & libertatem ab eodem sibi assumunt: quum interim qui ad libertatem Christianam provocant ab humanis inventis qualis permittitur, imò mandatur. 1. Cor. 7. 22. 23. (puta à cononibus de crucis signo, de superpelliceo, & hujusmodi nugamentis, superstitiosis quidem & in cultu Dei illicitis, sed fac indifferentibus) habentur pro ridiculis; quid dixi? pro ridiculis haberi eos? imo degradantur, excommunicantur, & bonis omnibus exuuntur. Hoc nimirum reliqui erat ad mensuram Hierarchiæ implendam, ut quæ libertatem imo libertinismum potius à Christi præceptis de Politeia sibi assumpsisset: ullam Christianam libertatem à præceptis suis, id est, humanis interdiceret: ut quæ jugum Christi excussisset ipsa (ô Domine quousque) jugum suum aliorum cervicibus sanè intollerandum imponeret.

4. Quintò & ultimo rebellionis cuiusdam speciem habent. Quid enim aliud spirant, quam legem Christi de privata admonitione violari posse absq; peccato, quum leges Pauli ad Timoth. de episcopis eligendis nec ita rigide exigendas dicit? Licet non appellato fratre rem ad ecclesiam deferre: id est, licet audacter contra mandatum Christi ire? & leges Pauli ad Timotheum non prohibent, quin probanda sit quæ in Anglia jam dominatur ministrorum caterva, (si tamen ministri) qui ne latine quidem sciunt, certè qui verbum Dei prędicare non possunt, sed meri muti canes sunt, perdentes gregem cui præsunt, & humanarum animarum sanguine sat facti pingues? Quanquam admonendus es (lector) multò levius eum quàm res postulat, in priore rebellione describenda locutum esse. *Licet*, inquit, *non appellato fratre eum ad ecclesiam deferre*. Sed hoc parum est, pro eo quod in Anglia geritur: ubi non tantùm absque ulla privata admonitione, ad consistoria Episcoporum deferuntur homines, verumetiam excommunicantur. Atque hæc ad exceptionem Hierarchicorum primam, quod doctrina Christi & Apostolorum de politeia ecclesiastica, immutabiles nullas leges habeat, imò ne leges quidem obligatorias, sed pręcepta tantum nescio quæ indifferentia.

2. Exceptio 5. Accedendum jam est ad exceptionem secundam, quę obligare quidem pręcepta fatetur quæ de politeia ecclesiastica in verbo Dei reperiuntur, sed tamen in perpetuum minimè obligare dicit. *Quædam præcepta divina sunt, quæ perpetua tamen non sunt*. Certè, sed rectè

Saravia

Saravia. *Præcepta de politeia ecclesiastica perpetua sunt, etsi quædam divina non sunt perpetua.* Quò minùs hoc obtineat, in duas hominum opiniones, sese hæc exceptio secunda diffringit: quarum prima invaliditatem ipsius præcepti, secunda invaliditatem præcipientis objicit. Prima à Richardo Hookero ponitur ita, ubi de politeias ecclesiasticę mutabilitate disserit. *Leges, quanquam à Deo ipso ordinatæ, & quanquam finis ad quem ordinatæ fuerunt permanent; cessare tamen possunt, si per alterationem personarum aut temporum insufficientes reperiantur ad finem illum assequendum: quo respectu, cur præsumere nobis non licet? inclamare Deum pro ea mutatione & alteratione, quam ipsa rerum conditio necessariam facit? In hoc casu non præsumunt homines, Dei ordinationem mutare: sed ordinationi Dei cedunt, quæ ipsa requirit ut immutetur.* Hæc medulla est eorum, quæ fusè disputat, pro politeias ecclesiasticæ mutatione, quando pro conditione rerum & temporis reperitur invalida ad finem suum obtinendum. Atqui negamus cum summâ Dei sapientiâ & providentia stare posse, ut politeiam ecclesiasticam instituerit, quæ ullâ rerum, personarum, temporumve conditione, fieri possit invalida aut insufficiens ad finem suum (ad quem ab eo est ordinata,) assequendum. Fac autem invalidam, & insufficientem evadere eam posse. Quis legem validiorem feret? quis politeiam ecclesiasticam magis sufficientem instituet? Num caro & sanguis? At ipse concedis, *meliorari ab hominibus non posse, quæ à Deo instituta sunt: meliorantur verè, si melior, validior, magis sufficiens, quoquo tempore, politeia ecclesiæ ab hominibus institui possit, atque ea est, quæ ab ipso Deo est instituta.* Ego sanè quomodo cohæreant ista non video: sed est & aliud sciscitandum. Quis judicium feret, quando cum pro rerum conditione leges politeiæ ecclesiasticæ invalidæ à Deo latæ sunt? Quis item si invalidę sint, judicabit, utrum humana politeia sit validior eâ, quæ est à Deo lata? Ad postremum, fieri potest, ut dividantur sententiæ, quis judicabit, quæ nam ex illis politeijs quæ ab hominibus proponuntur, maximè valida & sufficiens sit? Vide quantis pręsumptionibus hæc assertio scateat, in quibus tamen hominem meminem pręsumere dicis. Nonne pręsument hodie Episcopi Anglicani, quando disciplinam reformatam naso suspendunt: ac si invalidissima esset ad pacem ecclesiæ, salutem ecclesię, ædificationem ecclesiæ, aut conservandam aut promovendam? *Audi O Deus noster* (inquit Nehemias) *nos esse contemptui, & converte probrum eorum in caput eorum*: ut quod in Anglia bene jam Deus cępit opus politeias reformatę, quod vel à vulpe dirui potuisse Tobiæ isti existimant, fęlicissimè procedat; probro in Hierarchiæ suæ caput converso, sub quâ omnia indies in deterius prolabuntur, retroque collapsa feruntur. Non est igitur Hookere, non est mihi crede, pręsumptio levis, sed Samballiticum contemptum spirans, quando pręsumit judicare caro, invalidas Dei leges esse, quę de sua politeia tulit: pręsertim cum pollicitus fuerit, se vel puerum Isa. 11. 8. id est pauperulum quendam ministrum, & regimen, humano quidem

Diffringitur hæc exceptio in duas opiniones.

Lib. 3. §. 10. p. 153.

Neh. 4. 4.

quidem judicio,invalidissimum,ipsos leones,tigrides,pardos,ursos denique& Basiliscos,in ordinem reducturum.

6 At inquit Hookerus *Præsto est exemplum,quum lex divina mutata est idque licitè ab hominibus,quando invalida reperta fuit,ad suum finem obtinendum.* Istud quidem exemplum,ego vel maximè audire aveo. *Lex* inquit *de furto immutata est,quando illius pœna augmentata est,propterea quod restitutio quadrupli non erit sufficiens ad furtum cohibendum.*
p.251. At quid hęc ad rem ? *Augmentatio* inquit, *est mutatio quædam*: sed non de hujusmodi mutatione jam agitur: probandum etenim tibi sumpsisti *cessare posse politeiam ecclesiæ, & aliam ab hominibus surrogari, quando invalida reperitur ad finem suum assequendum.* Secundo nego hanc pœnæ augmentationem,ipsius legis mutationem ullam esse,cujus,si non litera,sententia tamen,hanc ipsam pœnæ augmentationem re ita ferente intendebat. *Æquitas,* inquit concilium Basiliense, *in sinu*
Æneas Sylv. de gest. concil. Basiliens. l.1. 2.2 q.120.art.1 *principis habitare semper debet,quæ relictâ legis litera, rationem illius sequitur*: Sic Thomas Aquinas,*ordinatur æquitas,ut quando litera legis deficit,illius intentio servetur, prout æqualitas justitiæ & bonum publicum postularint.* Hoc ita cum sit,violaretur lex de furto si relictâ literâ,illius intentio non spectetur, quæ est ut furtum supprimatur. Non igitur mutatio hujus legis,pœnę hujus literalis multiplicatio est: sed æqua illius administratio,uti ipsę legis intentio (pro illa quam continet æquitate) postulat. Tertio contrarium hinc probari,prębeirque exemplum,quid hominibus faciendum sit: quando lex divina aliqua minus valida videatur. Probat Hookerus cessationem politeias ecclesiasticę, ab exemplo, quo lex aliqua augmentatur, ecquid absurdius ? Abolitio etenim legis,& ejusdem augmentatio contraria sunt: tantum abest ut aboleat legem, qui eandem augmentat , ut ex adverso eam firmet atque roboret: tantum igitur abest,ut probet propositum hæc instantia,ut potius contrarium doceat : nempe cum politeia ecclesiastica invalida reperitur, non statim ab hominibus abolendam, sed augmentandam potius, & modis omnibus muniendam esse. Quarto, nulla hic ab Hookero proportio servatur in circumstantijs. Mutabilem ille politeiam Ecclesiasticam esse vult, pro locorum & temporum & personarum conditione : at non pro locorum & temporum & personarum conditione hæc legis de furto mutatio fuit: neque mutatur substantia,sed circumstantia pœnæ:sic nihil hinc concluditur, nisi hoc tantum : quum propter exuberantem hominum malitiam sanctiones & pœnæ ecclesiasticę minus validę videntur,diligentius & rigidius exercendas eas esse: & magistratus porro authoritate,pœnisque civilibus validius muniendas. Atque hæc ad exceptionem Hierarchicorum secundam : leges nempè de politeia ecclesiastica immutabiles non esse,quia fieri potest, ut invalidę reperiantur ad finem suum assequendum.

2. opinio. 7 Sequitur opinio Hierarchicorum nonnullorum secunda: quæ non ex invaliditate pręcepti, sed pręcipientis potius pugnat. Hanc

tuetur

tuetur Georgius Downamus, qui distinguens inter jus divinum quod immutabile esse vult, & jus Apostolicum quod mutabile: Politeiam Ecclesiasticam, speciatim Hierarchicum Episcopatum, *non iure divino immutabili, sed iure Apostolico mutabili pendere affirmat.* Primò, in hac distinctione advertenda illius novitas est, & reprehendenda: præsertim cum novitatem nobis vbique objiciat. Lib. 3. p. 26 & 116. l. 4. p. 137, 139.

Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.

Quod si autem novam esse inficietur, proferat Patrem, proferat Scholasticum, proferat Canonistam, proferat Papistam, proferat Protestantem, proferat Hierarchicum, qui ea ante vsus sit. Secundò, in hac distinctione advertatur quòd Episcopatum Hierarchicum ex jure divino esse non vult: id quod disertè plures affirmant, vt lib. 1. p. 2. lib. 3. p. & lib. 4. o. Iam hoc pro nobis satis est. Si etenim ex jure divino non sit, ex jure humano est: inter jus divinum & jus humanum nullum datur medium. Patet hoc ex ipsis sacris, in quibus vocatio *aut à Deo est, aut ab hominibus* Gal. 1: 1, & ministerium Ecclesiasticum vnumquodque *aut a cælo aut ab hominibus* Math. 21, 25. ministri denique ipsi quoad ortum aut cęli aut terræ stellæ sunt. Ap: 12. 1 cum Ap. 9: 1. Ap: 13: 2. Concordat jus Canonicum, consentit Isidorus. *Omnes* (inquit) leges *aut divinæ sunt aut humanæ:* membra itaque dividentia, non jus divinum & Apostolicum, sed divinum & humanum, sunt. Quod ad jus Apostolicum attinet, illud revera divinum est: distinctum à divino vult Downamus, tum esse humanum ut confiteatur necesse est. Dist. 1. c. 1.

8 Dixi nuper hanc distinctionem inter jus divinum & Apostolicum in nullo authore reperiri: certè sensu Downamiano, ut jus Apostolicum medium quoddam jus sit quod nec sit divinum nec humanum. Alias reperitur apud Bellarminum a quo fortè locum aliquem accepit Downamus: qui cœlibatum sacerdotum non jure divino, sed Apostolico jure niti vult, & ita esse dispensabile. Iam verò per jus Apostolicum, Bellarminus jus humanum intelligit: probè intelligens, inter jus divinum & humanum, nullum jus medium intervenire. Verba hęc sunt. *Beatus Thomas in 2. 2. q. 88. art. 11. disertè docet votum continentiæ esse annexum ordinibus sacris, ex solo ecclesiæ decreto, ac proinde dispensabile esse.* Idem docet Caietanus in opuscul: Tom. 1. Tractat. 27. & Sotus lib. 7. de Iustitia q: 6. art. 1. vbi etiam docent, quod ego verissimum puto, *decretum hoc quo votum est annexum ordinibus non quidem propriè divinum esse: sed tamen esse Apostolicum, & in tota ecclesia à temporibus Apostolorum longo tempore esse observatum-- Nunc probandum est non jure divino, sed humano duntaxat* (adverte, appellat nunc jus humanum, quod primis hujus capitis verbis, jus Apostolicum appellaverat) *prohibitum esse sacerdotum coniugium, & proinde in hoc dispensari posse.* Observanda sunt in Soto & Bellarmino parentibus primis distinctionis hujusce Downamianæ inter jus divinum & Apostolicum hæc tria. Primò, in jure tantum huma- De cleric. c. 18.

minica, hoc tantum vult, non esse ex iure divino immutabili. Alibi Episcopum traditionem Apostolicam appellat: id est, Episcopus est ex iure mutabili Apostolico: sic ut Hieronimus idem planè nobiscum sentiat. Imò non sentit, quod ut appareat, observentur paulum hæc tria κειμήλια Hierarchica. Hadrianus Saravia de hoc loco Hieronymi agens, *Hæc tantum in eo sibi displicere* dicit, *quòd neget Episcopum ex Dominica dispensatione esse: alias nihil mali in eo est, quod Episcopum dicit esse ex consuetudine: quia ex consuetudine & ex verbo simul Episcopus est: quo sensu Augustinus intelligendus est, cum Episcopi honorem ex usu Ecclesiæ esse affirmat.* En subterfugium primum: quando patres dicunt Episcopum esse ex usu & ex consuetudine: non intelligunt ex consuetudine sola, sed ex consuetudine & verbo simul: At inquam patres, Hyeronimus præsertim, consuetudinem & Dominicam dispositionem opponunt, sic ut ex verbo & consuetudine etiam Episcopum Hierarchicum esse minimè omnium senserint: sed ex consuetudine sola absque verbo. *Imò non ita est,* inquit Downamus, *sentit etenim Hieronimus mecum, Hieronimus non magis Aerianus est quàm ipse ego sum: negat quidem Episcopum esse ex Dominica dispositione, sed idem quod ego sensit, nempe hoc tantum, quod non sit ex iure divino immutabili, quod mea ipsissima defensio est.* En subterfugium secundum: quod evertitur à Saravia: *intelligit* inquit *Hieronymus Episcopũ non esse ex institutione iureque divino,* itaque dicendum est, Hieronymum hac in re planè Aerianum esse. Accersendus iam Bellarminus est. *Hieronymus,* inquit, *Episcopum quoad ordinis potestatem superiorem presbyteris facit iure divino,* ut patet ex epistola ad Evagrium ubi sic ait. *Quid facit Episcopus excepta ordinatione quod non facit presbyter? at iure divino agnoscere non videtur discrimen inter iurisdictionem Episcopi & presbyteri: tamen agnoscit hoc discrimen, tanquam legitimè imò necessario ad schismata vitanda ab Apostolis introductum.* Agit de hoc ipso Hieronymi loco ibi Bellarminus: en igitur subterfugium tertium. Dicendum quidem cum Saravia est, sentire Hieronymum, Episcopum non esse ex jure divino, sed Apostolico tantum, id est humano (sic etenim Apostolicum interpretari Bellarminum docuimus nuper:) sed non generaliter tamen interpretandus est, sed de jurisdictione tantum, non autem de potestate ordinationis. Sed si potestas tantum ordinationis, jure diuino tribuatur Episcopo, auferatur ab eo autem jure divino in presbyteros omnis jurisdictio, quæ humano tantum jure nititur Hieronymi judicio, cecidit planè splendor omnis Episcopalis: imò cecidit etiam absoleta distinctio illa inter ordinem, & jurisdictionem, ac si in ista impares ministri essent qui in primo pares sunt.

Cont. Bez. c. 23. p. 223.

De cleric. c. 15.

11 Quartò, in hâc Downami distinctione reprehendendum illud est, quod quæ jure divino sanciuntur, ea omnia immutabilia esse supponit Lancelotus Perusinus ita. *Ius divinum est quod continetur in lege & in Evangelio atque immutabile semper permanet.* Respicit in his Perusinus ad illa prima verba Gratiani. *Humanum genus duobus regitur, naturali*

Institut. tit. 2 Dist. 1.

turali videlicet iure & moribus. Ius naturale est quod in lege & Evangelio continetur, quo quisque iubetur alijs facere, quod sibi vult fieri. Malè autem Gratianum Perusinus interpretatur, si modo Thomam Aquinatem audire placet. *Non intelligendus est Gratianus* (inquit) *quasi omnia quæ sunt in lege & in Evangelio sint de lege naturæ & sic immutabilia: sed quod quæ sunt de lege naturæ & immutabilia sunt ibi plenariè tradantur, & ex instantia Gratiani patet, qua quisque iubetur alijs facere quod sibi vult fieri.* Annon Perusianum & Downamianum dogma confodiunt ista? *Non omnia* (inquit Aquinas) *immutabilia sunt, quæ iuris divini: quod patet in ceremonialibus Mosaicis, & in mandatis alijs mutabilibus Math.* 10.5.14. & 12, 19, & 15, 20, & 19, 21. *Ioh.* 13,14,15, &c. At hæc mandata mutabilia (respondebunt fortè) jus divinum non secum traxerunt: mandata quidem à Deo sunt, sed absque juris ullius divini positione. Absurdè. Omne siquidem mandatum divinum hanc vim habet ut justè fieri possit, quod mandatur: si ita, tum jus divinum mandatum omne divinum ponit: *Ius* (inquit Isidorus) *est dictum, quia justum est: ergo quicquid ex divino mandato iustè fieri potest, jus etiam divinum habet, absque quo iustè fieri nequivisset.* Ad eundem sensum Aquinas. *Ius divinum est* (inquit) *quod divinitus promulgatur.* Ad eundem Sibrandus Lubertus. *Ius* inquit *dicitur à iussu per Apocopem.* Quid igitur est? Cum omnia mandata divina ex jure divino sint, & illorum multa mutabilia sint: malè in istac distinctione supponit Downamus, omnia immutabilia esse, quæ de jure divino sunt.

1.2. q.94. art.4. ad 1.

Decret. p.1. dist.1. c.2.

2,2. q.57. a. 2,3.

De pontif. Rom. Lib.5. c.2. p.338.

12 Quinto, in distinctione hac Downami, peccatur in eo, quod quæ divini juris sunt, & immutabilia sunt, ea statuit adeo necessaria, ut nulla ecclesia absque eis esse possit, Hinc ista infert. *Quanquam teneo vocationem episcoporum, respectu primæ institutionis, Apostolicam esse ac proinde divinam ordinationem: tamen non eam divini juris esse teneo: quasi generaliter, perpetuo, immutabiliter, necessaria, ac si nulla ecclesia vera esse possit, quæ eadem caruerit.* Rursus, *Non ita teneo functionem episcoporum Diocesanorum ita divini juris esse, quasi generaliter, perpetuo, & immutabiliter necessaria esset ad esse Ecclesiæ, & nullum aliud regimen admitti possit.* Eadem rursus repetit, p. 140. Quæ divino igitur jure perpetua & immutabilia sunt: ea ad esse ecclesiæ pertinere vult, sic ut nulla ecclesia vera carere eisdem queat. Atqui hocin theoremate transfugit aperte in Separistarum castra: adversus quos demonstravimus alibi, ecclesiam veram esse posse, etsi quibusdam careat, quæ perpetuo & immutabiliter quasi necessaria, mandata è Domino injunctaque ecclesiæ sunt. Atque disciplina quidem ecclesiastica, etsi perpetuò & immutabiliter necessaria sit: tamen non ad esse ecclesiæ simpliciter, sed tantum ad benè esse pertinet. Neque mirari hoc fas est: quum Sacramenta perpetuo & immutabiliter quasi necessaria injuncta sint: quibus tamen ecclesia in deserto caruit, sicut supra ex D. Beza est adnotatum. At qui necessaria dici possunt, inquies si eis ecclesia carere potest, & tamen Dei ecclesia esse? Respondeo, quum non

Respons. ad præfat. p. 2.

Lib.4. c.6. p.132.

non sunt res indifferentes, quia ecclesia ea absque peccato mutare non potest, aut carere voluntariò: peccat igitur ecclesia, quæ ea non habet Peccat sanè, ut in Anglicana ecclesia videre jam est, quæ veram Christi politeiam ecclesiasticam respuit: sed peccatum istud ejusmodi non est, ut ipsam ecclesiæ esse destruat: quamdiu in ea fidei puritas in doctrina conservatur.

13. Sextò & ultimo, distinctio ista Downami est absque differentia, quoniam membra coincidunt: nam & quæ Apostolici juris à Downamo dicuntur, eadem reverà & juris etiam divini sunt. Differentia quidẽ quædã est inter mandata divina, quòd Deus quædã immediate per seipsum, quædam mediatè per Apostolos tradidit: sed hæc differentia nihil prohibet, quin utraque adæque immutabilia sint, & ex jure divino ligent. Vidit hoc Downami gregalis Thomas Bellius scriptor Hierarchicus, ejus verba hæc sunt: *Res dupliciter*, inquit, *dici possunt esse jure divino. Primò, quia sunt à Deo immediatè: Secundò, quia sunt mediate ab illis, qui à sancto Dei spiritu ita diriguntur ut errare nequeant: quo sensu superioritas Episcoporum in reliquos ministros de jure divino esse dicitur sive ordinatio divina* Similis Guilielmi Barloi Episcopi Lincolniensis sententia est. Agit de loco Hieronymi, ubi negat Episcopum esse ex institutione dominica. Distinguit verò fere sensu Downamiano inter divinum præceptum & consilium Apostolicum ex 1. Corint. 7. 6. & dicit *Hieronymi mentem esse, Episcopum quidem non esse ex ullo scripto mandato Christi, vel ab ulla expressa ejusdem regula: sed ex consilio, traditione, χειρία ἀγράφη, & institutione Apostolica.* Hanc mentem Hieronymi & Georgius Downamus fingit, quam etiam approbat, sed Barlous non item: *Non ita Hieronymus transire debet*, inquit, *ac si functio Episcopalis non esset directe ipsa domini institutio. Non etenim spiritus per Apostolos solùm, qui eum magna mensura acceperunt, sed etiam per Christum ipsum, qui eum sine mensura accepit, hanc superioritatem ordinavit.* Pergit deinde probare per immediatum Christi institutum, regimen Episcopale ordinandum esse, qui idem immutabile contra Downamum statuit. Non tamen putat mutabile futurum (quod Downamus) si mediato tantum Apostolico jure niteretur. Nam & *non scriptas illas διατάξεις Apostolorum* quas memorat ex 1. Cor. 11. 34. & *permissiones Apostolorum illas, absque expresso Christi mandato* quas memorat ex 1. Cor. 7. 6. & 25. juris divini esse vult, quid ita? *Quia*, inquit, *licet hæc mandavit Paulus absque expresso mandato Christi: non tamen mandavit absque certo & infallibili spiritu Christi, sicut ait ver. 40. Scio me habere spiritum Christi. Propter hunc spiritum Christi, quæ absque immediato mandato scripto; & speciali revelatione sibi facta mandaret, 1. Cor. 8. 9. 13. & 10. 25. 29. & 11. 4. 14. 23. 25.*] ea ad postremum hoc vinculo ligat, 1. Cor. 14. 37. *Si quis se Prophetam putat & spiritualem, cogitet, quæ ad vos scribo, quod Dei mandata sint.* Ecce, quæ mediata ab Apostolis præcipiuntur, ipsius Dei mandata sunt, haud secus ac ea quæ immediato præcepto nituntur: quidni igitur perinde ex jure divino etiam?

Serm. Hampton Anno 1606. Sept. 21.

Cont.4.q.1. f.106. 14. Accedit Guilielmus Whitakerus, qui Bellarmino locum Hieronymi unà cum Downamo quoad verba interpretanti, ac si Episcopum sentiret, non quidem ex jure divino esse, sed ex jure Apostolico tamen, respondet ita. *Bellarminus secum pugnat & Hieronymum facit loqui pugnantia. Nam si Hieronymus putavit jurisdictionem illam Episcopi non esse iuris divini, quomodo tum fuit illud discrimen ab Apostolis introductum? Et quomodo Hieronymus ex Apostolorum scriptis non esse discrimen aliquod probare potuit? Certè quod Apostoli ut necessarium sanxerint atque introduxerunt iuris divini vim obtinet.* Hadrianus Saravia de Hieronymo respondens, ait eum errasse cum diceret, Apostolorum tempore introductum fuisse ab Apostolis Episcopum, *sed non ex dominica dispositione, quia ex hoc sequeretur, Apostolos contra domini institutionem fecisse, quod falsum est: cum constet Apostolos nihil ordinasse, quod non esset à domino institutum, quæcunque causa ordinandi fuerit.* Ex quibus juxta-positis ego quatuor colligo. Primò, contra Downamum, *Apostolicas ordinationes esse iura divina, quia Apostoli nihil instituerant, nisi ex divino iure*, ut Whitakerus, *nisi ex domini institutione* ut Saravia. Secundò, *quicquid inducitur in Ecclesiam, quod Politeiam Ecclesiasticam, non ex iure divino*, ut Whitakerus, *non ex domini institutione*, ut Saravia; *id contra domini institutionem esse ideoq; illicitum*: etiamsi ab Apostolis ipsis hoc factum esset. Tertiò, Hierarchicorum responsionem, Hieronymum sentire Episcopum introductum ipso tempore Apostolorum contra schismata vanam esse & frivolam, quia Apostoli nihil induxerunt nisi ex iure & instituto divino: at vero Hieronymi sententia est (quocunque demum tempore introductus Episcopus fuit:) eum non ex dominica dispositione, non ex jure divino, non ex domini instituto fuisse introductum. Quartò, si Hieronymus dixisset, Episcopum introductum fuisse non quidem ex divino iure, sed tamen Apostolico, pugnantia locutus est: idem enim est ut si dixisset, *non ex divino iure, & tamen ex divino iure. Atque Bellarminus pugnantia loquitur*, inquit Whitakerus, *cum Episcopum non iure divino iuxta Hieronymum, sed Apostolico inductum dicit*: sic & pugnantia Georgius Downamus, idque non in uno loco: *Quæcunque functio est Apostolicæ institutionis, divina ordinatio censenda est.* Probat ex Beza: *Si ab Apostolis profectum esset, non vereor, id totũ divinæ institutioni ascribere.* Rursus: *Sive primò ordinata a Christo, sive ab Apostolis instituta ea functio fuit: eius author Christus est, sive immediate iuxta primum, sive mediatè iuxta secundum. Atque ea Apostolicæ institutionis esse dicuntur, quæ Christus instituit per Apostolos.* Huc referenda, quæ supra allata sunt ex respons. ad præfat. p. 2. & ex libro 4. p. 139. 140. ubi dicit Episcopum divinæ ordinationis esse, quia Aostolicæ institutionis. Quid hic habet Downamus quod respondeat? Divinam ordinationem non inferre divinum ius? Apage ineptias: nam ordinatio jussum quoddam est, & omne jussum importat jus, ut nos suprà demonstravimus.

Cont. Bez. c.23. p22.

Lib.4.c.1. p.5. & 6. Liv.4.c.3. p.49.

CAP.

CAP. XLIV.

Argumenta nostra pro disciplinæ immutabilitate à doctrina Apostolorum.

ITa tria illa fundamenta dejecimus & solo æquavimus, quibus Hierarchici freti, Politeam Ecclesiasticam, mutabilem esse statuunt: ad argumenta jam nostra, accedendum nobis est. Primò, ab officio Christi disputamus, quod ejus ἀποτελέσματα durant in perpetuum. Quid Sacerdotij? *Vnica oblatione consecravit in perpetuum eos qui sanctificantur*, Heb. 10.14. Quid Prophetiæ? *Fides semel tradita est sanctis*, Iud.3. Si de Sacerdotio & prophetia rectè dicitur ea semel operata fuisse, quæ in perpetuum durent: Cur non & de regali etiam dicetur officio, illud semel Politeiam Ecclesiasticam instituisse, quæ etiam duraret in perpetuum? Heb. 12.26.27. *Adhuc semel ego concutiam non solum terram se etiam cœlum. Porro illud adhuc semel, declarat instabilium rerum amotionem, ut maneant quæ sunt stabilia.* Deducit hinc Apostolus nos regnum assecutos stabile, quod verti non possit, ergo & media etiam stabilia, quibus ad hoc regnum provehimur: in quibus est Politeia Ecclesiastica. Atque de Politeia Iudaica cur vaticinetur Propheta eam abolitam iri? & ex propheta concludit Apostolus, semel tantum abolitionem istiusmodi fore, non deinceps: certum mihi quidem videtur, & Politeiam Ecclesiasticam sub Evangelio stabilem hic fieri absque ulla concussione: ex mente Apostoli, una ista & nulla deinceps abolitio futura est, nulla inquam: mutatio semel facta est, ceremoniarum & Politeias Iudaicæ: sed semel tantum non deinceps, mutatio istiusmodi contigit.

Pertinet huc quod 1. Cor. 15.24. *regnum suum externum non ante finale judicium deponit Christus*: tum mediate regnare cessabit, Ecclesiam gubernare. Ergo regnum ipsius externum, illiusque externa media (in quibus Politeia Ecclesiastica est) ad diem judicij, prout in verbo posita & descripta sunt, stabilia & fixa permanebunt.

2 Secundo, nota quâ partes verbi mutabiles, ab immutabilibus secerni solent, ipsius finis vel mutabilitas est vel immutabilitas: ita, cum finis ad quem ordinatur Politeia Ecclesiastica immutabilis & perpetuus sit, eadem perpetua etiam ut sit necesse est. Viderunt hoc Iuristæ, quorum placitum, apud Iohannem Bertachium, istud est, *Ius idem est ubi Iuris eadem ratio est.* Alias res igitur agit Sutclivius, quum formam regiminis Ecclesiastici ex eo probat mutabilem esse, quod mutata sit Politeia Iudaica, mutata regiminis forma quæ fuit sub Christo & Apostolis mutatum etiam præceptum de suffocato & sanguine. Hæc etenim omnia si mutabilia, nihil mirum, propter causas mutabiles, ad fines mutabiles, ordinata fuerunt: & cessante causa cessant effectus ut rectè respondet ad horum postremum Nicolaus Lyranus: *Quod ad regimen sub Christo & Apostolis, extraordinarium* *Respecter. in verb. Ius.* *Tractat. de discipl.*

 utrumque

Digitized by Google

utrumque erat : at forma Politeias institutæ ordinaria est, ad ordinarium finem : longe igitur diversa horum ratio est. Imò inquit Downamus, Timothei functio ordinaria est,& tamen non perpetua.

3. Non dicimus omnia ordinaria perpetua esse simpliciter, perpetua tamen durante fine omnia esse,vel ipse Richardus Hookerus agnoscit. *De legibus positivis nunquam additur,* inquit, *quamdiu perpetuandæ sunt: quod si nullibi exprimatur,directio nulla de earum vel perpetuitate, vel mutabilitate superest, præter considerationem naturæ & qualitatis earundem. Natura autem cuiusque legis iudicari debet, ex fine ad quem ordinatur,& ex aptitudine præceptorum ad eundem finem inducendum. Si ratio igitur cur leges instituantur sciri possit, & appareat eadem perpetuæ necessitatis esse: tum eæ ipsæ perpetuæ sunt,nisi forte validæ esse cessent, ad illum propositum,ad quod erant ab initio institutæ.*] Hoc postremum nuper à nobis exactum est: remanet igitur Hookeri judicio, leges Politeias Ecclesiæ immutabiles esse,qua rationem & finem (uti manifesto constat) perpetuum habent. Ita Georgius Carletonus. *Qui putant officia Timothei & Titi extraordinaria & temporaria fuisse eorum usum & finem minime considerant : qui neque extraordinarij sunt , neque ad tempus perdurantes, sed plane ordinarij & perpetui.* Finium & usuum necessitas, similem probat necessitatem in gubernatoribus ipsis : ita regimen Episcorum ab Apostolis institutum est,ut ad finem usque mundi duraret. Imò quid si Georgius Downamus ipse, qui Carletono, in perpetuitate Episcopatus,ex professo adversatur : alicubi tamen adactus sit,hanc ipsam ob causam,eorum perpetuam durationem contra seipsum confiteri? Ecce etenim insignes contradictiones. *Episcopi semper retinendi,non necessitate absolutâ,necessitate tamen expedientiæ, quæ ad finem & usum suum expetit ut semper in Ecclesia maneant , eorumque functio semper est utilis.* Rursus : *Episcopi semper retinendi, quia ut inquit Hieronymus,salus Ecclesiæ in eorum superioritate consistit.* Rursus : *Causæ Episcoporum nempe pax & salus Ecclesiæ, semper omnibus temporibus eædem sunt, ergo semper remanere debent, id quod Hieronymus sentit.*] Citantur ista a me ut ostendatur,quibus & quantis contradictionibus Hierarchiæ defensio scatet: & una liqueat ex ipsorum adversariorum confessione Politeiam Ecclesiæ immutabilem esse, quia usum & finem immutabilem habet. Errant quidem in hypòthesi Carletonus & Downamus, Episcopale regimen illud ipsum esse, quod est in verbo institutum:thesis tamen verissima est,regimen ab Apostolis institutum perpetuum esse, quia ad finem & usum Ecclesiæ perpetuum ordinatur.

[Margin: Lib.4. p. 146. 147. Lib.3.s.10. — De Iurisdict. c.4.p.41. — lib.3.p.57. 58. — lib.3 p 64. — lib.3.p.130 & 131.]

4. Tertiò, *quanquam Politeia Ecclesiastica* (inquit Hookerus) *mutabilis à sese sit,mutari tamen minime oportet, si in scripturis, illius mutatio nullibi reperiatur : leges etenim mutationis capaces non sunt, si qui eas tulit illorum mutationem prohibeat.* Bene est : at ipse legislator Christus (inquam) suam Politeiam immutabilem esse iussit. 1. Tim. 6. 13. 14. *Denuncio tibi coram Deo qui vivificat omnia, & Iesu Christo— ut serves hoc*

[Margin: lib.3.s.11. p.155.]

hoc mandatum incontaminatus & irreprehensus, usque ad illustrem illum adventum Domini nostri Iesu Christi. Quidni hic liceat acclamare cum Augustino in causa simili? *Quem non terreret tam vehemens contestatio?* Duri cervicis igitur meritò dixeris Hierarchicos illos, qui in Politeias quidem mutabilitate, supra ipsam meretricem Romanam, frontes suos perfricuerunt. Sic etenim Cornelius Scultingius: *Calvinus seniorum concilium perpetuum vult: Musculus non, qui electionem & formam gubernationis ab Apostolis usurpatam nunc propter magistratum minimè utilem esse censet, nos contrà sacerdotum concilium cum Episcopo semper necessarium dicimus.* Idipsum quò minus Hierarchici nonnulli dicant de Ecclesiæ Politeia, elusiones hujus loci varias excogitarunt. Prima est Richardi Hookeri: *Hæc verba non important perpetuam præceptorum Apostolicorum observationem: sed usque ad adventum Christi: non important tanquam in quo ista observari oportet, sed potius tempus illud, ad quod observationis præmium reservatur.* Sed hoc putidum glossema colorem in se nullum habet: & ab Hierarchicis omnibus respuitur, qui notari ipsum tempus concedunt, in quo hoc mandatum Apostoli est observandum.

Hierarch. Anacrys. lib. 3. p. 75.

1. Tim. 6. 13. 14.

Lib. 3. §. ult. p. 161.

5 Secunda est Georgij Downami, qui distinguens inter potestatem & formam atque modum potestatis: *Apostolum hic loqui affirmat, non de forma & modo potestatis, gubernandi, ordinandi, iurisdictionem exercendi ut ea perpetua in Ecclesia esset.* Hæc dum explicat infert hæc porismata. *Primò.* [Quanquam potestas Timothei hoc in loco immutabilis statuatur, non tamen officium illud, per quod hanc potestatem exercuit. *Secundò*, officium Timothei, Episcopi officium fuit, sed scribit hæc Paulus ad Timotheum, ut authoritatem & potestatem gubernandi in genere habentem. *Tertiò*, Episcopi Timothei successores tantummodo sunt: sed scribuntur hæc verba, etsi primariò quidem Episcopis legitimis Timothei successoribus: secundariò tamen omnibus, qui similiter authoritatem habituri essent, quanquam non sint successores. *Quartò*, ij non successores quibus hæc scribunur, presbyteri sunt: qui mutatâ Politeiâ, & in casu necessitatis, authoritatem ordinandi & jurisdictionem exercendi habent. *Quintò*, quanquam Politeia legitime mutari possit, sic ut quandoque authoritas Timothei penes presbyteros esse possit, quanquam illius successores non sint: actualiter tamen Politeia Ecclesiæ, nunquam in tanto mutabitur, sed perdurabunt alicubi Episcopi usque ad adventum Christi, sic ut etsi non solis, semper tamen existentibus Timothei successoribus hæc verba scripta fuerint.] Hæc medulla est orum, quæ Downamus excogitavit, quò minus forma Politeias Ecclesiasticæ, quam ille in regimine Episcopali ponit, hoc in loco immutabilis sanciri videatur.

lib. 4. p. 102

lib. 4. p. 101

Ibid.

li. 4. p. 146. 147. 148.

lib. 4. p. 103 104.

lib. 4. p. 148

Responsio.

6. Examinemus verò paulisper. Primò futile est quod garrit, Paulum hic locutum de potestate non de forma potestatis. Quomodo probatur? àut unde liquet magis de una quam de altera hic Paulum loqui?

loqui? Imo ratio suppetit manifesta loqui hic Paulum, de singulis mandatis, quæ in hac epistola præcedunt, & in Epistola præcedenti: non modo de potestate egit, verùm de forma modoq;etiam. Epiphonema etenim hæc verba continent, quo authoritas toti libro comparatur: perinde ac Apocal.22.18. *Testor cuivis audienti verba Prophetiæ hujus, si quis adjecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto. Et si quis abstulerit aliquid auferet Deus partem ejus——ex eis quæ scripta sunt in libro isto.* Mos igitur spiritus Sancti observandus: solet enim iis hujusmodi sanctionibus scriptorum suorum authoritatem roborare. Locus utrobique idem est, in calce libri, forma loquendi eadem: *Denuncio,* inquit Paulus, *Testor,* inquit Iohannes: materia denique eadem est: nam servare mandatum hujus libri incontaminatum & irreprehensum idem est ac si dixisset, (Iohannes) sine additione vel dimunitione. Secundò, imperitè officium appellat formam & modum authoritatis, quod authoritatis cujusque vel causa potius vel subjectum est: nam unde authoritas nisi ab officio? & quodnam legitimæ potestatis subjectum, nisi officium legitimum? Tertiò, nefanda Downami officij & potestatis divulsio est, ut officium quidem oboleri & mutari possit, potestas non item. Quàm hoc absurdum etiam, quòd authoritatem unius officij, in officium aliud transferri legitimè idque ad hominibus posse putat:quòd cuiusque confusionis Anabaptisticç, fenestram aperit. Hinc etenim fiet ut authoritas pastoris sit penes Diaconum, authoritas Diaconi transferri possit in Seniorem: & Senior authoritatem Pastoris vel Diaconi habeat, si id magistratui visum fuerit. Evigila Downame, ut transmigrationis huiusce tuæ commenta videas. Nam cum Episcopum aboleri posse putes, remanente interim Episcopi propria authoritate, accidens somnias absque subiecto: & cum Episcopi authòritatem ad presbyterorum ordinem transferri posse statuis: quid aliud quàm μετεμψύχωσιν & transubstantiationis imaginem quandam renovas?

7 Quartò, nefariè dicitur officium Episcopi à magistratu aboleri posse, si modo divinâ ordinatione (quod vult Downamus) institutum fuerit. Pari etenim ratione & officium Pastoris & Diaconi abolere magistratus poterit. Non possunt verò ista officia aboleri: tamen Episcopi Hierarchici officium potest: non argumentum ego quidem fortius, aut pleniorem ab adversario confessionem desideratem: Episcopi officium ,perinde ac Pastoris at Diaconi, à Christo miuimè institutum esse. Quintò, ineptè dicitur quibusdam Timothei non successoribus, in Timotheo hic Paulum scribere: nam cum unum individuum sumitur, in quo lex aliqua stabilitur, repræsentat quidem individuum illud successores omnes, sed successores tantum. Exempli gratia: cum legem naturæ figere Deus voluisset, qnod primæ herbæ, primæ plantæ, primæ arbori individuali dixit Deus: id ad omnes herbas,plantas,arbores in eodem genere succedentes dixit: sed non ad alias quæ in eodem genere successorum non essent; unde Iac.3.12.

Nunquid

Nunquid potest fratres mei ficus oleas edere, aut vites ficus? Scribit hic in Timotheo presbyteris Paulus? bene est. Presbyteri igitur Pauli Timothei legitimi successores sunt? Et transferri potest Timothei potestas in presbyteros per magistratum, idque legitime? Nulla igitur Episcopalis Timothei potestas fuit, quæ non eadem presbyteri proprie: si alias Deus instituisset, Episcopalis potestatis presbyterum capacẽ magistratus reddere non potuisset. Sexto & ultimo, si scripserit hæc Paulus, non de Timothei officio Episcopali, sed de authoritate Timothei in genere: tum non hæc scripsit Timotheo ut Episcopo, sed tantum Timotheo ut authoritatem in genere habenti: at si hæc non scripsit Timotheo ut Episcopo tum nullum jus divivum pro Episcopis proferri potest: totius etenim Epistolæ præcedentis hæc verba authoramentum continent, ut ante dictum. Ita plane in castra nostra transijt Downamus: planeque suis manibus dejicit, quæ contra nos alibi ædificarat: quando dixit, Hanc epistolam ad Timotheum, Episcopalis functionis typum esse. Vulnerat etiam suos, inprimis Thomam Bilsonum: qui nullum jus divinum proferri pro Episcopis posse fatetur: si hæc verba scripta non fuerint Timotheo ut Episcopo. Annon pulchrè laboravit Downamus, qui hoc unicum, pro jure divino functionis Episcopalis fundamentum imis sedibus subruit? Lib. 4. c. 4. De perpet. Gubern. c. 14 p. 346. 347

8 Quintò, videamus quid viri docti de hac re senserint. Ita Io. Gerson: *Maior fuit Ecclesiæ primitivæ authoritas, quoad prædicta, quam nunc est. Non enim est in potestate Papæ, aut Concilij aut Ecclesiæ, immutare traditiones datas ab Evangelistis & à Paulo, ut quidam delirant.* Delirium igitur Gersonis judicio, assertio hæc de Politeias Ecclesiasticæ mutabilitate Hierarchica est: præsertim cum ea Apostolica & Paulina traditio sit. Ita Franciscus Zabraella: *Si Papa vult destruere illud quod Apostoli docuerunt convincitur errare.* Non potest ad Doctrinam solam restringi hoc: disputat etenim & in eo opere de negotijs Ecclesiasticæ disciplinæ. Ita Ioh. Budæus. *Sacrosanctos canones melioribus annis factos, ut eis velut regulis vita clericorum dirigeretur, & velut patrum proscriptis posteri formarentur, in amusses plumbeas iam evasisse quis non videt? Quales olim fuerunt Canones plumbei, ut nobis non structuram operum tenore æquabili dirigant, sed extructorũ commodo & libidine flexibiles, structuræ accommodentur.* Indignatus hic est Canones antiquos in amusses plumbeas evasisse: nos Canonem sacrum pro homiuum commodo & libidine in canones plumbeos, ab Hierarchicis cõversos jam esse, non indignabimur? Hoc fieri, cum Politeia Ecclesiæ ad magistratus arbitrium, flexibilis & mutabilis statuitur: ex nostris scriptoribus omnibus constat, Bilsono inprimis & Reynoldo: quam ad verbum Dei solum revocat, tanquam ad Lydium lapidem: ab inventis vero humanis abducit, tanquam à regula Lesbia. Hiero. Zanchium ad hoc propositum in Politeia Ecclesiastica reformanda huc citat & approbat Had. Saravia. Verba ista sunt: *Sunt igitur ad formam veteris & Apostolicæ Ecclesiæ, omnes Ecclesiæ reformandæ: & omnia tam cultus, & disciplina* De vit. spirit. anim. De schism, & Concil. De Triplic. Episc. p. 104

Digitized by Google

quidem judicio,invalidissimum,ipsos leones,tigrides,pardos,ursos denique& Basiliscos,in ordinem reducturum.

6 At inquit Hookerus *Præsto est exemplum,quum lex divina mutata est idque licitè ab hominibus,quando invalida reperta fuit,ad suum finem obtinendum.* Istud quidem exemplum,ego vel maximè audire aveo. *Lex* inquit *de furto immutata est,quando illius pœna augmentata est,propterea quod restitutio quadrupli non erit sufficiens ad furtum cobibendum.*
p.151. At quid hęc ad rem ? *Augmentatio* inquit, *est mutatio quædam*: sed non de hujusmodi mutatione jam agitur: probandum etenim tibi sumpsisti *cessare posse politeiam ecclesiæ, & aliam ab hominibus surrogari, quando invalida reperitur ad finem suum assequendum.* Secundo nego hanc pœnæ augmentationem,ipsius legis mutationem ullam esse,cujus,si non litera,sententia tamen,hanc ipsam pœnæ augmentationem re ita ferente intendebat. *Æquitas,* inquit concilium Basiliense, *in sinu*
Æneas Sylv. *principis habitare semper debet,quæ relictâ legis litera, rationem illius sequi-*
de gest. *tur*: Sic Thomas Aquinas,*ordinatur æquitas,ut quando litera legis defi-*
concil. Basi- *cit,illius intentio servetur, prout æqualitas justitiæ & bonum publicum po-*
liens.l.1.2.2 *stulaverint.* Hoc ita cum sit,violaretur lex de furto si relictâ literâ,illius
q.120.art.1 intentio non spectetur, quæ est ut furtum supprimatur. Non igitur mutatio hujus legis,pœnę hujus literalis multiplicatio est: sed æqua illius administratio,uti ipsę legis intentio (pro illa quam continet æquitate) postulat. Tertio contrarium hinc probari,pręberique exemplum,quid hominibus faciendum sit: quando lex divina aliqua minus valida videatur. Probat Hookerus cessationem politeias ecclesiasticę, ab exemplo, quo lex aliqua augmentatur, ecquid absurdius ? Abolitio etenim legis,& ejusdem augmentatio contraria sunt: tantum abest ut aboleat legem, qui eandem augmentat , ut ex adverso eam firmet atque roboret: tantum igitur abest,ut probet propositum hæc instantia,ut potius contrarium doceat : nempe cum politeia ecclesiastica invalida reperitur, non statim ab hominibus abolendam, sed augmentandam potius, & modis omnibus muniendam esse. Quarto, nulla hic ab Hookero proportio servatur in circumstantijs. Mutabilem ille politeiam Ecclesiasticam esse vult, pro locorum & temporum & personarum conditione : at non pro locorum & temporum & personarum conditione hæc legis de furto mutatio fuit: neque mutatur substantia,sed circumstantia pœnæ:sic nihil hinc concluditur, nisi hoc tantum : quum propter exuberantem hominum malitiam sanctiones & pænæ ecclesiasticę minus validę videntur,diligentius & rigidius exercendas eas esse : & magistratus porro authoritate,pænisque civilibus validius muniendas. Atque hæc ad exceptionem Hierarchicorum secundam : leges nempè de politeia ecclesiastica immutabiles non esse,quia fieri potest, ut invalidę reperiantur ad finem suum assequendum.

2. opinio. 7 Sequitur opinio Hierarchicorum nonnullorum secunda: quæ non ex invaliditate pręcepti, sed pręcipientis potius pugnat. Hanc

tuetur

tuetur Georgius Downamus, qui distinguens inter jus divinum quod immutabile esse vult, & jus Apostolicum quod mutabile: Politeiam Ecclesiasticam, speciatim Hierarchicum Episcopatum, *non iure divino immutabili, sed iure Apostolico mutabili pendere affirmat.* Primò, in hac distinctione advertenda illius novitas est, & reprehendenda: præsertim cum novitatem nobis vbique objiciat. Lib. 3. p. 26 & 116. l. 4. p. 137, 139.

Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.

Quod si autem novam esse inficietur, proferat Patrem, proferat Scholasticum, proferat Canonistam, proferat Papistam, proferat Protestantem, proferat Hierarchicum, qui ea ante vsus sit. Secundò, in hac distinctione advertatur quòd Episcopatum Hierarchicum ex jure divino esse non vult: id quod disertè plures affirmant, vt lib. 1. p. 2. lib. 3. p. & lib. 4. o. Iam hoc pro nobis satis est. Si etenim ex jure divino non sit, ex jure humano est: inter jus divinum & jus humanum nullum datur medium. Patet hoc ex ipsis sacris, in quibus vocatio *à Deo est, aut ab hominibus* Gal. 1: 1, & ministerium Ecclesiasticum vnumquodque *aut à cælo aut ab hominibus* Math. 21, 25. ministri denique ipsi quoad ortum aut cæli aut terræ stellæ sunt. Ap: 12. 1 cum Ap. 9: 1. Ap: 13: 2. Concordat jus Canonicum, consentit Isidorus. Dist. 1. c. 1. *Omnes* (inquit) leges *aut divinæ sunt aut humanæ:* membra itaque dividentia, non jus divinum & Apostolicum, sed divinum & humanum, sunt. Quod ad jus Apostolicum attinet, illud revera divinum est: distinctum à divino vult Downamus, tum esse humanum ut confiteatur necesse est.

8 Dixi nuper hanc distinctionem inter jus divinum & Apostolicum in nullo authore reperiri: certè sensu Downamiano, ut jus Apostolicum medium quoddam jus sit quod nec sit divinum nec humanum. Alias reperitur apud Bellarminum a quo fortè locum aliquem accepit Downamus: qui cœlibatum sacerdotum non jure divino, sed Apostolico jure niti vult, & ita esse dispensabile. Iam verò per jus Apostolicum, Bellarminus jus humanum intelligit: probè intelligens, inter jus divinum & humanum, nullum jus medium intervenire. Verba hæc sunt. *Beatus Thomas in 2. 2. q. 88. art. 11. disertè docet votum continentiæ esse annexum ordinibus sacris, ex solo ecclesiæ decreto, ac proinde dispensabile esse.* Idem docet Caietanus in opuscul: Tom. 1. Tractat. 27. & Sotus lib. 7. de Iustitia q: 6. art. 1. vbi etiam docent, quod ego verissimum puto, *decretum hoc quo votum est annexum ordinibus non quidem propriè divinum esse: sed tamen esse Apostolicum, & in tota ecclesia à temporibus Apostolorum longo tempore esse observatum-- Nunc probandum est non jure divino, sed humano duntaxat* (adverte, appellat nunc jus humanum, quod primis hujus capitis verbis, jus Apostolicum appellaverat) *probibitum esse sacerdotum coniugium, & proinde in hac dispensari posse.* Observanda sunt in Soto & Bellarmino parentibus primis distinctionis hujusce Downamianæ inter jus divinum & Apostolicum hæc tria. Primò, in jure tantum huma- De cleric. c. 18.

 no

Digitized by Google

minica, hoc tantum vult, non esse ex iure divino immutabili. Alibi Episcopum traditionem Apostolicam appellat: id est, Episcopus est ex iure mutabili Apostolico: sic ut Hieronimus idem planè nobiscum sentiat. Imò non sentit, quod ut appareat, observentur paululum hæc tria κειτηφόγιτα Hierarchica. Hadrianus Saravia de hoc loco Hieronymi agens, *Hæc tantum in eo sibi displicere* dicit, *quòd neget Episcopum ex Dominica dispensatione esse: alias nihil mali in eo est, quod Episcopum dicit esse ex consuetudine: quia ex consuetudine & ex verbo simul Episcopus est: quo sensu Augustinus intelligendus est, cum Episcopi honorem ex usu Ecclesiæ esse affirmat.* En subterfuginm primum: quando patres dicunt Episcopum esse ex usu & ex consuetudine: non intelligunt ex consuetudine sola, sed ex consuetudine & verbo simul: At inquam patres, Hyeronimus præsertim, consuetudinem & Dominicam dispositionem opponuut, sic ut ex verbo & consuetudine etiam Episcopum Hierarchicum esse minimè omnium senserint: sed ex consuetudine sola absque verbo. *Imò non ita est,* inquit Downamus, *sentit etenim Hieronimus mecum, Hieronimus non magis Aerianus est quàm ipse ego sum: negat quidem Episcopum esse ex Dominica dispositione, sed idem quod ego sensit, nempe hoc tantum, quod non sit ex iure divino immutabili, quod mea ipsissima defensio est.* En subterfugium secundum: quod evertitur à Saravia: *intelligit* inquit *Hieronymus Episcopũ non esse ex institutione iureque divino*, itaque dicendum est, Hieronymum hac in re planè Aerianum esse. Accersendus iam Bellarminus est. *Hieronymus*, inquit, *Episcopum quoad ordinis potestatem superiorem presbyteris facit iure divino*, ut patet ex epistola ad Evagrium ubi sic ait. *Quid facit Episcopus excepta ordinatione quod non facit presbyter? at iure divino agnoscere non videtur discrimen inter iurisdictionem Episcopi & presbyteri: tamen agnoscit hoc discrimen, tanquam legitimè imò necessario ad schismata vitanda ab Apostolis introductum.* Agit de hoc ipso Hieronymi loco ibi Bellarminus: en igitur subterfugium tertium. Dicendum quidem cum Saravia est, sentire Hieronymum, Episcopum non esse ex jure divino, sed Apostolico tantum, id est humano (sic etenim Apostolicum interpretari Bellarminum docuimus nuper:) sed non generaliter tamen interpretandus est, sed de jurisdictione tantum, non autem de potestate ordinationis. Sed si potestas tantum ordinationis, jure diuino tribuatur Episcopo, auferatur ab eo autem jure divino in presbyteros omnis jurisdictio, quæ humano tantum jure nititur Hieronymi judicio, cecidit planè splendor omnis Episcopalis: imò cecidit etiam absoleta distinctio illa inter ordinem, & jurisdictionem, ac si in ista impares ministri essent qui in primo pares sunt.

Cont. Bez. c. 23. p. 223.

De cleric. c. 15.

11 Quartò, in hâc Downami distinctione reprehendendum illud est, quod quæ jure divino sanciuntur, ea omnia immutabilia esse supponit Lancelotus Perusinus ita. *Ius divinum est quod continetur in lege & in Evangelio atque immutabile semper permanet.* Respicit in his Perusinus ad illa prima verba Gratiani. *Humanum genus duobus regitur, naturali*

Institut. tit. 2 Dist. 1.

non sunt res indifferentes, quia ecclesia ea absque peccato mutare non potest, aut carere voluntariò: peccat igitur ecclesia, quæ ea non habet Peccat sanè, ut in Anglicana ecclesia videre jam est, quæ veram Christi politeiam ecclesiasticam respuit: sed peccatum istud ejusmodi non est, ut ipsam ecclesiæ esse destruat: quamdiu in ea fidei puritas in doctrina conservatur.

13. Sextò & ultimo, distinctio ista Downami est absque differentia, quoniam membra coincidunt: nam & quæ Apostolici juris à Downamo dicuntur, eadem reverà & juris etiam divini sunt. Differentia quidē quædā est inter mandata divina, quòd Deus quædā immediate per seipsum, quædam mediatè per Apostolos tradidit: sed hæc differentia nihil prohibet, quin utraque adæque immutabilia sint, & ex jure divino ligent. Vidit hoc Downami gregalis Thomas Bellius scriptor Hierarchicus, ejus verba hæc sunt: *Res dupliciter*, inquit, *dici possunt esse jure divino. Primò, quia sunt à Deo immediate: Secundò, quia sunt mediate ab illis, qui à sancto Dei spiritu ita diriguntur ut errare nequeant: quo sensu superioritas Episcoporum in reliquos ministros de jure divino esse dicitur sive ordinatio divina* Similis Guilielmi Barloi Episcopi Lincolniensis sententia est. Agit de loco Hieronymi, ubi negat Episcopum esse ex institutione dominica. Distinguit verò fere sensu Downamiano inter divinum præceptum & consilium Apostolicum ex 1. Corint. 7. 6. & dicit *Hieronymi mentem esse, Episcopum quidem non esse ex ullo scripto mandato Christi, vel ab ulla expressa ejusdem regula: sed ex consilio, traditione, γνώμῃ ἀγράφῳ, & institutione Apostolica.* Hanc mentem Hieronymi & Georgius Downamus fingit, quam etiam approbat, sed Barlous non item: *Non ita Hieronymus transire debet*, inquit, *ac si functio Episcopalis non esset directe ipsa domini institutio. Non etenim spiritus per Apostolos solùm, qui eum magna mensura acceperunt, sed etiam per Christum ipsum, qui eum sine mensura accepit, hanc superioritatem ordinavit.* Pergit deinde probare per immediatum Christi institutum, regimen Episcopale ordinandum esse, qui idem immutabile contra Downamum statuit. Non tamen putat mutabile futurum (quod Downamus) si mediato tantum Apostolico jure niteretur. Nam & *non scriptas illas διατάξεις Apostolorum* quas memorat ex 1. Cor. 11. 34. & *permissiones Apostolorum illas, absque expresso Christi mandato* quas memorat ex 1. Cor. 7. 6. & 25. juris divini esse vult, quid ita? *Quia*, inquit, *licet hæc mandavit Paulus absque expresso mandato Christi: non tamen mandavit absque certo & infallibili spiritu Christi, sicut ait ver. 40. Scio me habere spiritum Christi. Propter hunc spiritum Christi, quæ absque immediato mandato scripto; & speciali revelatione sibi facta mandaret, 1. Cor. 8. 9. 13. & 10. 25. 29. & 11. 4. 14. 23. 25.*] ea ad postremum hoc vinculo ligat, 1. Cor. 14. 37. *Si quis se Prophetam putat & spiritualem, cogitet, quæ ad vos scribo, quod Dei mandata sint.* Ecce, quæ mediata ab Apostolis præcipiuntur, ipsius Dei mandata sunt, haud secus ac ea quæ immediato præcepto nituntur: quidni igitur perinde ex jure divino etiam?

Serm. Hampton anno 1606. Sept. 21.

Digitized by Google

Cont.4.q.1. f.106. 14. Accedit Guilielmus Whitakerus, qui Bellarmino locum Hieronymi unà cum Downamo quoad verba interpretanti, ac si Episcopum sentiret, non quidem ex jure divino esse, sed ex jure Apostolico tamen, respondet ita. *Bellarminus secum pugnat & Hieronymum facit loqui pugnantia. Nam si Hieronymus putavit jurisdictionem illam Episcopi non esse iuris divini, quomodo tum fuit illud discrimen ab Apostolis introductum? Et quomodo Hieronymus ex Apostolorum scriptis non esse discrimen aliquod probare potuit? Certè quod Apostoli ut necessarium sanxerint atque introduxerunt iuris divini vim obtinet.* Hadrianus Saravia de Hieronymo respondens, ait eum errasse cum diceret, Apostolorum tempore introductum fuisse ab Apostolis Episcopum, *sed non ex dominica dispositione, quia ex hoc sequeretur, Apostolos contra domini institutionem fecisse, quod falsum est: cum constet Apostolos nihil ordinasse, quod non esset à domino institutum, quæcunque causa ordinandi fuerit.* Ex quibus juxta-positis ego quatuor colligo. Primò, contra Downamum, *Apostolicas ordinationes esse iura divina, quia Apostoli nihil instituerant, nisi ex divino iure,* ut Whitakerus, *nisi ex domini institutione* ut Saravia. Secundò, *quicquid inducitur in Ecclesiam, quod Politeiam Ecclesiasticam, non ex iure divino,* ut Whitakerus, *non ex domini institutione,* ut Saravia; *id contra domini institutionem esse ideoq; illicitum*: etiamsi ab Apostolis ipsis hoc factum esset. Tertiò, Hierarchicorum responsionem, Hieronymum sentire Episcopum introductum ipso tempore Apostolorum contra schismata vanam esse & frivolam, quia Apostoli nihil induxerunt nisi ex iure & instituto divino: at vero Hieronymi sententia est (quocunque demum tempore introductus Episcopus fuit:) eum non ex dominica dispositione, non ex jure divino, non ex domini instituto fuisse introductum. Quartò, si Hieronymus dixisset, Episcopum introductum fuisse non quidem ex divino iure, sed tamen Apostolico, pugnantia locutus est: idem enim est ut si dixisset, *non ex divino iure, & tamen ex divino iure. Atque Bellarminus pugnantia loquitur,* inquit Whitakerus, *cum Episcopum non iure divino iuxta Hieronymum, sed Apostolico inductum dicit*: sic & pugnantia Georgius Downamus, idque non in uno loco: *Quæcunque functio est Apostolicæ institutionis, divina ordinatio censenda est.* Probat ex Beza: *Si ab Apostolis profectum esset, non vereor, id totũ divinæ institutioni ascribere.* Rursus: *Sive primò ordinata a Christo, sive ab Apostolis instituta ea functio fuit: eius author Christus est, sive immediate iuxta primum, sive mediatè iuxta secundum. Atque ea Apostolicæ institutionis esse dicuntur, quæ Christus instituit per Apostolos.* Huc referenda, quæ supra allata sunt ex respons. ad præfat. p. 2. & ex libro 4. p. 139. 140. ubi dicit Episcopum divinæ ordinationis esse, quia Aostolicæ institutionis. Quid hic habet Downamus quod respondeat? Divinam ordinationem non inferre divinum ius? Apage ineptias: nam ordinatio jussum quoddam est, & omne jussum importat jus, ut nos suprà demonstravimus.

Cont. Bez. c.23. p.22.

Lib.4.c.1. p.5. & 6.

Liv.4.c.3. p.49.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XLIV.

Argumenta nostra pro disciplinæ immutabilitate à doctrina Apostolorum.

ITa tria illa fundamenta dejecimus & solo æquavimus, quibus Hierarchici freti, Politeam Ecclesiasticam, mutabilem esse statuunt: ad argumenta jam nostra, accedendum nobis est. Primò, ab officio Christi disputamus, quod ejus ἀποτελέσματα durant in perpetuum. Quid Sacerdotij? *Vnica oblatione consecravit in perpetuum eos qui sanctificantur*, Heb. 10.14. Quid Prophetiæ? *Fides semel tradita est sanctis*, Iud. 3. Si de Sacerdotio & prophetia rectè dicitur ea semel operata fuisse, quæ in perpetuum durent: Cur non & de regali etiam dicetur officio, illud semel Politeiam Ecclesiasticam instituisse, quæ etiam duraret in perpetuum? Heb. 12.26.27. *Adhuc semel ego concutiam non solum terram sed etiam cœlum. Porro illud adhuc semel, declarat instabilium rerum amotionem, ut maneant quæ sunt stabilia.* Deducit hinc Apostolus nos regnum assecutos stabile, quod verti non possit, ergo & media etiam stabilia, quibus ad hoc regnum provehimur: in quibus est Politeia Ecclesiastica. Atque de Politeia Iudaica cur vaticinetur Propheta eam abolitam iri? & ex propheta concludit Apostolus, semel tantum abolitionem istiusmodi fore, non deinceps: certum mihi quidem videtur, & Politeiam Ecclesiasticam sub Evangelio stabilem hic fieri absque ulla concussione: ex mente Apostoli, una ista & nulla deinceps abolitio futura est, nulla inquam: mutatio semel facta est, ceremoniarum & Politeias Iudaicæ: sed semel tantum non deinceps, mutatio istiusmodi contigit.

Pertinet huc quod 1. Cor. 15.24. *regnum suum externum non ante finale Judicium deponit Christus*: tum mediate regnare cessabit, Ecclesiam gubernare. Ergo regnum ipsius externum, illiusque externa media (in quibus Politeia Ecclesiastica est) ad diem judicij, prout in verbo posita & descripta sunt, stabilia & fixa permanebunt.

2 Secundo, nota quâ partes verbi mutabiles, ab immutabilibus secerni solent, ipsius finis vel mutabilitas est vel immutabilitas: ita, cum finis ad quem ordinatur Politeia Ecclesiastica immutabilis & perpetuus sit, eadem perpetua etiam ut sit necesse est. Viderunt hoc Iuristæ, quorum placitum, apud Iohannem Bertachium, istud est, *Ius idem est ubi Juris eadem ratio est*. Alias res igitur agit Sutclivius, quum formam regiminis Ecclesiastici ex eo probat mutabilem esse, quod mutata sit Politeia Iudaica, mutata regiminis forma quæ fuit sub Christo & Apostolis mutatum etiam præceptum de suffocato & sanguine. Hæc etenim omnia si mutabilia, nihil mirum, propter causas mutabiles, ad fines mutabiles, ordinata fuerunt: & cessante causa cessant effectus ut rectè respondet ad horum postremum Nicolaus Lyranus: *Quod ad regimen sub Christo & Apostolis, extraordinarium*

Respectus. in verb. Ius. Tractat. de disciplin.

 utrumque

utrumque erat : at forma Politeias institutæ ordinaria est, ad ordinarium finem : longe igitur diversa horum ratio est. Imò inquit Downamus, Timothei functio ordinaria est,& tamen non perpetua.

3. Non dicimus omnia ordinaria perpetua esse simpliciter, perpetua tamen durante fine omnia esse,vel ipse Richardus Hookerus agnoscit. *De legibus positivis nunquam additur*, inquit, *quamdiu perpetuan-*
Lib.4. p. 146. 147. Lib.3. s.10. *dæ sunt: quod si nullibi exprimatur,directio nulla de earum vel perpetuitate, vel mutabilitate superest, præter considerationem naturæ & qualitatis eorundem. Natura autem cuiusqe legis iudicari debet, ex fine ad quem ordinatur,& ex aptitudine præceptorum ad eundem finem inducendum. Si ratio igitur cur leges instituantur sciri possit, & appareat eadem perpetuæ necessitatis esse: tum eæ ipsæ perpetuæ sunt,nisi forte validæ esse cessent, ad illum propositum,ad quod erant ab initio institutæ.*] Hoc postremum nuper à nobis exactum est : remanet igitur Hookeri judicio, leges Politeias Ecclesiæ immutabiles esse,qua rationem & finem (uti manifesto con-
De Iurisdict. c. 4. p. 41. stat) perpetuum habent. Ita Georgius Carletonus. *Qui putant officia Timothei & Titi extraordinaria & temporaria fuisse eorum usum & finem minime considerant : qui neque extraordinarij sunt , neque ad tempus perdurantes, sed plane ordinarij & perpetui.* Finium & usuum necessitas, similem probat necessitatem in gubernatoribus ipsis : ita regimen Episcorum ab Apostolis institutum est,ut ad finem usque mundi duraret. Imò quid si Georgius Downamus ipse, qui Carletono, in perpetuitate Episcopatus,ex professo adversatur : alicubi tamen adactus sit,hanc ipsam ob causam,eorum perpetuam durationem contra se-
lib.3. p. 57. 58. ipsum confiteri? Ecce etenim insignes contradictiones. *Episcopi semper retinendi,non necessitate absolutâ,necessitate tamen expedientiæ, quæ ad finem & usum suum expetit ut semper in Ecclesia maneant , eorumq; functio*
lib.3 p 64. *semper est utilis.* Rursus : *Episcopi semper retinendi, quia ut inquit Hieronymus, salus Ecclesiæ in eorum superioritate consistit.* Rursus : *Causæ*
lib.3. p. 130 & 131. *Episcoporum nempe pax & salus Ecclesiæ, semper omnibus temporibus eædem sunt, ergo semper remanere debent, id quod Hieronymus sentit.*] Citantur ista à me ut ostendatur,quibus & quantis contradictionibus Hierarchiæ defensio scatet: & una liqueat ex ipsorum adversariorum confessione Politeiam Ecclesiæ immutabilem esse, quia usum & finem immutabilem habet. Errant quidem in hypòthesi Carletonus & Downamus, Episcopale regimen illud ipsum esse, quod est in verbo institutum:thesis tamen verissima est,regimen ab Apostolis institutum perpetuum esse, quia ad finem & usum Ecclesiæ perpetuum ordinatur.

lib.3. s.11. p.155. 4. Tertiò, *quanquam Politeia Ecclesiastica* (inquit Hookerus) *mutabilis à sese sit,mutari tamen minime oportet, si in scripturis, illius mutatio nullibi reperiatur : leges etenim mutationis capaces non sunt, si qui eas tulit illorum mutationem probibeat.* Bene est : at ipse legislator Christus (inquam) suam Politeiam immutabilem esse iussit. 1. Tim. 6. 13. 14. *Denuncio tibi coram Deo qui vivificat omnia, & Iesu Christo— ut serves*

hoc

hoc mandatum incontaminatus & irreprehensus, usque ad illustrem illum adventum Domini nostri Iesu Christi. Quidni hic liceat acclamare cum Augustino in causa simili? *Quem non terreret tam vehemens contestatio?* Duri cervicis igitur meritò dixeris Hierarchicos illos, qui in Politeias quidem mutabilitate, supra ipsam meretricem Romanam, frontes suos perfricuerunt. Sic etenim Cornelius Scultingius: *Calvinus seniorum concilium perpetuum vult: Musculus non, qui electionem & formam gubernationis ab Apostolis usurpatam nunc propter magistratum minimè utilem esse censet, nos contrà sacerdotum concilium cum Episcopo semper necessarium dicimus.* Idipsum quò minus Hierarchici nonnulli dicant de Ecclesiæ Politeia, elusiones hujus loci varias excogitarunt. Prima est Richardi Hookeri: *Hæc verba non important perpetuam præceptorum Apostolicorum observationem: sed usque ad adventum Christi: non important tanquam in quo ista observari oportet, sed potius tempus illud, ad quod observationis præmium reservatur.* Sed hoc putidum glossema colorem in se nullum habet: & ab Hierarchicis omnibus respuitur, qui notari ipsum tempus concedunt, in quo hoc mandatum Apostoli est observandum.

Hierarch. Anacrys. lib. 3. p. 75. 1. Tim. 6. 13. 14. Lib. 3. ſ. ult. p. 161.

5 Secunda est Georgij Downami, qui distinguens inter potestatem & formam atque modum potestatis: *Apostolum hic loqui affirmat, non de forma & modo potestatis, gubernandi, ordinandi, iurisdictionem exercendi ut ea perpetua in Ecclesia esset.* Hæc dum explicat infert hæc porismata. *Primò.* [Quanquam potestas Timothei hoc in loco immutabilis statuatur, non tamen officium illud, per quod hanc potestatem exercuit. *Secundò*, officium Timothei, Episcopi officium fuit, sed scribit hæc Paulus ad Timotheum, ut authoritatem & potestatem gubernandi in genere habentem. *Tertiò*, Episcopi Timothei successores tantummodo sunt: sed scribuntur hæc verba, etsi primariò quidem Episcopis legitimis Timothei successoribus: secundariò tamen omnibus, qui similiter authoritatem habituri essent, quanquam non sint successores. *Quartò*, ij non successores quibus hæc scribunur, presbyteri sunt: qui mutatâ Politeiâ, & in casu necessitatis, authoritatem ordinandi & jurisdictionem exercendi habent. *Quintò*, quanquam Politeia legitime mutari possit, sic ut quandoque authoritas Timothei penes presbyteros esse possit, quanquam illius successores non sint: actualiter tamen Politeia Ecclesiæ, nunquam in tanto mutabitur, sed perdurabunt alicubi Episcopi usque ad adventum Christi, sic ut etsi non solis, semper tamen existentibus Timothei successoribus hæc verba scripta fuerint.] Hæc medulla est orum, quæ Downamus excogitavit, quò minus forma Politeias Ecclesiasticæ, quam ille in regimine Episcopali ponit, hoc in loco immutabilis sanciri videatur.

lib. 4. p. 102 lib. 4. p. 101 Ibid. li. 4. p. 146. 147. 148. lib. 4. p. 103 104. lib. 4. p. 148 Responsio.

6. Examinemus verò paulisper. Primò futile est quod garrit, Paulum hic locutum de potestate non de forma potestatis. Quomodo probatur? àut unde liquet magis de una quam de altera hic Paulum

 loqui?

loqui? Imo ratio ſuppetit manifeſta loqui hic Paulum, de ſingulis mandatis, quæ in hac epiſtola præcedunt, & in Epiſtola præcedenti: non modo de poteſtate egit, verùm de forma modoq;etiam. Epiphonema etenim hæc verba continent, quo authoritas toti libro comparatur: perinde ac Apocal.22.18. *Teſtor cuivis audienti verba Prophetiæ hujus, ſi quis adjecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas ſcriptas in libro iſto. Et ſi quis abſtulerit aliquid auferet Deus partem ejus——ex eis quæ ſcripta ſunt in libro iſto.* Mos igitur ſpiritus Sancti obſervandus: ſolet enim in hujuſmodi ſanctionibus ſcriptorum ſuorum authoritatem roborare. Locus utrobique idem eſt, in calce libri, forma lòquendi eadem: *Denuncio*, inquit Paulus, *Teſtor*, inquit Iohannes: materia denique eadem eſt: nam ſervare mandatum hujus libri incontaminatum & irreprehenſum idem eſt ac ſi dixiſſet, (Iohannes) ſine additione vel dimunitione. Secundò, imperitè officium appellat formam & modum authoritatis, quod authoritatis cujuſque vel cauſa potius vel ſubjectum eſt: nam unde authoritas niſi ab officio? & quodnam legitimæ poteſtatis ſubjectum, niſi officium legitimum? Tertiò, nefanda Downami officij & poteſtatis divulſio eſt,ut officium quidem oboleri & mutari poſſit, poteſtas non item. Quàm hoc abſurdum etiam, quòd authoritatem unius officij, in officium aliud transferri legitimè idque ad hominibus poſſe putat:quòd cuiuſque confuſionis Anabaptiſticę, feneſtram aperit. Hinc etenim fiet ut authoritas paſtoris ſit penes Diaconum, authoritas Diaconi transferri poſſit in Seniorem: & Senior authoritatem Paſtoris vel Diaconi habeat, ſi id magiſtratui viſum fuerit. Evigila Downame, ut tranſmigrationis huiuſce tuæ commenta videas. Nam cum Epiſcopum aboleri poſſe putes, remanente interim Epiſcopi propria authoritate, accidens ſomnias abſque ſubiecto: & cum Epiſcopi authòritatem ad preſbyterorum ordinem transferri poſſe ſtatuis: quid aliud quàm μετεμψύχωσιν & tranſubſtantiationis imaginem quandam renovas?

7 Quartò, nefariè dicitur officium Epiſcopi à magiſtratu aboleri poſſe, ſi modo divinâ ordinatione (quod vult Downamus) inſtitutum fuerit. Pari etenim ratione & officium Paſtoris & Diaconi abolere magiſtratus poterit. Non poſſunt verò iſta officia aboleri: tamen Epiſcopi Hierarchici officium poteſt: non argumentum ego quidem fortius, aut pleniorem ab adverſario confeſſionem deſideratem: Epiſcopi officium ,perinde ac Paſtoris at Diaconi, à Chriſto miuimè inſtitutum eſſe. Quintò, ineptè dicitur quibuſdam Timothei non ſucceſſoribus, in Timotheo hic Paulum ſcribere: nam cum unum individuum ſumitur, in quo lex aliqua ſtabilitur, repræſentat quidem individuum illud ſucceſſores omnes, ſed ſucceſſores tantum. Exempli gratia: cum legem naturæ figere Deus voluiſſet, qnod primæ herbæ, primæ plantæ, primæ arbori individuali dixit Deus: id ad omnes herbas,plantas,arbores in eodem genere ſuccedentes dixit: ſed non ad alias quæ in eodem genere ſucceſſorum non eſſent; unde Iac.3.12.

Nunquid

Nunquid potest fratres mei ficus oleas edere, aut vites ficus? Scribit hic in Timotheo presbyteris Paulus? bene est. Presbyteri igitur Pauli Timothei legitimi successores sunt? Et transferri potest Timothei potestas in presbyteros per magistratum, idque legitime? Nulla igitur Episcopalis Timothei potestas fuit, quæ non eadem presbyteri proprie: si alias Deus instituisset, Episcopalis potestatis presbyterum capacē magistratus reddere non potuisset. Sexto & ultimo, si scripserit hæc Paulus, non de Timothei officio Episcopali, sed de authoritate Timothei in genere: tum non hæc scripsit Timotheo ut Episcopo, sed tantum Timotheo ut authoritatem in genere habenti: at si hæc non scripsit Timotheo ut Episcopo tum nullum jus divivum pro Episcopis proferri potest: totius etenim Epistolæ præcedentis hæc verba authoramentum continent, ut ante dictum. Ita plane in castra nostra transijt Downamus: planeque suis manibus dejicit, quæ contra nos alibi ædificarat: quando dixit, Hanc epistolam ad Timotheum, Episcopalis functionis typum esse. Vulnerat etiam suos, inprimis Thomam Bilsonum: qui nullum jus divinum proferri pro Episcopis posse fatetur: si hæc verba scripta non fuerint Timotheo ut Episcopo. Annon pulchrè laboravit Downamus, qui hoc unicum, pro jure divino functionis Episcopalis fundamentum imis sedibus subruit?

Lib. 4. c. 4.

De perpet. Guber. c. 14 p. 346. 347

8 Quintò, videamus quid viri docti de hac re senserint. Ita Io. Gerson: *Maior fuit Ecclesiæ primitivæ authoritas, quoad prædicta, quam nunc est. Non enim est in potestatæ Papæ, aut Concilij aut Ecclesiæ, immutare traditiones datas ab Evangelistis & à Paulo, ut quidam delirant.* Delirium igitur Gersonis judicio, assertio hæc de Politeias Ecclesiasticæ mutabilitate Hierarchica est: præsertim cum ea Apostolica & Paulina traditio sit. Ita Franciscus Zabraella: *Si Papa vult destruere illud quod Apostoli docuerunt convincitur errare.* Non potest ad Doctrinam solam restringi hoc: disputat etenim & in eo opere de negotijs Ecclesiasticæ disciplinæ. Ita Ioh. Budæus. *Sacrosanctos canones melioribus annis factos, ut eis velut regulis vita clericorum dirigeretur, & velut patrum proscriptis posteri formarentur, in amusses plumbeas iam evasisse quis non videt? Quales olim fuerunt Canones plumbei, ut nobis non structuram operum tenore æquabili dirigant, sed extructorū commodo & libidine flexibiles, structuræ accommodentur.* Indignatus hic est Canones antiquos in amusses plumbeas evasisse: nos Canonem sacrum pro hominum commodo & libidine in canones plumbeos, ab Hierarchicis cōversos jam esse, non indignabimur? Hoc fieri, cum Politeia Ecclesiæ ad magistratus arbitrium, flexibilis & mutabilis statuitur: ex nostris scriptoribus omnibus constat, Bilsono inprimis & Reynoldo: quam ad verbum Dei solum revocat, tanquam ad Lydium lapidem: ab inventis vero humanis abducit, tanquam à regula Lesbia. Hiero. Zanchium ad hoc propositum in Politeia Ecclesiastica reformanda huc citat & approbat Had. Saravia. Verba ista sunt: *Sunt igitur ad formam veteris & Apostolicæ Ecclesiæ, omnes Ecclesiæ reformandæ: & omnia tam cultus, &*

De vit. spirit. anim.

De schism, & Concil.

De Triplic. episc. p. 104

Digitized by Google

disciplina, quàm dogmata, non ad Lesbiam regulam humani judicij, sed lapidem Lydium divini verbi examinanda. Verumenimverò, est quod Geor. ipsum Downamum, hujus regulæ Lesbiæ pudeat: sicut & pudere necesse est: nisi ipsa pręcipua Episcopalis functionis fundamenta subvertere velit. Quid enim? Annon pręcipuum ejusdem sustentaculũ apud Bilsonum & Saraviam istud est: oportere Apostolorum superioritatem in ministros in Episcopis perdurare, in Ecclesijs omnium seculorum: quia eo hoc regimine in pagis opus habent, quod habuerũt Ecclesiæ quum Apostoli vixerunt? Tolle hoc fulcrum & Episcopalis functionis necessitas cadit: idq; vel ipsius Downami judicio, cujus in concione pro Episcopis, p. 79. hęc verba sunt: *Multo magis necessariũ est, ut omnium ætatum Ecclesiæ Episcopos habeant, quam Ecclesiæ primæ, quando Apostoli in vivis fuerunt*. Hoc verò fundamentum vacillare quis non videt, si Episcopalis functio statuatur mutabilis ad arbitrium magistratus? In eadem concione dixit: *Functionem & authoritatẽ*
p. 79. *Timothei & Titi esse ordinariam & necessariam: non solum ad bene esse sed etiam ad ipsum esse ecclesiæ*. Quid apertius? *Imo*, inquit, *in defensione hoc*
lib. 4. p. 100 & 147. *tantum volui, functionem hanc esse ordinariam authoritatem necessariam*. Dixit in concione Episcopos esse necessariò retinendos: quod in Defensione ita eludit: intellexi esse necessariò retinendos, non necessitate absoluta, sed necessitate expedientiæ. Quam miseræ hæ quæso tergiversationes sunt? Quàm etiam contradictoriæ? *Functio non est ne-*
lib. 3. p. 57. *cessaria, sed authoritas tantum: functio est necessaria necessitate expedientiæ, non necessitate absolutâ* Quasi quisquam nostrum Politeiam necessitate absoluta necessariam unquam dixerit? at quod necessitate expedientiæ necessarium est, non sit perpetuò retinendum? Sit ipse judex:
Serm. p. 32. *Ex singularitate, ordinatione, & iurisdictione Episcoporum tria beneficia pendere dicit, Vnitatem, perpetuationem, & σωτηρίαν Ecclesiæ*: & nonne
lib. 3. p. 3. quæso perpetuum est, quod hęc perpetuanda continet? *Ecclesiarum*, inquit, *Provincialium & Nationalium Metropolitani Episcopi rectores sunt, & rectores esse debent*. Quid sibi hoc DEBENT vult? Quod debet
Serm. p. 75. 79. fieri, annon perpetuò faciendum? Simile est quod dicit, *superioritatem in ordinatione & iurisdictione, quam Timotheus & Titus habuerunt, non*
Defens. lib. 3 p. 72. & lib. 4. p. 84. 98 100. *cum illis mori: sed in successoribus continuari* DEBVISSE. Rursus? *Præscripta officia Timotheo, perfici & peragi* DEBENT *ab ipsis & eorum successoribus, usque ad adventum Christi*. Atque quoniam in mentionem huius loci ad Timotheum rursus incidimus: adnotentur insignes
Lib. 4. p. 77 contradictionis istæ. Vidimus nuper, quomodo statuerit, hunc locum *non de functione Episcopali, sed tantum de authoritate functionis intelligendum*: item, *quanquam primario Episcopis loquatur, secundario tamen presbyteris, qui etsi Timothei successores non legitimi: tamen mutata Politeias forma, iurisdictionem Timothei sibi demandatam exercere possunt*. Libetne
lib. 3. p. 71. 72. & lib. 4 p. 70. audire quomodo in ista Downamus ruat alibi? *In ultimo non potest*, inquit, *authoritas & potestas Timothei illiusve executio mandari Presbyteris*. Rursus: *harum rerum cura ad Presbyteros non pertinet*. In secundo,
Ibid.

præcepta

[præcepta quæ in Epistola ad Timotheum tanquam ad adventum Christi duratura dantur, Episcopis tantummodo dantur & eorum successoribus. *Rursus*: Præcepta 1.*Tim*.5.19.22. perpetuæ directiones non sunt, non ad Christianos, non ad alios ministros, sed ad Episcopos solos. *In primo*: Epistolæ ad Titum & Timotheum scriptæ, typi & exemplaria sunt Episcopalis functionis: scriptæq; ex proposito sunt, ad informandos Episcopos, quomodo functionem suam exercere debeant usque ad finem sæculi.] Quoties in hisce, Politeias Ecclesiasticæ (quam in regimine Episcopali ponit Downamus) perpetuitas asseritur, usqve ad adventum Christi, usque ad finem sæculi? Idem asserit, in citandis testimonijs patrum, *& quæ non solum de Episcopalis regiminis facto verumetiam de iure testari* dicit, quod illi perpetuum esse volunt, in citando Hieronymo præsertim, cuius judicium hoc esse dicit: *quòd Episcopus ad vitanda schismata semper retinendus sit*. Postremò, idem facile colligere licet ex testimonijs accommodandis, quæ pro Episcopali functione, ex alijs scripturis profert: *Locos etenim Phil.* 2.29. *Heb*.13.17. *Populum Anglicanum ad honorandos Episcopos etiamnum hodie obligare dicit*. At si ad hunc diem ligent, ligant etiam Anglicani populi posteros in perpetuum. Affine illud est quod ex 1. *Tim.* 5.17. affert: *Quod si quisq; minister duplici honore reverentiæ & sustentationis honorandus est, idque jure divino: tum Episcopi ministri præcipui multo magis*. Certè, si Episcopi ministri pręcipui sint, tùm & perpetui etiam multo magis quam presbyteri erunt: pręsertim cum sensu Downamiano, Episcopi illi sint, qui Ecclesiarum Pastores sunt: Presbyteri tantum sunt Episcoporum delegati, quod delegatus perpetuus erit, delegans non item? Miror suam vanitatem Hierarchicos non videre? Planum etenim est Episcopos à Christo institutos non esse ut Pastores, & ministros pręcipuos: si modo ut Presbyteri, quos à Christo institutos omnes fatentur, perpetui non sint. *Episcopi*, inquit Downamus, *stellæ illæ sunt quos Christus sua dextra tenet Apoc*. 1.20. *sunt præcipui domus Dei œconomi, sunt* ἡγούμενοι *illi quos Paulus memorat, Heb*. 13 17. at stellæ œconomi, duces, iique pręcipui aut soli, authoritate humanâ quâvis removeri à cœlo, à domo, ab acie possunt? Atque hæc adversus Politeias Ecclesiasticæ mutabilitatem dicta sunt in genere quidem, ita tamen ut primam immutationis partem pręcipuè feriant, quæ est per Diminutionem & Ablationem.

*Serm.p.*49. 74. *lib*.4.*p*.77. *Serm.p.*72, 73. *Defens.* 4. *p*. 75.83. *Defens.li*.3. *p*.24. 26. 44. 48.55. 59.63. *Lib* 3.*p*.3. *serm. p.* 94. 96. *serm.de dignit.& offic. minist.p*.7. & 65. *serm. p.* 54. *serm.p*.45. 95.70.

CAPVT. XLV.

Non licet addere essentialibus disciplinæ.

SVperest, ut nonnihil adjiciatur, de mutationis specie altera, nempe Additione: ubi quæritur, an ad Politeias essentialia addere quid Ecclesiæ liceat? nominatim verò, an licitum sit novuum aliquod officium Ecclesiasticum excogitare, & in Ecclesia collocare, quod non est verbo speciatim institum? Negamus nos, aiunt Hierarchicorum

Tract. de discipl. c. 1. p. 8 chicorum nonnulli, de quibus M. Sutclivius est, cujus ista verba sunt: *Hæc inter nos quæstio est, utrum talem regiminis formam præscripserit pro Ecclesia Christus: ut in substantiis* (ut loquitur) *nihil sit addendum, &c. aiunt illi, nos negamus.* Geo. Downamus, Patriarchas jure humano licitè in Ecclesiam veterem introductos fuisse affirmat. Ha. Saravia eos jure divino niti quodammodo putat: ait enim Ecclesiam habuisse potestatem eos præficiendi, qualem habuit Paulus, quum Titum & Timotheum in gradu celsiori supra presbyteros collocavit. *a* Io. Whitgifti, & *b* Corn. Seultingij, una eademque sententia est: *Nulla quidem jam in Ecclesia ministeria Ecclesiastica, quàm quæ Apostoli ab initio instituerunt: licere tamen Ecclesiæ, nova ministeria & officia addere, prout occasio, & Ecclesiæ utilitas postulare videbitur.* Ita Io. Bridgesius nunc Episcopus Oxoniensis: *c Si putatis Ecclesiam Dei adeò necessario devinctam esse officijs eis, quæ Christus & Apostoli instituerunt, ut quædam ex illis omittere, quædam vero alia inducere nequeat, valdè erratis.* Roborat verò alibi sententiam hanc suam, testimonijs Mar. Chemnitij, Nic. Hemengij, & Hier. Zanchij. Chemnitij judicium his verbis ab illo ponitur. [Non est in verbo Dei mandatum, qui, quot, aut quales, ordines in Ecclesia esse debent. *Paulo post*: Hæ ordinationes temporibus Apostolorum liberæ erant, ratione habitâ ordinis, decentiæ, & ædificationis. *Testimonium quod adfert ex Nicolao Hemingio istud est*: Sicut Christus ascendens in altum dona dedit hominibus, Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores & Doctores: ita potestatem Ecclesiæ suæ dedit, ad ædificationem. Hac potestate ordinat ministros Ecclesiæ ad commodum suum ut omnia ordine fiant, ad incrementum corporis Christi. Hinc pura Ecclesia tempora Apostolorum sequens, quosdam Episcopos quosdam verò Patriarchas ordinavit. *Postremus vero Hier. Zanchius ita apud illum loquitur*: Scimus Deum nostrum, Deum esse ordinis, non confusionis: & ordine servari, ἀταξίᾳ verò perdi Ecclesiam. Hanc ad causam liberum Ecclesiijs reliquit, ut plures ordines adderent: modo id ad ædificationem sit. Quòd igitur tempore succedente, quidam collegis suis præfectus fuerit (*Episcopum intelligit*) id minime improbandum judicamus.] Ita, quæ sit Hierarcichorum sententia vidimus: argumenta jam nostra in partem contrariam proponenda sunt, quibus manifesta illius falsitas redarguitur.

a Tract. 8. c. 1. D. 33. p. 318.
b Hierarch. Anacrys. lib. 3 p. 78.
Defens. lib. 2 p. 171.
Lib. 3. p. 254. 255.
Lib. 5. p. 408. 409.
Ibid. p. 420 421.

1 Primò, hæc sententia scripturam imperfectionis arguit, ut in Chemnitio videre est: qui hoc illi fundamentum substruit, *nullam esse ordinum Ecclesiasticorum in verbo Dei perfectam saltem determinationem.* Quod nos suprà refutavimus. Sapiunt itaque papismum Hierarchici, idemq; cum C. Scultingio sentiunt. *Nullam legimus*, inquit, *functionum Ecclesiasticarum determinatam explicationem, vel à Christo in Evangelio, vel ab Apostolis in sacris literis expressam.* Quid vero? In hoc tamen superare Hierarchicos videtur: quod etsi non in verbo expressa sit, statutam tamen ab Apostolis perfectam hujusmodi determinationem putat. Sic enim loquitur pagina præcedente. *Omnia*

Lib. 2. p. 38

officia

officia quæ ad externam politeiam & gubernationem ecclesiæ pertinent ab Apostolis fuisse constituta credendum est: etiamsi de eis nec Christus quicquam præcepisse, nec Apostoli ordinasse legantur. Quid, quod hæc perpetua putet: quæ ab Hierarchis putantur libera? p. 17.

Secundò, bonis intentionibus hæc sententia patrocinatur: liberum etenim relinquit Ecclesiæ addere officia, modo id fiat ad ædificationem: id est, modò intentione bonâ hoc fiat, ad finem ecclesiæ utilem. Instamus in re, quæ ad politeiam Ecclesiasticam attinet. Annon Davidis intentio bona fuit, quando in animo habuit, domum Deo ædificare? Immò optima: sic enim vel ipse Deus. *Dixit Iehova Davidi patri meo: eò quod fuit tibi in animo ædificare Domum nomini meo, bene fecisti quòd fuisti eo animo,* 1. *Reg.* 8. 18. Nunquid itaque videre lubet, quàm ingrata sit Deo, additio ista in politeia ecclesiastica, quanquam à bono animo progrediatur, & nihil sibi proponat aliud, quam gloriam Dei & ecclesiæ ædificationem? Advertantur igitur verba Nathanis: generali etenim ratione utitur, qua omnes jam similes additiones tanquam gladio percutiuntur. 1. *Chron.* 17. 6. *Quocunque itabam in toto Israele, an quicquam locutus sum ulli Iudicum Israelis, quare non ædificatis mihi domum cedrinam? Nunc ergo, &c.* Habetur hîc Enthymema nostrum totidem verbis. Nullam in verbo Deus de officio ecclesiastico addito mentionem fecit: ergò est illicitum. Quid ergo? Ecclesiæ authoritas in legibus ecclesiasticis ferendis nulla quæso est? Annon quod utile videtur sancire potest? Potest quidem in politeias accidentalibus: in substantialibus, quæ jam in verbo expressa sunt non potest, quocunque prætextu, expedientię vel utilitatis: Licet etenim cum Guil. Whitakero nostro ratiocinari: *Quomodo non expedit, uti eâ* (politeia) *quam Christus instituit?* Nosnè Christo melius scimus quid ecclesiæ expedit? Non patiuntur certè *septem oculi Christi, Apo.* 5. 6. ut videre jam homines possint officium aliquod ecclesiasticum, ecclesiæ utile atque expediens, quod ille non vidit: neque patitur domus quam sibi sapientissimè ædificavit, *excisis columnis suis septem, Pro.* 9. 1. ut columnam quasi octavam, intelligo officium Ecclesiasticum novum jam addere opus sit. 2 Cont. 4. q. 4 p. 495

2 Tertio, contemptum planè verbi hæc *N̈* Hierarchica sapit: quum addi officia nequeant, nisi ea dedecorentur, quæ Christus in verbo suo instituta jampridem sunt: sic ut peccatum Ieroboamicum hæc additio planè sit: cui hoc tanquam audax facinus impingitur, quod *sacerdotes instituisset qui non fuerunt ex filijs Levi*: id est, ex eorum genere & numero, quos Deus ipse ordinasset, 1. Reg. 12. 31. Adversus hoc peccatum cum contestatur Rex Abijah, ostendit planè, & ea tantum officia usurpanda ab ecclesijs esse, quæ Deus instituit: & omnia alia removenda quæ ad similitudinem politeias papisticæ adjuncta ab hominibus sunt. Sic enim fatur, 2. *Chron.* 13. 9. *Annon depulistis sacerdotes Iehovæ filios Aharonis & Levitas? & fecistis vobis sacerdotes ut populi reliquarum regionum? —— Nos autem habemus Iehovam Deum nostrum,* 3.

quem non dereliquimus: sacerdotes autem ministrantes Iehovæ sunt, filij Aharonis, & Levitæ sunt in opere suo.--- Observamus enim observationem Iehovæ Dei nostri: vos autem dereliquistis eum. Ecce, officia Ecclesiastica à Deo instituta, observatio quædam illius est, quæ perpetuo observanda est: non observatur autem sed derelinquitur, quando alia officia superinducuntur ab hominibus, quæ nationibus populorum (puta papistis) similia sunt.

4 3 Quartò, violat Hierarchica assertio ista, sanctionem illam de verbo Dei, specialem: quæ prohibet ne quid illi adjiciatur. *Deut.*4.2. *Ne addite ad verbum illud quod ego præcipio vobis neq; detrahite de eo, ut servetis præcepta Iehovæ Dei vestri, quæ ego præcipio vobis,* Deut.12.31. *Ne facito sic Iehovæ Deo tuo.--- Vnamquamque rem quam ego præcipio vobis eam observantes facite: nè addito ei, neque detrabito ex ea.* Pro.30. 5. *Totus sermo Dei purgatissimus est,--- ne adjicito ad verba ejus, ut non corripiat te,*

Lib.3.§.5. p.137. *& officiaris mendax.* Ad hæc R. Hookerus, respondet hoc tantum. *Verum est de verbo Dei: falsa constructione sensus, & verborum ipsorum falsificatione scienter eniti ut aliquid videatur divinum quod divinum non est, vel non videatur quod est, manifestè abuti & falsificare divinam evidentiam est, quæ injuria vel illata hominibus, meritò gravissima iudicatur. Quod utinam observarent illi qui politeiam Ecclesiasticam in verbo scriptam esse dicunt quæ scripta non est: annon etenim hoc Dei præceptis addere est? ac si numero plura essent, quam revera sunt?* Quid igitur? Solamnè hîc illam additionem prohiberi censet Hookerus, quæ se divinam præ se fert? non autem illam quæ se profitetur esset humanam? Sic quidem videtur: sed ut hoc vinculo exempti sit Hierarchici Anglicani, quando suas additiones profitentur humanas esse non divinas. Quid vero ego nomino Hierarchicos Anglicanos? tota gens pontificia excusetur, si modo hoc verum sit: dicere enim possunt, *probibita solum ea additia est, quæ se divinam esse iactat; nos verò traditiones nostras, minimè dicimus divinas esse, imò apertè profitemur eas in verbo non esse scriptas, sed mera Ecclesiæ authoritate introductas.* At in loco Deuteronomij posteriori, additiones eæ prohibentur, quæ similes gentium superstitionibus sunt, quæ nunquam pro divinis venditabantur: & in loco proverbiorum, mendacij est omne quod adjicitur verbo Dei humanum: quia cum sermo Dei purgatissimus sit, mendax esse oportet, quicquid ab homine mendaci adjicitur: omnis etenim homo mendax, solus autem Deus verus. *Rom.*3.4.

5 4 Huc pertinet quod habet Apostolus, 1.*Cor.*3.12. ubi quodcunq; humanum, super fundamentum scripturarum (ut loquitur Agur purgatissimum) superædificatur; lignum est, fœnum est, stipula est. Tantum itaq; abest ut excusentur additiones quæ præ se ferunt humanas se esse, non divinas: ut hoc nomine (tanquam impudentiores) graventur potius; ut quæ scripturas imperfectionis coarguant, quæ perfectæ sunt, se vero venditant, quæ præter verbi fundamentum, sunt mendaces. Hoc sensu hoc mandatū interpretatur Ambrosius. *Nihil* inquit,

vel

vel rationis gratia adjungere debemus mandato. Nihil quod vel bonum videtur addendum, sed simplex & pura mandati forma servanda est. Addendo de proprio, semiplenum Dei intellexit esse mandatum. Docet nos igitur præsentis series lectionis, neque detrahere aliquid debere divinis mandatis, neque addere. Accedo ad Whitgiftum, qui multa excogitat quidem, ut hæc prohibitio additionis ab Hierarchicis avertatur: ista tamen elusio Hookeriana ne quidem illi in mentem venit. *Addunt verbo* inquit *primò, qui docent contra verbum; secundò, qui aliquid necessarium faciunt ad salutem quod in verbo non continetur; tertiò, qui meriti opinionem fovent, in eis quæ præter verbum invenerunt; Quartò, qui tanquam illegitimum prohibent, quod per verbum Dei legitimum est.* Respondet Cartwrightus, omissum illud esse, quod præcipuè Moses intendit, videlicet, ut nè quid fiat, magis minusvè quàm quod verbo Dei præcipitur. Replicat Whitgiftus, *hoc in suis distributionibus contineri*: atque non continetur: obtineat etenim hoc preceptum, & non tantum peccat qui contra verbum facit, sed etiam qui præter: non tantum quin meriti opinionem fovet in eis quę pręter verbum facit, sed qui pręter verbum facit omnino, sive meriti opinionem foveat sive non; non tantum qui rem addit tanquam necessariam ad salutem, sed qui rem addit omnino sive necessariam dicat sive non: sic ut huius prohibitionis modo apertè Hierarchici illaqueantur: cum in politeia addunt pręter verbum, etsi id minimè necessarium ad salutem fateantur.

Lib. de paradis. c. 12.

Tractat. 2. c. 6. Divis. 7.

5 Atque quoniam Whitgifti, *b* Hookeri, Zanchij, reliquorumque Hierarchicorum hoc commune fundamentum est, licitas esse in politeia ecclesiastica additiones, dummodo non sint contra verbum: videamus quid respondeant nostri ad papistas, quando traditinnes suas hoc ipso fundamento statuminant. R. Bellarminus ad hoc mandatum Mosis respondens, tria adfert pręcipua. *Primo, prohiberi tantum additionem ad opus præceptum non ad secundum numerum præceptorum: secundò, prohiberi tantum additionem corrumpentem: tertio, prohiberi tantum additionem legum contrariarum.* Quid ad hæc M. Sutclivius Hierarchicus? Respondet ad *primum*: *additiones pontificias esse ad opera præcepta*: quod ex hoc probat Gui. Whitakerus, quia multo plura pręceperunt quam Dominus. Atqui idem jam Hierarchicis respondere nobis licet: multo plura officia induxerunt, aut induci posse affirmant, quum quæ Deus pręcepit: peccant igitur adversus hoc mandatum Mosis. Respondet Sutclivius ad secundum, *leges pontificias esse corrumpentes additiones*: quod & in additionibus Hierarchicis verum est: officia etenim nova quæ inducunt, vel induci posse affirmant, politeiam à Deo institutam corrumpunt, adulterant, imo & eliminant etiam, ut in officijs Seniorum & Diaconorum videre est. Respondet ad tertium Sutclivius. *Quasi vero nullæ essent novæ leges nisi contrariæ? & non ea esset legis perfectio, ut omnes alias leges --- excluderet? præterea hæc interpretatio verbis Mosis adversatur: ipse etenim diserte loquitur & dicit* Deut. 12. *Hoc tantum facite Domino; nihil addas aut minuas. Non opus hic alijs verbis* est

b lib. 3. s. 8.

De pontif. Rom. c. 6. p. 334. 335. Cont. 4. 7. 7. p. 859.

est : excludit non leges contrarias modo, sed & quascunque, imo opus quodcunque, quod vel præter mandatum Dei sit. Defendit idipsum Gui. Whitakerus, non solum prohiberi hoc Mosis pręcepto, quæ contra, sed etiam quæ pręter verbum sunt : nec mirum ; verum enim est quod ex Baldo Iurisconsulto Perkinsius, & ni fallor, Iuellus etiam noster adfert. *Quod præter legem est, id etiam, & contra legem.* Adjiciatur colophonis loco, illa Iohannis contestatio, quæ similis superioribus est. Apoc. 22.18. *Enimverò unâ testor cuivis audienti verba prophetiæ huius : si quis adiecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto & si quis abstulerit aliquid ex verbis libri prophetæ huius, auferet Deus partem huius è libro vitæ, &c.* Quæro, annon de officijs ecclesiasticis egerat in Apocalypsi Iohannes ? Videant igitur quæ vel adjiciendum eis putant, quæ ille tanquam sola legitima posuit, Apoc. 4. vel detrahendum existimant de eis comminationibus quas adversus illegitima detonavit: inquibus mihi quidem certum est, Episcopatum Hierarchicum unum esse. Ap. 8. 8.

4.

5. 6 Quinto, nullum officium ecclesiasticum addi potest, nisi ab homine; quodcunque autem in ecclesia excogitatur ab hominibus, illicitum illud est. Patet hoc ex *Mat.* 21. 25. ubi supponit Christus ministerium Iohannis illicitum esse, si modo *è terra* fuerit : patet ex Ap. 13. 12. ubi hoc nomine condemnatur papatus quod *ortum ex terra* habeat: patet denique ex *Gal.* 1. 1. ubi concedit Paulus Apostolatum suum illicitum fuisse, si fuisset *ab hominibus.*

6. Sexto, si ecclesia potest (ut sub nostra persona posse dicit. C. Scultingius) novos gradus & officia ecclesiastica adjicere & invenire : potest etiam tollere & diminuere jam instituta: ejusdem enim potestatis est abolere & instituere. Sed absurdum est posse ecclesiam ordinem aliquem à Christo vel Apostolis institutum tollere; ergo. Huic argumento respondens Scultingius, primo negat in officijs quæ nunc in ecclesia sunt superaddi quicquā, quia à Christo aut ab Apostolis instituta omnia sunt: *Negat deinde eandem esse addendi & tollendi rationē: quia illud axioma, eiusdem est addere cuius est tollere, tenet tantum in eis quæ à seipso instituta sunt : & instituta absolutè atque propria authoritate: unde si daretur ecclesiam instituisse, non tamen tollere potest, æque ac instituere : quia in instituendo ministriali tantum authoritate utitur , principalis author est Spiritus sanctus. Hanc ob causam non potest abolere sola , quod non constituit sola.* Io. Whitgiftus idem primò respondet quod Scultingius, *nulla officia quæ iam in ecclesia Anglicana sunt addita esse, sed ab Apostolis instituta,* deinde cum majorem hujus syllogismi, tum minorem adoritur. [Major tua *(inquit)* falsa est, posse ecclesiam tollere si modo addere possit. Addere etenim homo potest ministerijs, & non peccare adversus Dei mandatum, quia adjumenta esse possunt ministerijs, divinitus institutis, quum tollere aliquod ministerium nequeat absque manifesta mandati divini violatione. Insuper, præter ea ministeria instructa à Deo & necessaria omnibus temporibus, addi possunt

Hierarch. Anacrys. lib. 10. p. 78.

Tractat. 8. c. 1. D. 33. p. 318.

aliqua

aliqua quæ expediunt quibusdam temporibus, & tamen ecclesia quę habet authoritatem ista addere , authoritatem non habet ita tollere. Minor etiam tua ambigua est,ecclesiam non posse aliquod ministerium à Deo institutum tollere: non potest quidem homo ministeria ea tollere quæ Deus ùt perpetua instituit; sed tollere potest ea quę solum ad tempus instituta sunt prout occasio requirit.] Respondeo: Nulla ecclesia authoritatem habet nè ministerialem quidem instituendi in substantialibus politeias suæ, quodsi haberet, haberet etiam parem tollendi,idque in officijs quæ non à seipso sed à Deo sunt instituta.

7 Primò,Moses & Iohannes,addere & detrahere paria faciunt: utrumque ex æquo prohibetur,utrumque ex æquo punitur: ubi igitur 1.
imparitates istæ sunt quas Whitgiftus excogitavit: certè hęc authoritas divina eas omnes in ventum dispulit. Secundo,patet vel ex ratione dialecticâ,authoritatem habere eum tollendi,qui authoritatem addendi habet: tollere etenim & addere cum contraria sint,& neutrum insit à natura: in idem subjectum incidunt; sic ut authoritatem tollendi habeat,qui habet addendi,perinde ac authoritatem habet abrogandi leges qui instituendi, condemnand qui absolvendi, ligandi qui solvendi,& sic in cęteris. Tertiò,patet ex ratione Theologica : nam addere institutis divinis perinde de authoriate & majestate jubentis 3.
detrahit,atque de eisdem tollere, pariliter igitur illicitum est. Patet hoc in igne addito per Nadab & Abihu, & in altari Damasceno addito pro Ahazam,& in additionibus Pharisęorum,quas Christus Dominus condemnat. Locum hic habent etiam quæ adversus additamentum pulcritudinis in mulieribns antiqui patres disputarunt. Sic *a* Cyprianus, *Opus Dei est omne quod nascitur,diaboli quodcunque mutatur*,intelligit vero mutationem per additionem. Sic Augustinus. *b Iniuriam facit pictori,qui addere ad illius picturam vult*. Postremo sic Tertullianus. *c Displi it illis nimirum plastica Dei; in ipsis redarguunt, reprehendunt artificem omnium; reprehendunt enim,quum emendant, quum adjcieut,&c*. Eadem sunt quæ in libro de habitu mulierum habet: ex quibus hæc citat Ri.Hookerus. *d Æmuli sint necesse est, quæ Dei non sunt*: aut igitur mentem Tertulliani non observat aut additiones omnes,æmulos appellat Dei,quia non ab ipso profectæ sunt. Vtcunque sit certum est,per totum librum tertium, tollere & addere paria eum fecisse,& utrumque pariter licere,aut non licere.

a lib. de habit virg.
Serm. de temp. 247.
*Lib. de cult. fœminar c.*5.
*Lib.*3. *s.*2. *p.*135.

8 Quartò, quum dicit Whitgiftus,*addere posse hominem ad ministeria Dei,quæ ipsis adminiculo esse possint*,principium petit: nulla etenim ministeria addita ab hominibus, ministeria à Deo instituta adjuvare possunt: sed eis nocent potius & incommodant, id quod hac ipsa die, cuivis oculato videre licet. Atque par est tollendi ratio : adæque etenim papista dicere potest,de oblatione calicis,eam usui esse, & commodæ sacramenti administrationi inservire. Quinto,quum homini licere dicit,tollere ministeria ea quæ ad tempus tantum à Deo insti- 5.

1 tuta sunt, multipliciter peccat. Primo sibi-ipsi contradicit, nam paulo ante hanc differentiam posuit, quod addere homo possit ad ministeria a Deo instituta, & ipsius præceptum non violare, sed non tol-
2 lere, absque manifesta mandati divini violatione. Secundo, vagatur extra questionem quæ de præsenti politeia ecclesiastica est, sub Evangelio, in qua quum nulla jam officia sint ad tempus tantum instituta, quorsum hæc instantia, de ablatione ministeriorum quæ minime per-
3 petua sunt? Tertio, falsum est quod dicit; nam omnes in mundo homines munus Apostolorum & Evangelistarum & Prophetarum minime tollere potuerunt: etsi ea instituerit Deus, ut ad tempus tantum durarent aliquantulum futurum.
7 9 Septimo, ecclesia non potest nova & distincta dona impartiri novis officijs & dignitatibus, sicut Christum dona distincta dedisse legimus officijs eis, quæ sunt ab ipso instituta 1. *Cor.* 12. 28. *Ephes.* 4. 11. Hoc enim solius Christi est: ergo etiam non potest novas dignitates ordinare. Propono hoc argumentum rursus verbis Scultingianis: cujus responsio partim cum Whitgiftiana coincidit, partim eâ sanior est. Respondent utrique, nulla jam esse nova ministeria, sed gradus tantum unius ejusdemque ministerij: de quo agetur suo loco. Concedit
Lib 10. p. 79. vero Scultingius, distincta dona cuique ministerio annexa esse: quod
Tractat. 8. c. 1. D, 32. p. 317. Whitgiftus non concedit, cujus ista verba sunt: *Necessarium non est ut qui officium aliquod instituunt, dona etiam darent eidem officio competentia: nam tum nemo hominum officium aliquod instituere possit. Satis igitur est, ut obligat ad officium a se institutum, viros eos, quos Deum idoneos fecisse videt.* Respondeo, si officium intelligat ecclesiasticum, verum est neminem hominem ejusmodi aliquod instituere posse: si de civili officio intelligit, extra oleas vagatur: ratio etenim longè diversa est. Civilis namque politeia res humana est, ac proinde potest magistratus invenire qui jam idonei sunt: aut potest etiam viros idoneos ipse reddere, externis adminiculis suppeditatis. At politeia ecclesiæ res est divina, supernaturalis, spiritualis & cœlestis: sic ut neminem idoneum reperire ecclesia possit ad officium aliquod novum: quia Christus officijs a seipso iustitutis sua dona largitur tantummodo; non eis, quę in ipsius contumeliam ab hominibus excogitantur. Porrò, non nisi humana adjumenta conferre homo potest: at in officijs ecclesiasticis humana adjumenta non desiderantur: arma etenim hujus politeias carnalia non sunt. Ita fit, ut nihil nisi idolum quidem in ecclesiam introducere homo possit: officium vero aliquod ecclesiasticum necessarijs donis ornatum, non possit.
8 10 Octavo, non patiuntur ecclesiæ attributa, ut officium aliquod
1 novum homo in eadem instituere possit. Quid enim? Regnum Iesu
2 Christi ecclesia est: & in regno alieno quanquam humano, peregri-
3 nus ausit, officiarium aliquem novum imponere & ordinare? Domus Dei est; & in domo alterius œconomos quis instituere præsumit, præter eos qui sunt ab ipso patrefamilias ordinati; Postremò, ecclesia

corpus

corpus Christi est: & membrum corpori adjici à quoquam potest, ut interim monstrum non existat?

11 Nonò, audiantur sententiæ sapientum. Ita Cyprianus, ut citatur à R. Feyldo, *Vnus Deus, unus Christus, una ecclesia, una cathedra, voce dominica supra Petrum fundata. Nullum aliud altare erigi, nullum aliud sacerdotium institui potest, præter altare & sacerdotium illud quod jam est institutum. Quicunque alibi colligit, spargit.* Sacerdotium cuius hic mentio est, non ad papam solum, sed ad omnes ministros pertinere ostendit contra Bellarminum Feyldus: nonne igitur aperte proclamat Cyprianus, nullos alios ministros institui in ecclesia posse, præter eos qui jam instituti sunt? Neque ad sacerdotium tantum docens restringi hæc verba possunt, ut sic de officijs ecclesiasticis, quæ ad regimen ecclesiæ pertinent, loqui Cyprianus non videatur: agit etenim contra schismaticos, contra quos & docentia & regentia sacerdotia, hoc argumento ita communit, ut intra ecclesiam tantummodo, non autem extra apud schismaticos, ea reperiri posse existimentur. Atqui inquies vel ex hac confessione liquet, non adversus nova sacerdotia intra ecclesiam Cyprianum loqui, sed de eis tantum quæ contra ecclesiam per schismaticos invehuntur. Quasi homogenea extra ecclesiam si illicita sint, quia preter sacerdotium instituta sint: tum heterogenea intra ecclesiam non sint illicita magis, quia eò magis preter sacerdotium à Deo institutum sunt, quo alterius generis sunt, ab eo quod est à Deo institutum. Quid quod, novum sacerdotium erigere, & novum altare erigere paria faciat Cyprianus? novum autem altare, tam intra ecclesiam, quam extra ecclesiam illicitum est. Alibi Christum, *unicum Episcopatus radicem*, facit Cyprianus, vel Gui. Whitakero nostro interpretante: at radix alius statuitur preter Christum, quando authoritas tribuitur hominibus ut novum aliquem Episcopatum invehere & instituere possint. Citatur Damasus a R. Feyldo: is enim Chorepiscopos illicitos putat, quia eorum origo non est ex scripturis sacris: & omnes pariter officiarios ecclesiasticos novos condemnat, qui ab hominibus superadduntur. Citatur enim Durandus, ab eodem R. Feyldo & approbatur: asserit is inferiores ordines, propriè ordines non esse, sed cultus divini solemnitates tantum: quia ab ecclesia introducti videntur, quæ ordines propriè dictos instituere nequit. Postremò, Archiepiscopi Bituriensis in Synodo Parisina ista quædam verba ferunt. *Ecclesiasticus ordo penitus est confusus quia multi falcem mittunt in messem alienam: ut ecclesia Dei jam monstrua dici possit. Sicut enim in corpore naturali contingit, quod monstrum dicitur, cum membrum unum alterius officium habet, sic in corpore spirituali scilicet ecclesia, non utique literati & prudentes fratres videlicet maiores & minores officium specialiter nobis commissum occupant: sed iniustè, cum nemo debeat sibi honorem assumere, nisi qui a Domino sicut Aaron vocatur.* Omnia hic pro nobis loquitur. Additio officij ecclesiastici additio membri est, quæ corpus ecclesiæ monstrosum reddit. Quæ officia ecclesiæ adduntur,

Lib. 1. epist. 8.

De eccles. lib. 5. c. 16.

Cont. 4. q. 2 p. 96.

De eccles. lib. 5. c. 29.

Ibid. c. 25.

Hist. papat. p. 418.

loqui? Imo ratio suppetit manifesta loqui hic Paulum, de singulis mandatis, quæ in hac epistola præcedunt, & in Epistola præcedenti: non modo de potestate egit, verùm de forma modoq;etiam. Epiphonema etenim hæc verba continent, quo authoritas toti libro comparatur: perinde ac Apocal. 22. 18. *Testor cuivis audienti verba Prophetiæ hujus, si quis adjecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto. Et si quis abstulerit aliquid auferet Deus partem ejus——ex eis quæ scripta sunt in libro isto.* Mos igitur spiritus Sancti observandus: solet enim is hujusmodi sanctionibus scriptorum suorum authoritatem roborare. Locus utrobique idem est, in calce libri, forma lòquendi eadem: *Denuncio*, inquit Paulus, *Testor*, inquit Iohannes: materia denique eadem est: nam servare mandatum hujus libri incontaminatum & irreprehensum idem est ac si dixisset, (Iohannes) sine additione vel dimunitione. Secundò, imperitè officium appellat formam & modum authoritatis, quod authoritatis cujusque vel causa potius vel subjectum est: nam unde authoritas nisi ab officio? & quodnam legitimæ potestatis subjectum, nisi offiicium legitimum? Tertiò, nefanda Downami officij & potestatis divulsio est, ut officium quidem oboleri & mutari possit, potestas non item. Quàm hoc absurdum etiam, quòd authoritatem unius officij, in officium aliud transferri legitimè idque ad hominibus posse putat: quòd cuiusque confusionis Anabaptisticç, fenestram aperit. Hinc etenim fiet ut authoritas pastoris sit penes Diaconum, authoritas Diaconi transferri possit in Seniorem: & Senior authoritatem Pastoris vel Diaconi habeat, si id magistratui visum fuerit. Evigila Downame, ut transmigrationis huiusce tuæ commenta videas. Nam cum Episcopum aboleri posse putes, remanente interim Episcopi propria authoritate, accidens somnias absque subiecto: & cum Episcopi authòritatem ad presbyterorum ordinem transferri posse statuis: quid aliud quàm μετεμψύχωσιν & transubstantiationis imaginem quandam renovas?

7 Quartò, nefariè dicitur officium Episcopi à magistratu aboleri posse, si modo divinâ ordinatione (quod vult Downamus) institutum fuerit. Pari etenim ratione & officium Pastoris & Diaconi abolere magistratus poterit. Non possunt verò ista officia aboleri: tamen Episcopi Hierarchici officium potest: non argumentum ego quidem fortius, aut pleniorem ab adversario confessionem desideratem: Episcopi officium, perinde ac Pastoris at Diaconi, à Christo miuimè institutum esse. Quintò, ineptè dicitur quibusdam Timothei non successoribus, in Timotheo hic Paulum scribere: nam cum unum individuum sumitur, in quo lex aliqua stabilitur, repræsentat quidem individuum illud successores omnes, sed successores tantum. Exempli gratia: cum legem naturæ figere Deus voluisset, qnod primæ herbæ, primæ plantæ, primæ arbori individuali dixit Deus: id ad omnes herbas, plantas, arbores in eodem genere succedentes dixit: sed non ad alias quæ in eodem genere successorum non essent; unde Iac. 3. 12.

Nunquid

Nunquid potest fratres mei ficus oleas edere, aut vites ficus? Scribit hic in Timotheo presbyteris Paulus? bene est. Presbyteri igitur Pauli Timothei legitimi successores sunt? Et transferri potest Timothei potestas in presbyteros per magistratum, idque legitime? Nulla igitur Episcopalis Timothei potestas fuit, quæ non eadem presbyteri propriè: si alias Deus instituisset, Episcopalis potestatis presbyterum capacē magistratus reddere non potuisset. Sexto & ultimo, si scripserit hæc Paulus, non de Timothei officio Episcopali, sed de authoritate Timothei in genere: tum non hæc scripsit Timotheo ut Episcopo, sed tantum Timotheo ut authoritatem in genere habenti: at si hæc non scripsit Timotheo ut Episcopo tum nullum jus divivum pro Episcopis proferri potest: totius etenim Epistolæ præcedentis hæc verba authoramentum continent, ut ante dictum. Ita plane in castra nostra transijt Downamus: planeque suis manibus dejicit, quæ contra nos alibi ædificarat: quando dixit, Hanc epistolam ad Timotheum, Episcopalis functionis typum esse. Vulnerat etiam suos, inprimis Thomam Bilsonum: qui nullum jus divinum proferri pro Episcopis posse fatetur: si hæc verba scripta non fuerint Timotheo ut Episcopo. Annon pulchrè laboravit Downamus, qui hoc unicum, pro jure divino functionis Episcopalis fundamentum imis sedibus subruit?

Lib. 4. c. 4.

De perpet. Guber. c. 14 p. 346. 347

8 Quintò, videamus quid viri docti de hac re senserint. Ita Io. Gerson: *Maior fuit Ecclesiæ primitivæ authoritas, quoad prædicta, quam nunc est. Non enim est in potestate Papæ, aut Concilij aut Ecclesiæ, immutare traditiones datas ab Evangelistis & à Paulo, ut quidam delirant.* Delirium igitur Gersonis judicio, assertio hæc de Politeias Ecclesiasticæ mutabilitate Hierarchica est: præsertim cum ea Apostolica & Paulina traditio sit. Ita Franciscus Zabraella: *Si Papa vult destruere illud quod Apostoli docuerunt convincitur errare.* Non potest ad Doctrinam solam restringi hoc: disputat etenim & in eo opere de negotijs Ecclesiasticæ disciplinæ. Ita Ioh. Budæus. *Sacrosanctos canones melioribus annis factos, ut eis velut regulis vita clericorum dirigeretur, & velut patrum prescriptis posteri formarentur, in amusses plumbeas iam evasisse quis non videt? Quales olim fuerunt Canones plumbei, ut nobis non structuram operum tenore æquabili dirigant, sed extructorū commodo & libidine flexibiles, structuræ accommodentur.* Indignatus hic est Canones antiquos in amusses plumbeas evasisse: nos Canonem sacrum pro hominum commodo & libidine in canones plumbeos, ab Hierarchicis cōversos jam esse, non indignabimur? Hoc fieri, cum Politeia Ecclesiæ ad magistratus arbitrium, flexibilis & mutabilis statuitur: ex nostris scriptoribus omnibus constat, Bilsono inprimis & Reynoldo: quam ad verbum Dei solum revocat, tanquam ad Lydium lapidem: ab inventis vero humanis abducit, tanquam à regula Lesbia. Hiero. Zanchium ad hoc propositum in Politeia Ecclesiastica reformanda huc citat & approbat Had. Saravia. Verba ista sunt: *Sunt igitur ad formam veteris & Apostolicæ Ecclesiæ, omnes Ecclesiæ reformandæ: & omnia tam cultus, &*

De vit. spirit. anim.

De schism. & Concil.

De Triplic. episc. p. 104

Digitized by Google

disciplina, quàm dogmata, non ad Lesbiam regulam humani Judicij, sed lapidem Lydium divini verbi examinanda. Verumenimverò, est quod Geor. ipsum Downamum, hujus regulæ Lesbiæ pudeat: sicut & pudere necesse est: nisi ipsa pręcipua Episcopalis functionis fundamenta subvertere velit. Quid enim? Annon pręcipuum ejusdem sustentaculũ apud Bilsonum & Saraviam istud est: oportere Apostolorum superioritatem in ministros in Episcopis perdurare, in Ecclesijs omnium ſęculorum: quia eo hoc regimine in pagis opus habent, quod habuerũt Ecclesiæ quum Apostoli vixerunt? Tolle hoc fulcrum & Episcopalis functionis necessitas cadit: idq; vel ipsius Downami judicio, cujus in concione pro Episcopis, p. 79. hęc verba sunt: *Multo magis necessariũ est, ut omnium ætatum Ecclesiæ Episcopos habeant, quam Ecclesiæ primæ, quando Apostoli in vivis fuerunt.* Hoc verò fundamentum vacillare quis non videt, si Episcopalis functio statuatur mutabilis ad arbitrium magistratus? In eadem concione dixit: *Functionem & authoritatē*
p. 79. *Timothei & Titi esse ordinariam & necessariam: non solum ad bene esse sed*
lib. 4. p. 100 *etiam ad ipsum esse ecclesiæ.* Quid apertius? *Imo,* inquit, *in defensione hoc*
& 147. *tantum volui, functionem hanc esse ordinariam authoritatem necessariam.* Dixit in concione Episcopos esse necessariò retinendos: quod in Defensione ita eludit: intellexi esse necessariò retinendos, non necessitate absoluta, sed necessitate expedientiæ. Quam miseræ hæ quæso tergiversationes sunt? Quàm etiam contradictioriæ? *Functio non est ne-*
lib. 3. p. 57. *cessaria, sed authoritas tantum: functio est necessaria necessitate expedientiæ, non necessitate absolutâ* Quasi quisquam nostrum Politeiam necessitate absoluta necessariam unquam dixerit? at quod necessitate expedientiæ necessarium est, non sit perpetuò retinendum? Sit ipse judex:
Serm. p. 32. *Ex singularitate, ordinatione, & iurisdictione Episcoporum tria beneficia pendere dicit, Unitatem, perpetuationem, & εὐταξίαν Ecclesiæ:* & nonne
lib. 3. p. 3. quæso perpetuum est, quod hęc perpetuanda continet? *Ecclesiarum,* inquit, *Provincialium & Nationalium Metropolitani Episcopi rectores sunt, & rectores esse debent.* Quid sibi hoc DEBENT vult? Quod debet
Serm. p. 75. fieri, annon perpetuò faciendum? Simile est quod dicit, *superioritatem*
79. *in ordinatione & iurisdictione, quam Timotheus & Titus habuerunt, non*
Defens. lib. 3 *cum illis mori: sed in successoribus continuari* DEBVISSE. Rursus? *Præ-*
p. 72. & lib. *scripta officia Timotheo, perfici & peragi* DEBENT *ab ipsis & eorum*
4. p. 84. 98 *successoribus, usque ad adventum Christi.* Atque quoniam in mentionem
100. huius loci ad Timotheum rursus incidimus: adnotentur insignes
Lib. 4. p. 77 contradictionis istæ. Vidimus nuper, quomodo statuerit, hunc locum *non de functione Episcopali, sed tantum de authoritate functionis intelligendum*: item, *quanquam primario Episcopis loquatur, secundario tamen presbyteris, qui etsi Timothei successores non legitimi: tamen mutata Politeias forma, iurisdictionem Timothei sibi demandatam exercere possunt.* Libetne
lib. 3. p. 71. audire quomodo in ista Downamus ruat alibi? *In ultimo non potest,*
72. & lib. 4 inquit, *authoritas & potestas Timothei illiusve executio mandari Presbyte-*
p. 70. Ibid. *ris.* Rursus: *harum rerum cura ad Presbyteros non pertinet.* In secundo,

præcepta

[præcepta quæ in Epistola ad Timotheum tanquam ad adventum Christi duratura dantur, Episcopis tantummodo dantur & eorum successoribus. *Rursus*: Præcepta 1. *Tim*. 5. 19. 22. perpetuæ directiones non sunt, non ad Christianos, non ad alios ministros, sed ad Episcopos solos. *In primo*: Epistolæ ad Titum & Timotheum scriptæ, typi & exemplaria sunt Episcopalis functionis: scriptæq; ex proposito sunt, ad informandos Episcopos, quomodo functionem suam exercere debeant usque ad finem sæculi.] Quoties in hisce, Politeias Ecclesiasticæ (quam in regimine Episcopali ponit Downamus) perpetuitas asseritur, usqve ad adventum Christi, usque ad finem sæculi? Idem asserit, in citandis testimonijs patrum, *& quæ non solum de Episcopalis regiminis facto verumetiam de iure testari* dicit, quod illi perpetuum esse volunt, in citando Hieronymo præsertim, cuius judicium hoc esse dicit: *quòd Episcopus ad vitanda schismata semper retinendus sit*. Postremò, idem facile colligere licet ex testimonijs accommodandis, quæ pro Episcopali functione, ex alijs scripturis profert: *Locos etenim Phil*. 2. 29. *Heb*. 13. 17. *Populum Anglicanum ad honorandos Episcopos etiamnum hodie obligare dicit*. At si ad hunc diem ligent, ligant etiam Anglicani populi posteros in perpetuum. Affine illud est quod ex 1. *Tim*. 5. 17. affert: *Quod si quisq; minister duplici honore reverentiæ & sustentationis honorandus est, idque jure divino: tum Episcopi ministri præcipui multo magis*. Certè, si Episcopi ministri pręcipui sint, tùm & perpetui etiam multo magis quam presbyteri erunt: pręsertim cum sensu Downamiano, Episcopi illi sint, qui Ecclesiarum Pastores sunt: Presbyteri tantum sunt Episcoporum delegati, quod delegatus perpetuus erit, delegans non item? Miror suam vanitatem Hierarchicos non videre? Planum etenim est Episcopos à Christo institutos non esse ut Pastores, & ministros pręcipuos: si modo ut Presbyteri, quos à Christo institutos omnes fatentur, perpetui non sint. *Episcopi*, inquit Downamus, *stellæ illæ sunt quos Christus sua dextra tenet Apoc*. 1. 20. *sunt præcipui domus Dei œconomi, sunt ἡγούμενοι illi quos Paulus memorat, Heb*. 13. 17. at stellæ œconomi, duces, iique pręcipui aut soli, authoritate humanâ quâvis removeri à cœlo, à domo, ab acie possunt? Atque hæc adversus Politeias Ecclesiasticæ mutabilitatem dicta sunt in genere quidem, ita tamen ut primam immutationis partem pręcipuè feriant, quæ est per Diminutionem & Ablationem.

Serm. p. 49. 74. lib. 4. p. 77. Serm. p. 72, 73. Defens. 4. p. 75. 83. Defens. li. 3. p. 24. 26. 44. 48. 55. 59. 63. Lib 3. p. 3. serm. p. 94. 96. serm. de dignit. & offic. minist. p. 7. & 65. serm. p. 54. serm. p. 45. 95. 70.

CAPVT. XLV.

Non licet addere essentialibus disciplinæ.

SVperest, ut nonnihil adjiciatur, de mutationis specie altera, nempe Additione: ubi quæritur, an ad Politeias essentialia addere quid Ecclesiæ liceat? nominatim verò, an licitum sit novuum aliquod officium Ecclesiasticum excogitare, & in Ecclesia collocare, quod non est verbo speciatim institum? Negamus nos, aiunt Hierar-

chicorum

officia quæ ad externam politeiam & gubernationem ecclesiæ pertinent ab Apostolis fuisse constituta credendum est: etiamsi de eis nec Christus quicquam præcepisse, nec Apostoli ordinasse legantur. Quid, quod hæc perpetua putet: quæ ab Hierarchis putantur libera? p. 17.

Secundò, bonis intentionibus hæc sententia patrocinatur: liberum etenim relinquit Ecclesiæ addere officia, modo id fiat ad ædificationem: id est, modò intentione bonâ hoc fiat, ad finem ecclesiæ utilem. Instamus in re, quæ ad politeiam Ecclesiasticam attinet. Annon Davidis intentio bona fuit, quando in animo habuit, domum Deo ædificare? Immò optima: sic enim vel ipse Deus. *Dixit Iehova Davidi patri meo: eò quod fuit tibi in animo ædificare Domum nomini meo, bene fecisti quòd fuisti eo animo,* 1.*Reg*.8.18. Nunquid itaque videre lubet, quàm ingrata sit Deo, additio ista in politeia ecclesiastica, quanquam à bono animo progrediatur, & nihil sibi proponat aliud, quam gloriam Dei & ecclesiæ ædificationem? Advertantur igitur verba Nathanis: generali etenim ratione utitur, qua omnes jam similes additiones tanquam gladio percutiuntur. 1.*Chron*.17.6. *Quocunque itabam in toto Israele, an quicquam locutus sum ulli Iudicum Israelis, quare non ædificatis mihi domum cedrinam? Nunc ergo, &c.* Habetur hîc Enthymema nostrum totidem verbis. Nullam in verbo Deus de officio ecclesiastico addito mentionem fecit: ergò est illicitum. Quid ergo? Ecclesiæ authoritas in legibus ecclesiasticis ferendis nulla quæso est? Annon quod utile videtur sancire potest? Potest quidem in politeias accidentalibus: in substantialibus, quæ jam in verbo expressa sunt non potest, quocunque prætextu, expedientię vel utilitatis: Licet etenim cum Guil. Whitakero nostro ratiocinari: *Quomodo non expedit, uti eâ* (politeia) *quam Christus instituit*? Nosnè Christo melius scimus quid ecclesiæ expedit? Non patiuntur certè *septem oculi Christi, Apo*.5.6. ut videre jam homines possint officium aliquod ecclesiasticum, ecclesiæ utile atque expediens, quod ille non vidit: neque patitur domus quam sibi sapientissimè ædificavit, *excisis columnis suis septem, Pro*.9.1. ut columnam quasi octavam, intelligo officium Ecclesiasticum novum jam addere opus sit. 2 Cont.4.q.4 p.495

2 Tertio, contemptum planè verbi hæc Νξη Hierarchica sapit: quum addi officia nequeant, nisi ea dedecorentur, quæ Christus in verbo suo instituta jampridem sunt: sic ut peccatum Ieroboamicum hæc additio planè sit: cui hoc tanquam audax facinus impingitur, quod *sacerdotes instituisset qui non fuerunt ex filijs Levi*: id est, ex eorum genere & numero, quos Deus ipse ordinasset, 1.Reg.12.31. Adversus hoc peccatum cum contestatur Rex Abijah, ostendit planè, & ea tantum officia usurpanda ab ecclesijs esse, quæ Deus instituit: & omnia alia removenda quæ ad similitudinem politeias papisticæ adjuncta ab hominibus sunt. Sic enim fatur, 2.*Chron*.13.9. *Annon depulistis sacerdotes Iehovæ filios Aharonis & Levitas? & fecistis vobis sacerdotes ut populi reliquarum regionum? --- Nos autem habemus Iehovam Deum nostrum,* 3.

vel rationis gratia adjungere debemus mandato. Nihil quod vel bonum videtur addendum, sed simplex & pura mandati forma servanda est. Addendo de proprio, semiplenum Dei intellexit esse mandatum. Docet nos igitur præsentis series lectionis, neque detrahere aliquid debere divinis mandatis, neque addere. Acecdo ad Whitgiftum, qui multa excogitat quidem, ut hæc prohibitio additionis ab Hierarchicis avertatur: ista tamen elusio Hookeriana ne quidem illi in mentem venit. *Addunt verbo* inquit *primò, qui docent contra verbum; secundò, qui aliquid necessarium faciunt ad salutem quod in verbo non continetur; tertiò, qui meriti opinionem fovent, in eis quæ præter verbum invenerunt; Quartò, qui tanquam illegitimum prohibent, quod per verbum Dei legitimum est.* Respondet Cartwrightus, omissum illud esse, quod præcipuè Moses intendit, videlicet, ut nè quid fiat, magis minusvè quàm quod verbo Dei præcipitur. Replicat Whitgiftus, *hoc in suis distributionibus contineri*: atque non continetur: obtineat etenim hoc præceptum, & non tantum peccat qui contra verbum facit, sed etiam qui præter: non tantum quin meriti opinionem fovet in eis quæ præter verbum facit, sed qui præter verbum facit omnino, sive meriti opinionem foveat sive non; non tantum qui rem addit tanquam necessariam ad salutem, sed qui rem addit omnino sive necessariam dicat sive non: sic ut huius prohibitionis modo apertè Hierarchici illaqueantur: cum in politeia addunt præter verbum, etsi id minimè necessarium ad salutem fateantur.

Lib. de paradis. c. 12.

Tractat. 2. c. 6. Divis. 7.

5 Atque quoniam Whitgifti, *b* Hookeri, Zanchij, reliquorumque Hierarchicorum hoc commune fundamentum est, licitas esse in politeia ecclesiastica additiones, dummodo non sint contra verbum: videamus quid respondeant nostri ad papistas, quando traditinnes suas hoc ipso fundamento statuminant. R. Bellarminus ad hoc mandatum Mosis respondens, tria adfert præcipua. *Primo, prohiberi tantum additionem ad opus præceptum non ad secundum numerum præceptorum: secundò, prohiberi tantum additionem corrumpentem: tertio, prohiberi tantum additionem legum contrariarum.* Quid ad hæc M. Sutclivius Hierarchicus? Respondet ad *primum*: *additiones pontificias esse ad opera præcepta*: quod ex hoc probat Gui. Whitakerus, quia multo plura præceperunt quam Dominus. Atqui idem jam Hierarchicis respondere nobis licet: multoplura officia induxerunt, aut induci posse affirmant, quum quæ Deus præcepit: peccant igitur adversus hoc mandatum Mosis. Respondet Sutclivius ad secundum, *leges pontificias esse corrumpentes additiones*: quod & in additionibus Hierarchicis verum est: officia etenim nova quæ inducunt, vel induci posse affirmant, politeiam à Deo institutam corrumpunt, adulterant, imo & eliminant etiam, ut in officijs Seniorum & Diaconorum videre est. Respondet ad tertium Sutclivius. *Quasi vero nullæ essent novæ leges nisi contrariæ? & non ea esset legis perfectio, ut omnes alias leges --- excluderet? præterea hæc interpretatio verbis Mosis adversatur: ipse etenim diserte loquitur & dicit* Deut. 12. *Hoc tantum facito Domino; nihil addas aut minuas. Non opus hic alijs verbis* est

b lib. 3. s. 8.

De pontif. Rom. c. 6. p. 334. 335. Cont. 4. 7. 7. p. 859.

aliqua quæ expediunt quibusdam temporibus, & tamen ecclesia quę habet authoritatem ista addere, authoritatem non habet ita tollere. Minor etiam tua ambigua est, ecclesiam non posse aliquod ministerium à Deo institutum tollere: non potest quidem homo ministeria ea tollere quæ Deus ùt perpetua instituit; sed tollere potest ea quę solum ad tempus instituta sunt prout occasio requirit.] Respondeo: Nulla ecclesia authoritatem habet nè ministerialem quidem instituendi in substantialibus politeias suæ, quodsi haberet, haberet etiam parem tollendi, idque in officijs quæ non à seipso sed à Deo sunt instituta.

7 Primò, Moses & Iohannes, addere & detrahere paria faciunt: utrumque ex æquo prohibetur, utrumque ex æquo punitur: ubi igitur imparitates istæ sunt quas Whitgiftus excogitavit: certè hęc authoritas divina eas omnes in ventum dispulit. Secundo, patet vel ex ratione dialecticâ, authoritatem habere eum tollendi, qui authoritatem addendi habet: tollere etenim & addere cum contraria sint, & neutrum insit à natura: in idem subjectum incidunt; sic ut authoritatem tollendi habeat, qui habet addendi, perinde ac authoritatem habet abrogandi leges qui instituendi, condemnand qui absolvendi, ligandi qui solvendi, & sic in cęteris. Tertiò, patet ex ratione Theologica: nam addere institutis divinis perinde de authoriate & majestate jubentis detrahit, atque de eisdem tollere, pariliter igitur illicitum est. Patet hoc in igne addito per Nadab & Abihu, & in altari Damasceno addito pro Ahazam, & in additionibus Pharisęorum, quas Christus Dominus condemnat. Locum hic habent etiam quæ adversus additamentum pulcritudinis in mulieribns antiqui patres disputarunt. Sic *a* Cyprianus, *Opus Dei est omne quod nascitur, diaboli quodcunque mutatur*, intelligit vero mutationem per additionem. Sic Augustinus. *b Iniuriam facit pictori, qui addere ad illius picturam vult*. Postremo sic Tertullianus. *c Displi it illis nimirum plastica Dei: in ipsis redarguunt, reprehendunt artificem omnium; reprehendunt enim, quum emendant, quum adjicieut, &c*. Eadem sunt quæ in libro de habitu mulierum habet: ex quibus hæc citat Ri. Hookerus. *d Æmuli sint necesse est, quæ Dei non sunt*: aut igitur mentem Tertulliani non observat aut additiones omnes, æmulos appellat Dei, quia non ab ipso profectæ sunt. Vtcunque sit certum est, per totum librum tertium, tollere & addere paria eum fecisse, & utrumque pariter licere, aut non licere.

8 Quartò, quum dicit Whitgiftus, *addere posse hominem ad ministeria Dei, quæ ipsis adminiculo esse possint*, principium petit: nulla etenim ministeria addita ab hominibus, ministeria à Deo instituta adjuvare possunt: sed eis nocent potius & incommodant, id quod hac ipsa die, cuivis oculato videre licet. Atque par est tollendi ratio: adæque etenim papista dicere potest, de oblatione calicis, eam usui esse, & commodæ sacramenti administrationi inservire. Quinto, quum homini licere dicit, tollere ministeria ea quæ ad tempus tantum à Deo instituta

Margin notes: 1. 2. 3. 4. 5.

a lib. de habit virg. *b Serm. de temp. 247.* *c Lib. de cult. fæminar c.5.* *d Lib.3. f.2. p.135.*

corpus Christi est: & membrum corpori adjici à quoquam potest, ut interim monstrum non existat?

11 Nonò, audiantur sententiæ sapientum. Ita Cyprianus, ut citatur à R. Feyldo, *Vnus Deus, unus Christus, una ecclesia, una cathedra, voce dominica supra Petrum fundata. Nullum aliud altare erigi, nullum aliud sacerdotium institui potest, præter altare & sacerdotium illud quod jam est institutum. Quicunque alibi colligit, spargit.* Sacerdotium cuius hic mentio est, non ad papam solum, sed ad omnes ministros pertinere ostendit contra Bellarminum Feyldus: nonne igitur aperte proclamat Cyprianus, nullos alios ministros institui in ecclesia posse, præter eos qui jam institui sunt? Neque ad sacerdotium tantum docens restringi hæc verba possunt, ut sic de officijs ecclesiasticis, quæ ad regimen ecclesiæ pertinent, loqui Cyprianus non videatur: agit etenim contra schismaticos, contra quos & docentia & regentia sacerdotia, hoc argumento ita communit, ut intra ecclesiam tantummodo, non autem extra apud schismaticos, ea reperiri posse existimentur. Atqui inquies vel ex hac confessione liquet, non adversus nova sacerdotia intra ecclesiam Cyprianum loqui, sed de eis tantum quæ contra ecclesiam per schismaticos invehuntur. Quasi homogenea extra ecclesiam si illicita sint, quia preter sacerdotium instituta sint: tum heterogenea intra ecclesiam non sint illicita magis, quia eò magis preter sacerdotium à Deo institutum sunt, quo alterius generis sunt, ab eo quod est à Deo institutum. Quid quod, novum sacerdotium erigere, & novum altare erigere paria faciat Cyprianus? novum autem altare, tam intra ecclesiam, quam extra ecclesiam illicitum est. Alibi Christum, *unicum Episcopatus radicem*, facit Cyprianus, vel Gui. Whitakero nostro interpretante: at radix alius statuitur preter Christum, quando authoritas tribuitur hominibus ut novum aliquem Episcopatum invehere & instituere possint. Citatur Damasus a R. Feyldo: is enim Chorepiscopos illicitos putat, quia eorum origo non est ex scripturis sacris: & omnes pariter officiarios ecclesiasticos novos condemnat, qui ab hominibus superadduntur. Citatur enim Durandus, ab eodem R. Feyldo & approbatur: asserit is inferiores ordines, propriè ordines non esse, sed cultus divini solemnitates tantum: quia ab ecclesia introducti videntur, quæ ordines propriè dictos instituere nequit. Postremò, Archiepiscopi Bituriensis in Synodo Parisina ista quædam verba ferunt. *Ecclesiasticus ordo penitus est confusus quia multi falcem mittunt in messem alienam: ut ecclesia Dei jam monstrum dici possit. Sicut enim in corpore naturali contingit, quod monstrum dicitur, cum membrum unum alterius officium habet, sic in corpore spirituali scilicet ecclesia, non utique literati & prudentes fratres videlicet maiores & minores officium specialiter nobis commissum occupant: sed iniustè, cum nemo debeat sibi honorem assumere, nisi qui a Domino sicut Aaron vocatur.* Omnia hic pro nobis loquitur. Additio officij ecclesiastici additio membri est, quæ corpus ecclesiæ monstrosum reddit. Quæ officia ecclesiæ adduntur,

9 Lib. 1. epist. 8.

De ecclef. lib. 5. c. 16.

Cont. 4. q. 1 p. 96.

De ecclef. lib. 5. c. 29.

Ibid. c. 25.

Hist. papat. p. 418.

humanitus inventũ fuisse, ut verba illa planum faciunt quæ habentur in 2. Chron. 29. 25. *Ex præcepto Davidis & Gadis videntis regij & Nathanis Prophetæ: nam à Iehova præceptum illud erat per Prophetas ejus. Fieri potest ut libentius audiri velint* (inquit Hookerus) *quando reges Israelis commendant, qui sine expresso Dei verbo nihil in Politeia Ecclesiæ tentare voluerunt.* Itane sanè: libentur etiam & audire abs te volumus, quomodo non omnes additiones eorum exemplum jugulat, quæ præsertim fiunt ad politeias Ecclesiasticæ substantialia, inprimis verò ad officia Ecclesiastica ea quæ à Deo ipso sunt instituta. Habeas interim, non nostram commendationem valere quicquam: commendantur illi à spiritu sancto: quorsum quæso, nisi ut nos eorum vestigijs ambulemus, atque ita à spiritu nostro nosmetipsos abstineamus. Non temerè hujus verbi memini: nam ut peccatum est Mal. 2. 16. spiritum nostrum non continere, à multiplicatione uxorum, ultra Dei institutum, qui spiritus satis habuit plures uxores hominibus dandi si voluisset: ita similiter peccatum est, spiritum nostrum non continere à multiplicando officia Ecclesiæ ultra præscriptam ab ipso Deo Politeiam: præsertim cum spiritus abundantiam habuerit ad providendum quæ officia Ecclesiæ profutura erant, & ad eadem quæ prævideraт instituendum. Quoniam igitur Deo ita visum, versentur semper ante oculos, David, Solomon, Iehosaphat, Iosias, Nehemias, qui hoc nomine commendantur, quòd nihil verbo Dei addiderint, nihil detraxerint, sed in Politeia Ecclesiastica, spiritum suum ad verbi normam exactissime strictissimeq; conformarunt. 2. Chron. 29. 12, 13. 2. Chron. 13. 9, 10. 11. 2. Chron. 29. 25 Neh. 10. 29. Lib. 3. p. 158.

5. Quintò & ultimò arguit à testimonio Theodori Bezæ Richardus Bancroftus, verbis istis: [Impugnantur à Puritanis Archiepiscopi & Episcopi, ex hoc principio Cartwrightiano, quòd quodvis augmentum authoritatis ministro additum, illius ministerium adeo immutat, ut novum ministerium fiat: in quo perpetuum eis ab ipso Beza silentium imponitur. Is de loco Hieronimi tractans adversus Saraviam, in quo dicitur Episcopos ordinis causa constitutos fuisse, affirmat: Mutatio fuit non in re ipsa, idest, in ipso ordine sed in ordinis modo.] *Paulo post adhuc amplius:* [distinguendum est inter rei naturam, & id quod eidem accidentaliter adhæret, quia eo in aliud commutato & sublato, res ipsa permanet. Hinc eò tandem dilabitur & affirmare non dubitat, *hujusmodi authoritatis augmentum, ordinisq; & modi alterationem, de essentia ministerij non esse, sed acidentale quiddam, quod pro circumstantiis locorum & temporum mutari possit,* Atque hoc exemplo utitur: *Vt unus quispiam judicio cæterorum compresbyterorum delectus, presbyterio προεστὼς esset & permaneret, id certe reprehendi nec potest nec debet.* Imò in effectu concedit Archiepiscopi institutionem verbo Dei consentaneam esse, ex illa generali & verissima Apostolica regula. *Vt omnia ordine fiant.*] Hæc Bancroftus. Primò

Survey. c. 26. p. 321, 322, 323. p. 152. p. 153. p. 141. 152. P. 153. P. 143. P. 119.

mò suut qui D. Bezam minus commodè locutum dolent, saltem qui siluisse hæc de re optant: sic nec ora adversariorum ista sua liberaliori concessione aperuisset: nec negotium fecisset suis calumnias eas refutandi: quin ex horum verborum nonnullis speciem aliquam mutuari videntur. Sed fac satis commode locutum fuisse: non tamen silentium uobis imposuit, uti Bancroftus gloriatur.

2 4. Secundò etenim respondemus, falsum esse aut Cartwrightum aut reformatos alios asseruisse unquam, quamcunque auctionem authoritatis ministeriũ statim aliud inferre. Novimus etenim & veteres Episcopos, & modernos Germaniæ Superintendentes, authoritatis quandam augmentationem in eo accepisse, quòd perpetui Synodorum præsides & moderatores constituti sint: quum tamen ordinem nullum adipiscantur, qui non eis, cum reliquis collegis suis communis sit. Tertio, affermat Bancroftus, *concludere nos, Archiepiscopos & Episcopos novum ministerium adeoq; illicitum evasisse, nunquam à Christo aut ab Apostolis institutum, quòd authoritatis suæ incrementum à concilijs acceperint.* Hoc iterum falsum. Sententia etenim nostra est, authoritatem nullam Archiepiscopalem aut Episcopalem à Christo aut Apostolis iustitutam esse, quæ *incrementum à conciliis &c.* recipere posset. Interim quod das libenter accipimus, nempè Archiepiscopos & Episcopos incrementum authoritatis a concilijs accepisse: utpote ex quo aperte constat contra Downamum Archiepiscopos & Episcopos temporis successu non eosdem esse sed auctiores multò, quam qui primitus ab ipsis instituti finguntur. Non itaq; nobis silentium imposuit Beza: sed silentium Downamo imposuit Bancroftus. Quo etenim ore ille assertionem dehinc suam tueri poterit, *nullam mutationem Episcopalis authoritatis factam fuisse per annos 300, post verò, diminutam quidem fuisse (non auctam) partim accessione magistratus, partim Dioceseon multiplicatione: quo factum est, ut neque ita libera neque ita larga authoritas Episcopalis fuerit, ac ab initio fuit.*

3

P. 321.

4 5 Quartò, quod D. Beza de Episcopo apud Hieronymum introducto dicit, per mutationem. non in ordine ipso, sed in modo tantum ordinis accidentali: id judicio compresbyterorum ex Hieronymi sententia fuisse factum dicit. In quo silentium nonne quæso imposuit Hierarchicis, qui & ipsi sentiunt, & Hieronimum sentire dicunt, Episcopalem authoritatem non jure humano tantum sed ipso etiam jure divino niti? Quintò, quod D. Beza de veteribus Episcopis dicit, eos non ordine ipso, sed ordinis tantum modo accidentali à cæteris collegis distare, id maximè Hierarchicis, in duobus præcipuis capibus contravenit. Primò etenim hinc clarum est, veteres Episcopos nò fuisse tales quales nunc Anglia fovet; sed quales Superintendentes Germanici sunt, qui à se nihil agunt, sed presbyterorum consessum tantum moderantur, dum illi consilio consensuque communi omnia determinant. Secundò hinç clarum est Episcopos veteres & presbyteros unius ejusdemque ordinis fuisse: quomodo itaque hæc senten-

5

1

2.

tia Bezæ pro Hierarchicis facere potest, qui *Episcopum à Presbitero in ipso ordine differre* dicunt, *qui Episcopatum & Presbyteratum duos esse ordines* asserunt, qui denique *differentiam inter Episcopum & Presbyterum ipso jure divino non in ordinis modo solùm, sed in ordine ipso consistere* affirmant. Sextò quando loquitur D. Beza de ordine, non intelligit ordinem specialem, id est officium aliquod Ecclesiasticum, sed intelligit tantum ordinem præsidendi generaliter sumptum. Dicit ordinem requirere ut unus in cætu Ecclesiastico præsideat reliquis. Quomodo hoc probat? Tantum ex 1. Cor. 14.40. *Omnia fiant ordine*. Nullum igitur præceptum Ecclesiasticum somniat, uti somniant Hierarchici, qui in Epistola ad Timotheum *cautum esse* dicunt, *ut esset in Ecclesia, certus quidam Episcopalis ordo & officium qui reliquos ministros regat*. 6.

6. Septimò, quid aliud est ordinis ille modus accidentalis apud Bezam, qui ordinis essentiam minimè mutat? Certè nihil aliud quam perpetuitas præsidentiæ, quæ ante per vices mutata fuit, nova præsidis electione adhibita in unoquoque conventu. Huc tendunt illa p. 153. *Accidentale fuit ut unus quispiam, judicio cæterorum compresbyterorum delectus, presbytero* προεστὼς *esset, & permaneret*, adverte, *permaneret*. Hæc dum Anglicè vertit Bancroftus, ita habet, *presbyterio* προεστὼς *esset. id est, præsidens vel prælatus*. Prælatus verò? Imo de Prælato Anglicano minimè somnium somniavit Beza: hoc tantum vult. Quando Episcopus judicio cæterorum compresbyterorum delectus erat, præsidentia ipsa in essentia mutata non fuit, neq; major ulla hujus novi Episcopi authoritas erat, quam quæ veterum & antecedentium præsidum fuerat: tum enim in ordine ipso, ac non in ordinis moda solum, mutatio facta fuisset. Hoc tantum discrimen de novo introductum est in ordinis modo: ante multi per vices præsidere solebant, nunc unus tantum præsidebat: antè præses non permanebat sed in singulis conventibus mutabatur: jam vero permanebat & non mutabatur. Hic ille *mos est*, de quo dicit D. Beza, *reprehendi nec potest nec debet*, in quibus justificat ille quidem Superintendentem Germanicum, sed nullo modo Episcopum Archiepiscopumve Anglicanum. 7.

7. *Quod incrementum authoritatis*, inquit Bancroftus, *Cartwrightus putat essentiale, id Beza appellat accidentale, non in ordine ipso, sed in ordinis modo tantum*. Duplex in his latet Sophisma. Primo, loquitur Bancroftus de ordine speciali Ecclesiastico, Beza non de ordine aliquo Ecclesiastico speciali, sed tantum de ordine præsidentiæ generali. Torquetur igitur cum ad hoc trahitur, ac si dixisset, non mutari ministerij Ecclesiastici essentiam, quando ipsius authoritas augetur: hoc tantum vult, non mutatur generalis ordo ab Apostolo præscriptus 1. Cor. 14.40. qui in omni conventu Ecclesiastico per alicujus præsidentiam observandus est, quando ejus modus mutatur per potestatem aut vicissitudinem. Secundo, loquitur Bancroftus de augmento authoritatis in Ecclesiæ ministris ac si Beza hic augmentum in Episcopis 1. 2.

copis & archiepiscopis reprehendi nec posse nec debere dixisset, aut ipsum ordinem in essentia mutari negasset. At nihil horum habet Beza: nec ille de augmento authoritatis loquitur omnino: imo Episcopum quando primo introducebatur, non majorem authoritatem habuisse putat, quam habuerunt antecedentes præsides: addo etiam, *ideo Episcopi introductionem nihil mutasse de re ipsa* putat, quia ipsa authoritas augmentata minime fuit, sed eadem semper permanebat. Hoc si factum fuisset, mutationem in ipsa essentia factam fuisse existimasset: nunc quia hoc factum non est, sed tantum mutata sit eadem authoritas præsidendi in perpetuum, quæ antè non erat perpetua: ideo non in ordinis essentia sed in ordinis modo tantum hanc mutationem fuisse factam dicit. Atque ita jam tandem absolvimus juvante Deo, quod de principijs Politeias Ecclesiasticæ dicendum erat. Vidimus scripturam solam Poletias Ecclesiæ principium esse. vidimus, papistica juxta ac falsa esse principia alia sive fundamenta sive firmamenta, quæ præter scripturam pro Hierarchia afferri & produci solent. Vidimus certam Politeias formam quoad substantialia, in verbo Dei præscriptam esse. Vidimus hanc formam immutabilem esse, sic ut vel de eadem detrahere, vel eidem addere nefas sit. Sequeretur forte, ut Episcopatum Hierarchicum ex eo illicitum demonstrarem ,quod omnium ætatum consensu jure humano additum & superinductum in Ecclesiam sit: sed qnia partim ex superioribus patet & quia hic liber plus justo jam intumuit, alius huic disputationi locus necessario nobis quærendus est.

Finis Libri Secundi.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google